ACADEMIARVM CELEBRIVM VNIVERSI TERRARVM ORBIS LIBER QVARTVS:

QVI RELIQVAS A ROMANA *Academias Italiæ, & Siciliæ ediſſerit.*

AVCTORE

IACOBO MIDDENDORPIO
Theolog. Iuriſp. & Vniuerſitatis Colonienſis
PROCANCELLARIO.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Goſuinum Cholinum.
ANNO M.DCII.

VA1 1505128

BONONIENSIS.

QVamquam inter hiſtoriarum ſcriptores ferè conuenit, quòd Bononienſis Academia vetuſta ſit, & à Theodoſio Imperatore fundata: tamen quo vel Domini, & Saluatoris noſtri, vel Imperij ſui anno eam conſtituerit, non ſatis inter auctores conſtat. Cuius diuerſitatis cauſa hinc originem traxiſſe videtur, quòd non vnus Theodoſius Ro. Imperium gubernauit, vnde plures alij errores extiterunt, vel quòd varias mutationes tam ipſa Vrbs, quàm Vniuerſitas perpeſſa eſt. Baldus Iuriſperitorum Columen auth. Habita, C. ne filius pro patre, mille annos ante ſuam ætatem floruiſſe ait. Et Gloſſa verbi Bononię, Clementina prima, de Magiſtris. Hoc, inquit, conſtat, quòd Bononienſis Academia habuit priuilegia ſtudij à Theodoſio, de minore tamen intelligo, qui regnare cœpit, prout ex chronicis, quæ veriora puto, percipio anno Domini CCCCXXV. & regnauit annis XXVII. quo tamen anno hæc conceſſerit non percipio, &c. Idque ex hoc publico reſcripto colligitur: Ne bonæ artes, cunctarumque diſciplinarum dogmata depereant, cùm mores, ſanitas, militia, cæteraq; id genus optimis doctrinis gubernentur: nos Theodoſius, Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus commoditate ac fertilitate loci capti, quinque ac viginti menſium penſato cõſilio, in dignitatis noſtræ ſolio ſedentes

generali Chriſtianorum conuocato concilio, ſummo Pontifice Cæleſtino, Cardinalibus XII. Archiepiſcopis, Epiſcopiſq; innumeris, alijſq; in varijs dignitatibus conſtitutis Principibus, ac Ducibus Chriſtianis: Balduino quoque Flandrenſi, & Gualtero Pictauẽſi Comitibus legatis, quorum alter Ludouici Franciæ, alter Philippi Angliæ Regũ, illis arduis negotijs addictis, vices geſſere: ſedente etiam centum ſenatorum collegio: Bononiam omniũ ſcientiarum fontem, arcanorum noſtrorum apiariũ, perennẽ ſtudij ſedem, fore hac inuiolabili indulgẽtia decernimus. Volentes inſuper, vt omnes ſentẽtiæ à iudicib⁹, qui in alma hac ciuitate per quinquenniũ ſaltem non ſtuduerint, latæ, nullæ penitùs exiſtant. Et ſi quis ad magiſtratus promotus dignitatem, ab alio quàm ab Archidiacono Bononienſi librum magiſtralem ſuſceperit, quanquam id quarumlibet facultatum periti præſtiterint, approbauerintq;, eum authoritate noſtra omni dignitate priuamus. Si quis verò ſcholaſticos ad ſtudium hoc euntes, abeunteſque auſu temerario offenderit, capite puniatur. Hoc ni præſes exequatur, eadem illum pœna affici iubemus. Huius autem ſacræ conſtitutionis exemplar, Bulla aurea maieſtatis noſtræ munitum, manuque Ciceronis curiæ noſtræ Notarij ſcriptum, ad perpetuam rei memoriam, Petronio Epiſcopo Bononienſi, ex Cæſarum Conſtantinopolitanorum ſanguine orto, idem ſummis precibus efflagitanti, ac

pro-

procuranti, gubernandum, cuſtodiendum, omnibus viribus exequendum, tradimus ac concedimus, Romæ in Capitolio Anno Dominicæ natiuitatis CCCCXXIII. die 9. Maij. Quod Theodoſij priuilegium Bononiæ in S. Petronio videre eſt, cum iſtis verſibus Numeralibus de initio Academiæ:

IngenVas artes, ſacrasq́; Bononia Leges
Inſcripſit, egregijs fœta fouere ſcholis.

Vnde exordium & maieſtas Academiæ Bononienſis facilè colligitur. Quę, vt ait *Azo*, legalium ſtudiorum monarchiam tenet. Et Petrus Anchoranus proœ. lib. 6. Decretalium veram ſtudiorũ matrem vocat, & ad regulam Poſſeſſ. & alibi de Reg. Iur. in 6. ſe Bononiæ feliciſsima ciuitate, & ſtudiorum matre, lib. 6. Decretalium, & Clementinarum, multis annis profeſsionem & Cathedram ſuſtinuiſſe aſſeuerat. Olim Felſinam dictam volũt nobiliſsimam inter illas 12. vrbes, quam Hetruſci olim condidiſſe perhibentur.

Gloſſa verò L. final. C. de teſta. legum nutricem appellat. Et gloſſa proœ. lib. Decretalium, ea quæ iſtic præcipiuntur, Bononienſisque Academiæ alumnis inſcribuntur, omnes alias Vniuerſitates obſeruare debere confirmat. Quia, ait, ſtudium quod eſt Bononiæ, communius & generalius eſt, præcipuè in vtroque iure, & ibi quaſi de omnibus partibus mundi ſunt ſtudentes: ideò potiùs Bononiæ diriguntur, & ita omnes tenentur hanc compilationem obſeruare, quæ nec poſſunt, nec

debēt ſingulorū auribus intimari. Hinc Gregorius PP.9.ſuos Decretal.epiſt.libros, Bonif. 8.librū 6.& Ioannis 23.librum Clementinarū, Acad. Bonon. inſcripſerūt. Clemens V.in cōcilio Viennenſi decreuit, vt præter omnium liberaliū artium ſtudia, Hebraica, Arabica, & Chaldęa lingua publicè traderentur. Sed nonnihil, vt apparet, collapſam Academ. Carolus Magnus ſic inſtaurauit, vt quibuſdā eruditis viris nō tam ornâſſe,& promouiſſe, quàm inſtituiſſe, credatur, paulatimque, vt fit, ſummorum Pōtificum & Imperatorum munificentia, ita excreuit, vt bonorum ſtudiorum mater & parens appelletur: atque hoc ipſum nomen ſuum non iam ampliùs ab authore, vt Cato ſcribit, nec à bonitate & natura loci, ſed ab optimarum artium ſtudijs, retinere videatur. Nam gloſſa in clemēt. de magiſtris: Dicitur, inquit, Bononia quaſi ſuper omnia bona, vel bonorum notitia nimis amabilis. Vt autem Iuriſprudentia Bononię publicè tradatur ex Theodoſij & Lotharij Imperatorum priuilegio accepit. Etſi Fredericus Imperator, quòd contra ipſum Romanæ & Apoſtolicæ ſedi adhærerent, plurimum ipſi Academiæ detrimenti attuliſſe legitur: & ſtudioſi, quando Martinus Pontifex in Bononienſes ſeuerius animaduerterat, alio atque alio dilapſi reperiuntur. Vnde Blondus: Matrem ſtudiorum Bononiam, tam paucis nunc ornari eleganter doctis, nullus mirabitur, qui meminerit (ꝙ cum horrore dicimus) ciuiles diſcor-

Clement. 1. de magiſt.

Pertitel. §. hæc autem tria proœ 3.

dias plures ferro per ætatem noſtram Bnoniç abſtuliſſe præſtantes ciues, his quos nunc ipſa & duæ ſimiles in Italia habeant ciuitates, &c. Eugenius tamen IV. Nicolaus V. & Leo X. egregiè eam reſtituerũt. Quod etſi multis argumentis cõfirmari poſſet: tamen ſolius Leonis epiſtolam breuiter aſſcribendam putaui.

Leo PP. decimus, Magiſtratui Bononiæ, Polæ Epiſcopo.

DEderunt ad nos literas illi, qui iſto in oppido publicè bonas literas profitentur, mores & conſuetudines illo in ludo conſtitutas magna ex parte remitti & negligi; ſic vt neque horæ profitendi, neque conuentus diſſerentium, neque magiſtrorum immunitas atque comitia haberi ſolita, cuſtodiantur: eam ego rem, vt debui, ægrè moleſteque tuli, qui ludum iſtum eſſe quàm ornatiſsimum cupio. Mando igitur tibi, vt omnibus Profeſſoribus imperes, vt leges atque conſuetudines vſquequaque tueantur: nihilque prætermittant eorum, quæ tum fieri aſſolent, tum diſcipulorum vtilitatem, atque commoda continent: qui non fecerit, ei ſalarium auferri, & in ærarium inferri iubeto. Datum *VIII*. Kal. Decemb. anno primo, Roma. Conſtantinopolit. Patriarcha Beſſarion, vetuſtiſſimum Bononienſe Gymnaſiũ negligẽtia & ſeditionibus ciuium penè intermiſſum & collapſum, non modò ædificijs, verùm etiam inſtitutis & melioribus ſalarijs inſtaurauit ac reſtituit. Adoleſcentes ad ſtudia literatum incitabat, *Platina in Panegyric.*

propo-

propoſita præmij atque honoris ſpe, multos etiam ob inopiam à ſtudijs defecturos, liberalitate & munificentia ſua iuuit retinuitque.

Li. 1. de gloria.

Hieronymus ergo Oſorius ingenij excolendi gratia Bononiam potiſsimum ſe veniſſe ſcribit, quia ex multorũ ſermone didicerat, nullam Italiæ ciuitatem eſſe cum Bononia, literarum gloria, comparandam. Florent enim, inquit, ibi multi doctrinis Grçcis & atinis *L*eruditi, multi in omni Philoſophię genere excellentes, multi præterea dicendi facultate præſtantes, & in omni liberali doctrina ſumma cum laude verſati. Quid dicã de vtriuſq; iuris ſtudio? cùm illud conſtet Bononienſes Iuriſconſultos omnibus, qui ſe huic grauiſsimæ diſciplinæ dediderunt, admirabile ſemper acuminis & prudentiæ lumen prætuliſſe. Nec mirum videri debet, ſi tanta loci celebritate commoti adoleſcentes, vndique Bononiam conueniant, ad animum clariſsimis diſciplinis excolendum: cùm in ea conſtitutum eſſe videatur, egregiũ quoddam eruditionis & ſapientiæ domicilium. *L*aonicus quoque Calchocondilas: Bononia opibus, & reliqua felicitate prçcipuis Italiæ vrbibus non cedit, literarum verò ſtudijs ſuperat. Et Ventura cæcus: Bononia bonarum artium parens & altrix, quò non Italiæ modò gentes, ſed etiam externæ confluunt nationes, tanquam ad ſcientiarum diuerſorium, &c. Hippolitus quoque Marſilius ſingulari 272. Bononia, inquit, inclyta, & regia vrbs eſt. Vbi ſunt maximi Iuriſcon-

riſconſulti,& Doctiſsimi procuratores, qui aliarum Academiarum & prouinciarum Doctoribus præſtent.

Papirius Maſſonus lib.5.de geſtis Ro. Pontificum, in Honorio 6. Bononiam totius Italiæ doctiſsimam vrbem appellat.

Et lib.6.in Vrbano 5. Bononieſem, inquit, ſcholam longis bellorum turbinibus ſtratam erexit,& antiquam illi, nouis priuilegijs conceſsis, dignitatem reſtituit.

Iterum in Pio IIII. Bononia, quoties videbit gymnaſium ſuum Pontificio ſumptu inſtauratum: Pij nomen memoriamque celebrabit.

Clariſsimi hic ſemper viri extiterunt, qui tam iuriſprudentiam quàm reliquas liberales artes fideliter profiterentur,& doctiſsimis cómentarijs illuſtrarent. Ioannes enim Andreę, qui fons canonum, & dubiorum interpres à pleriſq; iuriſconſultis vocatur, docuit, & peſte mortuus eſt. Deinde Cynus Piſtorienſis ipſius Ioannis Andreæ familiaris. *Azo* etiam vas & lucerna iuris, cùm glorioſè profiteretur, Innocentium Pontificem Romanum auditorem habuit, & celeberrimam illam ſummam iuris conſcripſit. Bartholus quoque, iuriſconſultorum decus anno ætatis ſuæ XX. pro Licentiæ gradu repetijt, & anno XXI. doctor creatus eſt, vt ipſe teſtatur in L. quidam cum filium ff. de verb. obligat. Atque in eandem L. repetit Iaſon. Idque factum in vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli anno ſalutis 1388.

Azonis tẽpore decẽ millia ſtudioſorũ Bononiæ fuiſſe, refert Odofrid.

Bald. in L. vnica C. Si quacunq; præditus poteſt.

1388. Accurſius celeberrimus ille Iuriſc. quadragenariꝰ huic diſciplinæ operã dare cœpit, & breui tempore tantum profecit, vt omnes longè ſuperaret: cumque duæ hactenùs inter Iuriſconſultos ſectę & hęreſes eſſent, ipſe omnes in vnam ſcholam reduceret. Marius quoque Socinus tanta cum gloria præfuit, vt iuris monarcha vulgò diceretur: & diſcipuli in eo naturam auaram fuiſſe affirmarent, quòd tam inſigni ingenio, tam paruum, tam turpe corpuſculum dediſſet. Salicetus verò (reliquos enim enumerare non eſt neceſſe) vt nouos in Iuſtinianeum Codicem commentarios ſcriberet. tali viſione diuinitùs ſe impulſum narrat. Cùm aliquando neceſſarijs ſtudijs, alijſque curis vacuus eſſet, in muſęo ſuo cæleſtẽ quandam vocem audiuit: ſurge, ſurge, tandem euigila. Cumque reſpexiſſet, apparuit ei formoſiſsima quædã Regina, quæ in manu dextera Iuſtinianeum codicem, ſiniſtra verò ſceptrum tenebat, venerandusque veterum iuriſconſultorum cœtus ſequebatur.

Salicetus vox C.

Hi primò quidem reginam hanc, ipſam legem eſſe aiebant, deindè ſua ſcripta vnà cũ legibus, recẽtiorum imperitia & fraude corrumpi querebantur. Oportere ergò ipſum, qui id ſolus pro dignitate facturus crederetur, veterum commentaria reſtituere, & noua ex virginis huius mandato conſcribere. Promittebant etiam ſe eum adiutare, aſsidueque vna ſcribere velle, quocirca animum ad ſcribendum appulit.

Xiſtus

Xiſtus *IIII.* Bononię philoſophiam & theologiam didicit. Et *P*ius V. in hac *A*cademia theologicis & philoſophicis ſtudijs operam dedit.

De aliarum doctrinarum profeſſoribus, præſtantiſsimis viris, de commoditate loci, beneuolo ciuium in ſtudioſos animo, atque priuilegijs, honoribúſue, nihil in pręſens vacat dicere. Id ſaltem prætereundum non eſt, quod S. P. Q. R. quadraginta propemodum coronatorum millia ſingulis annis in ſuos profeſſores exponere prædicatur.

Quanquam igitur Bononienſis *A*cademia, bonorum ſtudiorum vera mater, Pontificum Maximorum, Imperatorum, & Principum munificentia ad ſummum ſplendorem excreuerat: tamen Carolus ille Quintus Romanorum *I*mperator ad bene merendũ de republica Chriſtiana natus Princeps, cùm à Clemente Põtifice ibi coronaretur, optimis eam priuilegijs, ne quicqãu eius gloriæ deeſſe videretur, ornauit. Et Pius *PP.* IIII. ſcholas, quibus *S*apientiæ Profeſſores Bononiæ docent, magnificentiſsimè refecit. *Onuphrius ad Platinã.*

*A*lma Germanica Natio Collegium Bononię habet. Quę per legatos, pręſente vrbis pręfecto, aduẽtum Carolo, Cliuorũ, Iuliacẽſium, & Montiũ Duci, Latina oratione gratulabatur, tantiq; Principis Gentilis peregrinationẽ extollebant laudibus, & Germanũ Principẽ à Gẽte Germanica ſtudioſorũ illius Academię

patronũ deſignatum eſſe declarabat. Petebatque vt Romam veniens, apud ſuum Pontificem gratiam & fauorem ſuum interponere atque intercedere vellet, vt antiqua Germanicæ gentis priuilegia, à tot Pontificibus confirmata, ſed ante paucos annos ob iuuenilem quorundam ſtudioſorum errorem ab infenſo quodam vrbis pręfecto ſuppreſſa, & abrogata reſtituerentur. Quod ſe Carolus diligenter curaturum, poſt actas gratias reſpondit.

Germani inferiores & ſuperiores vnam ſocietatem habent, qui ſingulis annis procuratores binos conſiliarios quatuor creant. Nomenque ſuum quiſque vniuerſitati dat, & iureiurando affirmat: Quod ſit honori & cõmodis Nationis Conſulturus. Sacra etiam & ſepulchra certa, certaſque poſſeſsiones habet.

De Hiſpanorum Collegio Bononiæ, ſcribit Didacus Couarruuias lib. 3. variarum reſolutionum, cap. 1. & Hieronymus Gygas, de penſ. quæſt. 23. refert, ſe in Almo Bononienſi gymnaſio, in Iure Canonico, Anthonio Borgio Hiſpano, vſum pręceptore. Hiſpanorum Collegij Rector ſecundus eſt ab vniuerſitatis Rectore.

De ſtudiorum hoſpitijs cap. 1. ext. de locato & conducto.

Xiſtus 5. Bononiæ ſtudioſis collegium ex Marchionatu Anconitano oriundis erexit: in quo pręter miniſtros triginta iuuenes aluntur, qui literis dant operam.

Inno-

Innocentius 6. anno Domini 1362. pridie calend. Iulij, licentiam & Ius profitendæ in gymnaſio Bononienſi theologiæ, eximij muneris loco, indulſit. Promouendi verò in ea facultate Magiſtri pręſentarentur Epiſcopo Bononienſi, vel eius vices gerenti, ſeu vacante ſede, Capituli vicario generali. Diploma recitat Carolus Sigonius li 3. de Epiſtolis Bononienſibus.

Biennio poſt Ægidius quidam Legatus, condito teſtamēto voluit, vt bona ſua tribuerentur ad alendos 24. iuuenes Hiſpanos, optimis ſtudijs literarum deuinctos, peculiari ad hoc comparata domo, cuius viſitatorem reliquit Epiſcopum ipſum. Ea domus in vico Saragotię ſequenti anno cōdita nunc quoque vt quam maximè viget. Ait eodem loco Sigonius.

Petrus Anchoranus clariſsimus Iuriſconſultus anno domini 1415, mortuus & in æde S. Dominici ſepultus eſt. Et ad ſcholares Italicos ſuſtinendos collegium excitauit, & vectigalibus idoneis exornauit. Quod poſtea ex valle apoſæ in Burgum Paleæ tranſlatum, ibi nunc quoque in fide illuſtriſsimę domus Farneſiæ floret. Sigonius libro 4. in fine.

Bibliothecæ etiam duæ publicæ ſunt, vna ad S. Saluatorē, pulp. lib. hebraicis, gręcis, latiniſque literis refertiſsima: alterā apud S. Dominicum, maior, ſed non melior, in exteriore pulp. LXVI. in interiore XXXII. in qua plurimi libri Iuriſconſultorum extant, & illa

pandectarum exempla, quibus vſus eſt Haloander, & archetypon bibliorum Eldræ, ab Eſdra ſcriba tempore Cyri, anno 40. albo corio deſcripta.

Quam bibliothecam copia & varietate librorum omnis generis plenam, paucisq; Europæ bibliothecis poſtponendam aſſerit Fra. Schottus, itinerario Italiæ, anno Iubilęi 1600.

Ad bibliothecam ſub D. Thoma.

Per me ſi quis introierit, fontem vitæ & paſcua inueniet.

Diuerſa quoque veterum Iuriſconſultorum monumenta paſsim Bononiæ viſuntur.

Gratiani epitaphium iS 6. Petronio Bononiæ.

GRatianj Cluſini Cæſarei Iuris & Pontificij enucleatoris prope diuini, qui monachus in Martyrum Felicis & Naboris æde abſolutiſſ. ibidem opus decretorum, anno gratię M.CLI, compilauit, monumentum quod ibi carie ruderibuſque obſorduerat, hic magnificentius renouatum, Ioann: Franciſ: Aldronandus Bononienſis III. dictator, ære publico inſtaurauit. Anno ſalutis, M. CCCC. XCIX. Idib. Iunij, Ioanne Bentiuolo II. P. P. rempub. feliciter gubernante.

Odofredi in S. Franciſco.

DEo trino & vni, pyramidē vetuſtate corruptā, quam Albertus genitori ſuo Odofredo legum parenti, anno ſalutis *M.CC.LXV.* poſuerat: Laurentius Odofredus, Dominici Odofredipoſterioris filius, Albertique trinepos,

pos,ſua impenſa in meliorem formam opere, & cultu ſplendidiore reſtituit,anno gratię M. CCCC. XCVII. Cal. Sept.

Azonis.

AZoni Iuriſconſultorum Numini, Anno Gratię M.CC.hic tumulato,in ſepulchro vetuſtate collapſo,ac inter rudera vix agnito, Io, Franc. Aldronandus Dictator,& Coſſ.Bono:publica impenſa conciui ſuo,S.M.memoriam poſuit,anno ſalutis M. CD. XCVI. 5. cal.Octob.

Bartholomæi Saliceti.

Hoc tumulo legalis apex dulciſsimus ore,
Et patriæ lux alma, ſuæ,pietatis amator,
Iuſtitiæq́, ſacræ clipeus,baculuſq́, cadentum
Qui iuuenis, multoq́, etiam venerabilis æuo
Edocuit; ſuperauit eum nec pœna laboris
Scribendo,& pariter Iuris nucleando tenebras.
De Saliceto requieſcit Bartholomæus.

Vixit annis LXXVII.D.X.

Auguſtino Beroo.

Iureconſultiſsimo,& equiti, ætatis ſuæ clariſsimo, vixit annis *LXXIX*. Menſ. *XII*. Obijt anno M.D.LIIII.Idib.Sept.

Hippolito Marſilio.

Iureconſulto Scipio Filius patri B. M. P. Vixit ann. LXXVIII.Menſ II.dies XI.Obijt M.D.XXIIX.VII.id.Feb.

Petri Anchorani.

D. O. M.

Petro Anchorano iuris Pontificij & Cæſarei clariſsimo interpreti, eius amantiſsimi

ſacrum hoc inſtauratum poſuere, anno ſalutis M.CCCCLXXXIII.

Canonis hic ſpeculum, ciuilis & anchora iuris,
Heu iacet, æternas mens tenet alma domos.
Nomen erat Petrus, genuit Farneſia proles,
Nunc Anchoranum dat ſibi laudis opes.
Quis ſuperauit eum virtute micante? quis iſto
Conſilijs hominum clarior ante fuit?
Pro meritis nunc aſtra dedit tibi Iupiter almus,
Et voluit gelido membra iacere ſolo.

Germanorum ſepulchrum ad nigram aquilam.

Quod pia, quod cultrix legum, Germana iuuentus
Condidit, vt genti pateat commune ſepulchrum,
Vt Germanorum manes poſt fata quieſcant.
Sacra parentali capientes annua ritu.
Siſte gradum, ſpecta monumentum hoc, quæſo, viator.

M. D. I.

Anglorum.

Ne in poſterum ſine honore funus efforatum Anglicis omnibus quoquo modo vita functis deeſſet, Robertus Feſchier pietate motus, opus hoc faciendum curauit. Vale, & in rem tuam Abi. Die *IIII.* Nouemb. anno M.D.III.

Polonorum.

COmmune Nationis Polonicæ ſepulchrũ. Gregorio *XIII.* pontifici Bononiẽſi præclara monumenta S. P. Q. & vniuerſitas Bononienſis erexerunt, quæ paſsim in auditorijs leguntur. Plurimis enim egregijs ornamentis, & priuilegijs Gregorius hanc patriam

& Aca-

& Academiam ſuam illuſtraiuit.

In quodam auditorio.

Eſte pares, & ob hoc concordes viuite, cum vos
Et decor, & ſtudium, & munus ſociarit & ætas.

In alio.

Magiſter eſto diligens, doctus, vigil,
Veriq; amator, & alieni commodi:
Auditor at tu ſis laboris appetens,
Magiſtri amator, & imitator ſedulus.
Conſultor hic vtrumq; tempus poſtulat
Adeſto, ſemper publicum negotium
Curato, agendum quid ſit in præſentia
Videto, longe prouidens in poſterum
Caueto; partes ſic tuas tuêbere.

Ante Conclaue Decem virorum.

Priuatorum obliti, publica curate.

Ad hortum quendam. I.

Vrbs habeat curas, qui me mihi reddit agellus
Exigit ingenuis gaudia mixta iocis.

Ad hoſpites.

Inuide quod nequeas imitari carpere noli:
Nil niſi cum ſumptu mentem oculosq; iuuat.

Ad oſtium horti.

Garrulæ contineas linguam tuq́ue inuidedentem,
Hoc volui: cæptum carpe viator iter.

Alibi.

Vt moriens ſemper viuas,
Semper viue, vt moriturus.

IN AVDITORIO INFERIORI:
SVMMA Priuilegij ab IMP. CAES.
Fl. Theodoſio iuniore Aug. Gymnaſio
Bononiæ conceſsi.

Qui Prætor, Iudéxue quinquénio in Bon-nienſi Gymnaſio ſtudiorum cauſſa non co-ſumpto, ad iudicandum acceſſerit, eius d-creta ſententiaué irrita ſunto. Qui Doctor i-ordinem aſſcitus, libro à maioris Eccleſiæ Ar-chidiacono non accepto, fuerit: eius dignitas licet peritorum omnium ſuffragijs compro-bata, prorſus nulla eſto.

Qui Scholarem aliquem ad Gymnaſium Bononiẽſe pergentem manu verbóue offen-derit, Capitis reus eſto.

Qui Magiſtratus, prout Magiſtratus, iniu-riam ſcholari illatam perſequi prętermiſerit, eadem pœna tenetor. Anno Domini. M. D. LXVII.

Qui honeſtiſsimi huius conſilij participes erunt facti, in primis operam dent, vt iura, in-ſtituta, mores, conſuetudineſque omnes, quæ ad huius Scholæ commoda auctoritatemque tuẽdã pertineant, ſumma cura cuſtodiantur.

Rectori Scholæ maximus idemque meri-tus honos ab omnibus habeatur.

Legitimi publicarum profeſsionum dies diligentiſsimè obeantur.

Profeſſorum ipſorum dignitas quàm ma-ximè obſeruetur.

Inter Scholaſticorum nationes æterna pia-que pax concordiaque conſeruetur.

Exornatus, ad vrbis & Scholæ dignitatem ex auctoritate eorum, quorum inſignia circũ picta ſunt, & ex totius conſilij, locus eſto. An-no Domini M.D.LXVII.

Ius.

In S. Dominico in bibliotheca.

Dicta fui Bologna prius, nunc Iulia dicor,
Bibliotheca ſacris ædibus hîc poſita.
Maximus huc veniens paſtorum, maximus ille
Iulius. hoc nomen præbuit ipſe mihi.

Ante bibliothecam.

Et Chriſto & Iuri : Iuri librorum ad anathema.

Taxat Bononienſium morem Menochius de arbitrar. Iudicum caſu 4000. quo pueris ludere lapidibus, & mutuis vulneribus ſe afficere patiantur.

Ferrarienſis.

SVnt qui Fridericum Imperatorem hanc Academiã in odium Bononienſium inſtituiſſe putãt. Raphael verò Volaterranus Bartholomæus, inquit, Salicetus anno MCCC. XVI. ab Alberto Ferrariæ principe accerſitus, vti nouam in ea ciuitate ſcholam auſpicaretur. Quam à Bonifacio VIII. cõfirmatam, illuſtriſsimi Eſtenſes Principes, pro egregia ſua in bonas artes literatoſque viros voluntate, mirificè exornârunt. Vude Angelus Aretinus celeberrimus iuriſconſultus: Cùm conarum artium & præclararum diſciplinarum primum gymnaſium in hanc tuam felicem, & inclytam vrbem reuocaſſes, non fama noſtra, quæ tenuis admodũ & exigua eſt, ſed tua potius probitate, & erga ſtudioſos homines ſingulari beneuolentia motus, quod ſtudio & dilientia effeceris, vt huc conducerer, & ego aperte intellexi, & cæteri omnes facilè perſpi-

Volaterr. Lib. 21. anthrop.

Proœ. Inſtitut. imperia.

perſpicere potuerunt. Quare mecum hæc ipſe cogitans, quòd à tanto taliq́ue principe, in quo lumen omne probitatis virtutisq́ue relucet, ad legendi officium fuerim accerſitus: ingratum eſſe videretur, ſi non aliquo modo animus in te meus, hoc eſt, Angeli Aretini fides in illuſtriſsimam Eſtenſem domum, atque incredibilis in te obſeruantia & deuotio innoteſceret, nam quemadmodum tu primus extitiſti, qui his temporibus in Ferraria florentiſsima vrbe primum literarum gymnaſium iam pridem intermiſſum, rurſus inſtituiſti: ſic noſtrum opus prima legum cunabula explicans, tibi deuotum eſſe oportet, &c. Quocirca Leander Albertus ſic paulatim Academiam auctam ornatamq́ue ſcribit, vt vel inter præcipuas Italiæ meritò referri queat. Doctiſsmi enim ſemper Ferrariæ profeſſores extitere. Angelus nimirum Aretinus, vt ex prœmio inſtitutionũ, & § quos autẽ, de bonor. poſſeſſ. & § impoſsibilis, de hæred. inſtituend. apparet. Felinus quoque Sandæus Iuris Canonici interpres, vt in cap. Rudolphus, ext. de reſcript. fatetur. Andreas Alciatus, Guarinus Veronenſis, Theodorus Gaza, Cælius Calcagninus, cui Rhodoginus librũ 24. lectionum antiquarum inſcripſit. Baptiſta Guauinus, & Nicolaus Leonicenus doctiſſimi Petri Bembi prçceptor, & propterea Lionis X. Pontificis Maximi amicus, quod ex hac epiſtola cognoſcitur.

Leo

Leo PP. X. Nicolao Leoniceno.

TE & amaui profectò omni tẽpore, multiplicemqúe & excellentem in optimarum artiũ ſtudijs doctrinã tuã magni, vt debui, feci: & nunc etiam Petri Bembi ſcribæ à latinis mei (qui te mirificè diligit, & Ferrariæ in prædominatu patris ſui admodùm adoleſcens cùm eſſet, de tuo pleno fonte hauſiſſe ſe præcepta philoſophiæ dictitat, riuulumqúe duxiſſe) apud me habito multa cum tua laude ſermone facilè adducor, vt ad priorem meam in te beneuolentiam magno addito cumulo vnicè te complectar & proſequar, cupidusque ſim ornandi tui meritis, & præmijs, laudibus. Id te ſcire volui, vt ſi quid eſſet in quo tibi vſui & ornamento eſſe poſſet amor erga te meus, conſideres te à me omnia quæ velles poſſe conſequi Datum. IIII. Non. April. Anno tertio Roma. Tantoque maiori amore hanc Academiam proſequi debemus: quantò plures viros Germanos erudiuit, qui omne doctrinarum genus cum gloria in patriam chariſsimam referrent. Inter quos profectò minimè poſtremum locum obtinet Rodolphus Agricola, philoſophus, rhetor, poeta, & theologus celeberrimus. Ioãnes etiã Cochleus ſacrę theologię doctor creat⁹ eſt.

Gymnaſium Iuriſperitorum eſt apud S. Franciſcum, Medicorum apud S. Dominicũ, Artiſtarum apud S. Georgium.

Sub vnius eiuſdemque matronæ, duplici effigie, fortitudinis vna, altera iuſtitiæ, epigram-

gramma myſticum ſiue Ænigma ad S. Auguſtinum. & in æde ſacra S. Mariæ in Monte legitur.

Quæ ſunt, pro his quæ non ſunt; quæ ſi eſſent, pro his quæ cùm ſint, non ſunt, quæ videntur eſſe pro his quæ clã ſunt, in cauſa ſunt, vt quod eſtis, ſitis.

In cenobio Dominicanorum pulchram bibliothecam erexit Cæl. Calcagninus.

Florentina.

Annius ad Catonem de originibus. li. 21. antropom. Volat.

SVnt eruditi quidam ſcriptores, qui Florentiam vnam ex 12. vetuſtiſsimis Ianigenarum colonijs, quę primò bonas artes in Italiam introduxerunt, eſſe affirmant. Et Raphael Volaterranus: Ex illo, inquit, tempore quo literę tot barbarorum procellis ab Italia migrauerunt, nulla gens prior, quàm Florentina, hunc Auſonię honorem reſtituit, etc. Nam clariſsimus ille Coſmus Medices ex media Græcia, alijſue prouincijs doctos viros magnis præmijs euocauit, qui ſtudia literarum à ſuperiorum temporum barbarie, quæ iam pridem omnes artes liberales inquinaueuerat, vindicarent, Hetruriæque populi ſe ad politiorem literaturam referrent, quæ quidẽ per multas iam ætates, ob perpetua bella, quibus Italia vexata erat, obſoleuerat. Vndè M. Ficinus ad Laurentium Medicem:

Magnus Coſmus Senatuſc. pater patriæ, quo tempore concilium inter Græcos & Latinos ſub Eugenio Florẽtiæ tractabatur, philoſophum Græcum Gemiſtum Plethonem,

quaſi

quaſi Platonem alterum, de Platonicis myſterijs diſputantem frequenter audiuit: è cuius ore feruenti ſic animatus eſt, vt indè Academiam quandam alta mente conciperet, oportuno primùm tempore pariturus.

Quanto ſtudio Laurẽtius præclaram Coſmi aui ſui, erga bonas artes voluntatem promouerit, ex hac epiſtola colligitur.

M. Ficinus Laurentio Medici viro magnanimo S. D.

DIuites alij fermè omnes miniſtros alunt, tu ſacerdotes Muſarum nutris. Perge precor mi Laurenti, nam illi voluptatem ſerui euadent, tu verò Muſarum delitiæ, ſummus muſarum ſacerdos. Homerus in Italiam te duce venit, quique hactenus circumuagus & medicus fuit, tandem apud te dulce hoſpitiũ apertũ reperit. Nutris domi Homericũ illum adoleſcentem Angelum Politianum, qui Gręcam Homeri perſonã Latinis coloribus exprimat. Exprimit iam, atque, id quod mirum eſt in tam tenera ætate, ita exprimit, vt niſi quis Gręcum fuiſſe Homerum nouerit, dubitaturus ſit, vter naturalis, & vter pictus Homerus. Delectare ijs pictoribus Medices, vt cœpiſti, nam cęteri pictores, parietes ad tẽpus ornant, hi verò in ęuum habitatores illuſtrãt. Vale.

Nam Ioannem Argyropilum eloquentiæ & philoſophiæ ſtudijs clarum hominem, iam à Coſmo auo ſpe liberalioris ſtipẽdij Byzãtio euocatum, domi apud ſe habuit, à quo Peripate-

pateticorum præcepta hauriret. Marſiliu Ficinum, veteris Academiæ inſtauratorem, philoſophorum tunc principem, Demetrium Chalcondilam, Picum, &c. doctiſsim viros, Florentiam conduxit. Angelo Politiano ſumptus, otium & libros præbebat, vt ipſe in miſcellaneis fatetur. Vnde illud Barbat ad Leon. X. Pont. Maximum: Medicum familiæ debetur, quicquid græcarum literarum adhuc extat, quarũ nullũ veſtigiũ reliquũ eſſet, niſi Laurentius pater tuus, vir nunquam ſatis laudatus, non priuati ciuis, ſed ſummi optimique imperatoris opus executus, eas è Turcorum manibus vindicaſſet, grandi propoſita pecunia, vt boni authores, qui impijſſimæ gentis armis oppreſsi, inter cadauera vrbium iacebant, prodirent in lucem, & Florentiæ per totam Italiam, & quàm latè Chriſtianorum imperium patet, ſemina omnium liberalium artium omniumque virtutum propagarentur, quando in Græcia, vbi diu floruerant, tanto Chriſtiani nominis hoſtium incendio deuaſtata, & ad ſterilem quendam literarum ſqualorem deducta, amplius germinare non poſſet, Ioannes quoq; Iucundus Veronenſis præfatione in Iulium Cæſ. ad Iulianum Medicem: Laurentius pater tuus enixè id egit, vt eius beneficentia ex fœda illa proximorũ barbarie in eum, in quo nunc ſunt gradum, tam Latinæ quàm Græcæ literæ prouectę eſſe videantur. Frater verò ita literatos omnes ſemper amplexus eſt, vti

Volater. li. 5. geogra. ſcribit, Laurentiũ Florentiæ Græcas literas reſtituiſſe.

non

non immeritò ſpes ea enata videatur, quæ nunc iam in omniũ animis inſedit, eo ad ſummum Pontificatus culmen eueᵬo non Chriſtianam modò Rempublicam felicem futuram, ſed & bonas omnes literas, quæ iniquis his temporibus propè exaruerant, tam feliciter prouecturum, vt omne præteritorum annorum incommodum ſarciatur. Vt meritò hæc vrbs non ſolùm apud Italiæ principes genteſque, verumetiam externos, ob ingenia alumnorum ſumma, negotiationem, & opes magna ſemper exiſtimatione fuerit, authore Leandro. Ea enim, paucis quibuſdam exceptis, Italiæ vrbs nobiliſsima, florentiſsima, amœniſsimaque habetur, teſte Chalcocondila: eiuſdemque ciues ingenio & acumine præcellunt. Vndè Io. Iouianus Pontanus: Florentinorum nomen per orbem terrarum latè clarum eſt, non tam rebus geſtis, quàm gentis ipſius ſolertia, & vrbis magnificentia. Genus hominum acutum & graue, bonarumque artium ſtudioſum. Quorum propria laus eſt, & peculiare meritum, quòd Latinas literas, penè ab interitu vindicarint, dum & ipſi latinis ac græcis literis dant operam, & illarum ſtudioſos ad ſe accerſitos ſalarijs, præmijs, honoribus proſequuntur. Vrbs ipſa paulatim à paruis obſcuriſq; initijs creuit, quam quidem artium plurimarum, quas ea gens aut ipſa inuenit, aut ab alijs inuentas perfecit, frequentia mirum in modum auxit, locupletauitque. Et hinc eſt, quòd non modo Itali, ve-

Li. 1. de Ferdinando I. rege Neap.

rùm etiam peregrini Florentiam ſtudioru
cauſa longis ſæpè itineribus veniunt. Paul
Onuphris. enim PP. III. vel ex Romana acadamia, v
clariſsimum illum Pomponium Lætum a
diuerat, Florentiam proficiſci voluit, vt i
celeberrima Laurentij Medicis ſchola, v
tunc præſtantiſsimi tam Græcarum, quà
Latinarum literarum profeſſores erant, om
nibus ferè liberalib⁹ diſciplinis, imbueretu
Quòd multi huc Germani venerint, ex ha
Marſ. Ficini epiſtola ad Ludouicum Naucle
rum, & Ioannem Phorcenſem colligitur.

Scribitis ad nos, veſtroq; nomine Germaniæ Principes Florentiam adoleſcẽtes erudiendos tanquam ad academiam mittere: ſed ea interim elegantia ſcribitis, vt non ad academiam filios, imò ex academia mittere videamini, atque apud exteras nationes perquirere vobis iam domeſticam diſciplinam. Quæ rerum viciſsitudo eſt? quantumuis inſolentes plerique more ſophiſtarum, aliena temerè profitentur: tamen vos modeſtiſsimi viri vel propria more Socratico diſſitemini, hoc præ cæteris admirandi quod quàm curiosè multi lapillos terræ viſceribus reconditos perſcrutantur, tam accuratè vos cœleſtem ſapientiæ ſplendorem vbique gentium perſequamini. Quamobrem incredibili quodam amore erga vos affecti, adoleſcentiũ veſtrorum curam pia mente ſuſcepimus, & in primis inſigni pietate hoſpiti commendauimus, dabimusque operam indies, vt ager na-

tura

tura fertilis frugem quandoque proferat feliciſsimam. Vos igitur bono animo eſtote, & principibus veſtris nomine noſtro reſpondete, magnanimum Laurentium Medicem, cui & ipſi clientes ſumus, adoleſcentium prouidentiam libentiſsimè ſuſcepiſſe. Valete.

Nec artibus tantummodò Florentiam florentiſsimam eſſe, verùm etiam acutiſsimos ibi & humaniſsimos ciues reperiri omniumque Italiæ vrbium commodiſsimè & incorruptiſsimè loqui, probat Ioannes Caſa.

Ioannes Reuchlin, libro I. de arte cabaliſtica ad Leonē x. Italica, inquit, philoſophia, Beatiſsime Leo decime, religionis Chriſtianæ Pontifex maxime, à Pythagora, eius nominis parente primo, ad ſummos homines excellentibus ingenijs præditos, olim delata, per quàm plurimis annis ingenti latratu Sophiſtarum occiderat, tam diu tenebris denſa nocte ſepulta, quouſque Dei fauore, ſol omnis generis optimorum ſtudiorum clariſsimus, Laurentius Medices, pater tuus Magni Coſmi propago, Florentinæ Ciuitatis Princeps, exoriretur. Quem etſi nouimus animo & ſcientia gubernandi rempublicam & domi, bellique omnia conſilio ac prudentia gerendi, tam fuiſse compotem, vt nemo ætate ſua in ciuili exercitatione videretur magis laudandus, tamen ad hoc nobis eum fateri oportet commodiùs natum eſſe, perinde atq; cęlitus demiſſum, vt poſt eloquentię diſciplinas, & bene dicendi artes à Petrarchis, Philel-

phis Aretiniſque rhetoribus ante iuuen
Florentinæ traditas, quo eſſe abſque cont
uerſia poſſent ciues cunctis nationibus ex
ris nitidiore ſcribēdi calamo, & puritate l
guæ ornatiores, ipſe tandem patriæ infer
quoque illam expultricem vitiorum ſapie
tiam, & arcanorum inueſtigandi rationē
quę in libris & monumentis priſcorum ad
vſque tempora latuiſſent. Ad id Prouinciæ
ligenter acciuit vndequaque doctiſsimos,
veterum auctorum peritiſsimos viros, qu
bus cum rerum ſcientia etiam ſatis eſſet el
quentiæ, Demetrium Chalcondilen, Marſil
um Ficinum, Georgium Veſpucium, Chr
ſtophorum Landinum, Valorem, Angelu
Politianum, Ioannem Picum Mirandulæ co
mitem, cæteroſque orbis eruditiſsimos, qui
bus antiquorum ſolertia & arcana vetuſta
malignitate caſuum obliterata, in lucem re-
diret. Hoc egere ſummi viri certatim. Nam
docuit hic, commentabatur alter, legerat iſte,
interpretatus eſt ille, ac linguas vertit in lin-
guas. Marſilius Græciam duxit in Latium,
Romanos in Græciam Politianus reduxit.
Inſtabant omnes operi, nemo non ſummas
Medicibus laudes afferrens. Hos in heroas
Beatiſsime Leo, tuus natalis virgula (vt
aiunt) diuina feliciter cecidit, Dijs gratia:
certe vt non reſtaret vllum elegantioris do-
ctrinæ genus, in quo tu non euaſeris peri-
tior, adeò quidem puer amplexus politiſ-
ſimi ſuauitatem Politiani. Quid multis? Flo-

rentia

rentia illo æuo nihil erat floridius. In qua renaſcerentur optimarum artium, quæ antè cecidere omnia, nihil remanſit intactum, de linguis, & literis, quo non exercerentur Florentini. Ea fama ego tum quidem vehementer mouebar, tactus eius loci cupiditate, ac nõ ſolum magnificẽtiſsimi & inſueti nobis Hercynijs ædificij auitæ domus tuæ; quam Magni Coſmi nominarunt, verumetiam parentis tui deſiderio viſendi, vnde noſtro ſeculo tanta commoda prodijſſent.

Ad fores Palatij Florentini.

Ieſus Rex Regum, & Dominus dominantium.

In ſacello aureis literis hæc.

1. Animo proprie iram furoremq́ue ſedare, atque reſtinguere, magnæ virtuoſæq; fortitudinis eſt.
2. Quod non licet concupiſci, non licet intueri.
3. Impunitatis ſpes, maxima peccandi illecebra.
4. Magna in vtranque partem conſcientiæ vis.
5. Vltra hominem quenquam prouehere, ſola probitas poteſt.
6. Euangelium inuenit ſibi domum, & leges locum vbi quieſcunt.
7. Concordia res paruæ creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.
8. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.

9. Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & domus ſuper domum cadet.

10. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.

11. Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima Stultitia caruiſſe.

12. O præclara operum & opum mortalium beatitudo, quam cùm adeptus fueris, ſecurus eſſe deſiſtis.

13. Gaudia pelle, pelle timorem, ſpemque fugato, nec dolor adſit, nubila mens eſt, vinctaque frenis, hæc vbi regnant.

Conſeruantur quoque in hoc Palatio libri Pandectarum vetuſtiſsimi ex *Piſana* præda, Romanis literis diligentiſsimè ſcripti. Græca epiſtola, bene longa illis præfixa, vetuſtate penè obliterata. Characteres ſunt ſimiles antiquo Virgiliano in bibliotheca Pontif. quo vſus eſt in caſtigatione ſua *Pierius*.

Ad Portam.

Quod fauſtum felixq; ſit. Carolus V. Rom. Imp. victor ex *Africa* rediens, cùm Alexandrum *Medices* Florentinorum Ducem, generum ſuum, extructa iam reliqua arce, turris huius fundamenta locantem reperiſſet, primum victrici manu lapidem ponere, non dedignatus eſt. M. D. XXX.

Dantis & Marſilij Ficini epitaphium in ſummo templo.

Pauli Iouij in æde S. Laurentij.

Hic

Hic iacet (ô) Iouius Romanæ gloria linguæ,
Par cui non Criſpus, nec Patauinus erat.

Vixit annos LXXVIII. Menſes ſeptem, dies viginti tres. Idib. Decemb. Anno Dom. M.D.LII.

Ioannis Pici Mirandulæ in æde S. Marci epitaphium extat.

Et Angeli Politiani: qui obijt anno M.D. IX. 24. Sept.

Et Petri de Imola, qui obijt Anno M.CCC. XX. die 5. Octob.

Bibliotheca Florentina.

SIcut clariſsimus ille Laurentius Medices, Coſmi in ornanda Vniuerſitate Florentina ſtudium diligenter imitatus eſt: ſic in Bibliotheca inſtruenda nihil prorſus de ea remiſit. Nam vt Coſmus, poſtquam vrbem ſuam optimis artibus impletam, pulcherrimè exornâſſet, ad cœnobium D. Marci pulcherrimam bibliothecam erexit: ita Ioannes Michael Brutus, in eo Laurentiũ auo ſuo Coſmo præferendum ait, quod ille aliorum cauſa, hic ſui etiam optimarum artium ſtudioſus, locupletiſsimam ſibi bibliothecam comparârit. Inter eos verò, quorum opera ea inſtruenda vtebatur, cùm quidem vndique magnis excitati præmijs quotidiè veterum libri multi & reconditi ad eum exportarentur, Ioannem Laſcarem Bizantinum, hominem doctum & magnæ nobilitatis, regijs muneribus donauit. Platonis quoque ſtatuam erutã ſum-

Ex hac Flore[n]t. ſuorũ bibliothe. petijt olim Leo PP. X. pandectas iuris ciuilis.

mo labore ex ruderibus, qua ſita olim Academia erat, atque ad ſe è Græcia allatam ab Hieronymo Pictorienſi magno redemit. In hac lectiſsimorum librorum copia magis gloriari, quàm diuitijs ſolebat: eamque amicis deliciarum loco, quippè quæ veram magnificentiæ commendationem haberet, oſtendere. Sicut & Coſmus Alphonſo regi quàm maximè gratificaturus, Titi Liuij ſcripta precioſiſſimi muneris loco, miſit, auctore Panormitano. Nam & Rex ijs ſupra modum delectabatur, & terſior puriorque Liuius haberi eo tempore nuſquam poterat. Hanc etiam Laurentij bibliothecam in rebus dubijs ſe conſuluiſſe, refert Angelus Politianus. Plurimaque hinc nuper in lucem prodierunt. Euſebij ſcilicet Cæſarienſis liber aduerſus Hieroclem, & doctiſsimi Clemẽtis Alexandrini, ſtromatum & pædagogi libri, adeò vtiles, vt nemo videatur tam artibus & diſciplinis præditus, quin ſit ex ijs maximam vtilitatem accepturus. Quanquam ergo Medicea hęc bibliotheca precioſiſsimis in vtraque literatura libris inſtructiſsima erat, tamen Clemens PP. VII. in baſilica S. Laurentij egregiam quoque bibliothecam dediſſe reperitur. Porrò de Florentinis ſcribit Syluius, quòd ſuo quidem tẽpore Cancellarios ſuos non ex iuriſperitorũ collegio, ſed ex philoſophiæ & eloquentiæ profeſſorum gremio ſumpſerint, quia benè dicendi ſcribendique artem non Bartholum

aut

aut Innocentium, ſed Ciceronem & Fabium docere putarent.

Epigramma bibliothecæ Mediceæ.

Deo, præſidibusque familiæ D. Clemens *VII.* Medices, Pont. Max. libris optimo ſtudio maiorum & ſuo vndique conquiſitis, bibliothecam ad ornamentum patriæ, & ciuium ſuorum vtilitatem D.D.

Hanc bibliothecam Coſ. Med. Tuſcorum Magnus Dux perficiendã curauit, Anno Domini. M.D.LXXI. Id. Iul. vnde verſus.

Coſmus in has ædes meliora volumina κόσμȣ
Tranſtulit, & primas quas habet orbis opes.
Sic genuit tandem ſterili de nomine Coſmus
Rem ſibi cum mundo cælitibusq́; parem.

In calce pandectarum Florentinarum legitur.

Ego Marſilius Ficinus interfui, dum hoc reperiretur opus, idque manu propria ſcripſi, die 9. Aprilis, Anno Domini, 1496. Petro Bernardo, de Bernardis ſedente vexillifero iuſtitiæ.

Sunt ſex bibliothecæ Florentiæ ad S. Laurentium, quæ Medicea vocatur. priuatim doctorum vtilitatibus ſeruiens. 2. ad S. Marc. Latina & Græca: prior 63. altera 14. pulpit. 3. S. Benedicti. pulpit. 30. 4. S. Crucis pulpit. 50 5. in domo Epiſc. pulpit. 44. 6 Mariæ Nouellæ, pulp. 45. Nath. Cythræus in itinerario, & Scrade. lib. 1. Monu. Italiæ. Hic pandectæ Iuris ciuilis in membranis ſcriptæ aſſeruantur, *Piſis* huc trãſlatæ: quos Politianus & *Victorius* mirificè prædicant. Scottus in itinerario Italiæ.

MEDIOLANENSIS.

MEdiolanum vrbs antiquiſsima, & florentiſsima, quã Bellouiſum Celtarum Regem, Tarquinio Priſco Ro. regnante, inter duos amnes, Ticinum & Abduam condidiſſe, celticaque voce, à ſitu, quod inter duos fluuios eſſet media (Mittellandum) vel ab agro vernante Meylandum appellaſſe, aiunt. Poſteri Mediolanũ dixerunt. Tam cœli temperie, quàm ſoli fertilitate, & affluenti rerum copia, optimo agro ſita, ciuitas populoſa, & potens, Inſubriumq; Caput. Ibi Baſilica perauguſta, templum excellentiſsimum, caſtrum quo vix eſt in Europa fama celebrius; turris altiſsima, inſtructiſſimum armamentarium, In æde D. Ambroſij ſolùm Reges Italiæ, atque etiam Cæſares corona ferrea inueſtiebantur, tanquam armis & ferro Imperium nanciſci oporteret. Vnde Auſonius:

Eſt Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumeræ cultæq; domus, facunda virorum
Ingenia, antiqui mores. tam duplice muro
Amplificata loci ſpecies, populiq; voluptas
Circus, & incluſi moles cuneata theatri:
Templa, Palatinæq; arces, opulensq; moneta,
Et regio Herculei celebris ſub honore lauacri, &c.
Omnia quæ magnis operum velut æmula formis
Excellunt, nec iuncta premit vicinia Romæ.

Academiam verò & ſtudium Vniuerſale ex antiqua conſuetudine habet. Commentator

tor Bartoli §. hæc autem tria procœ.ff. Vbi Virgilius Maro literis operam dedit. Aurelius Auguſtinus eloquentiæ, & Alipius Iuriſprudentiæ profeſſor fuit. Quod lib. 5. & 6. confeſsionum fatetur,& Volaterranus lib. 21. refert.

Petrus Ayroldus Marcellinus,Mediolanẽſis,præfatione in M. Antonij Maioragij commentarium ad partitiones oratorias Ciceronis,Pompeio Triſsino inſcripta, Academiam ornatiſsimam, multis ſumptibus extructam, mirifico excogitatam ingenio, adeoq; excultam dicit,vt totius Italiæ nobiliſsimum theatrum verè dici poſsit: ex qua velut ex equo Traiano, multi præclariſsimi viri quotidie exeant,Triſsini potiſsimum exemplo, cuius ſummam in adminiſtranda eo tempore,anno 1587. Academia prudentiam & ſapientiam cæteraſque animi dotes,nemo non miretur, ſuſpiciat,ac prope diuinis laudibus in cęlum merito ſuo extollat.Addit:Notum eſſe non ſolũ Italis, ſed etiam exteris Nationibus omnes pręclaras artes ac diſciplinas in ſummo honore ac pretio apud vos eſſe: & Academiam veſtram Olympicam florere excellentiſsimis hominum ingenijs, qui de qualibet re propoſita,maturũ prudentiſsimumq; iudiciũ ferre poſsint. Maioragius verò cũ eſſet rerum ſciẽtiſsimus & eloquẽtiſsimus, Mediolanenſium Gymnaſia ornauit, vrbem beauit,inclinantẽ eloquentiam erexit, adeò vt ad eum audiẽdũ vndique populi & nationes confluerent.

Tem-

Tempore B. Auguſtini ferias ſtatas vindemiales & ęſtiuales habebant, vt certus ſtudiorum curſus ſeruaretur, quod libro 9. Confeſſionum teſtatur. Qui & libro 8. Confeſsionũ quendam Verecundum familiarem ſuum Grammaticam docuiſſe Mediolani affirmat. Demetrius quoque Cydonius Theſſalonicēſis è patria Mediolanum venit, Latinæ linguę & ſacræ Theologiæ operam daturus: vbi & D. Thomæ Aquinatis libros, è latino in græcum transfudit ſermonem: vt homines etiam græci tam profunda ſancti viri doctrina non ampliùs carerent, & ipſe ingenium ſuum exerceret. Gaaſparinus quoq; Bergomas à Philippo vicecomite, vt Volaterranus loquitur, accerſitus, humanioris literaturę ludum aperuit, & in reſtituendo Cicerone atque Fabio plurimum laborauit. Hermolaus Barbarus, Frãciſcus Philelphus, Gegorgius Merula, Cęlius Rhodoginus, Hieronymus Cardanus, Mathematicus & medicus, Iaſon iuriſconſultus, omnes præſtantiſsimi viri in hac Academia floruerunt. Porrò Alexander V. Pontifex Mediolanum totius orbis locum temperatiſsimum, aëremque ſereniſsimum eſſe affirmare ſolebat: primumque ſacræ Theologiæ profeſſorem habuiſſe S. Barnabam apoſtolũ, quam ibi B. Ambr. & S. Auguſtinus egregiè promouiſſent. Et Pius IIII. Doctorũ Mediolanenſium collegio, è quorum corpore & ipſe aliquando fuerat, rotæ auditorem, & conſiſtorialem aduocatum perpetuo conceſ-

Volaterra. lib. 15.

Blond in Lombard.

De Barnaba teſtatur quoque Dorotheus in Synopſi.

ſit.

ſit. Ad Prædicatores tam inſignem bibliothecam extare ſcribit Leander, vt celeberrimis Italiæ bibliothecis non cedat.

In æde S. Franciſci ante templum Mediolanen.

Mouetur pietate Deus.

In ipſo templo.

O curas hominum.

In Prætorio.

In controuerſijs cauſarum corporales inimicitiæ oriuntur, fit amiſsio expenſarum, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur, multa & inhoneſta crimina inde conſequuntur, bona & vtilia opera poſtponuntur, & qui ſæpe credunt obtinere, frequenter ſuccumbunt, ac ſi obtinent, computatis laboribus & expenſis, nihil acquirunt.

In palatio Viceducis.

Dominus præuidebit.
Vt quieſcat Atlas.
Virtuti nil nimium.
Per tot diſcrimina.
Hic regit, ille tuetur. Cura vigil.
Stat adhuc.
Telum virtus facit.
Chriſto Duce. Tolle moras.
Periuit & tuetur. Latet altius.
Fugam victoria neſcit. Vtrum lubet.
Et hic virum agit.
Audaces iuuat fortuna
Reſiſtit

Nec-

Neapolitana.

IOannes Iouianus Pontanus ſcriptum reliquit, quòd antiquiſsima, & nobiliſsima,& pulcherrima hæc vrbs tempore Pythagoræ (qui inter primos Græcorum philoſophos numeratur)bonarum literarum ſtudijs abundàrit: proptereaq; à Romanis ſemper honorata fuerit: & multi Græci atque Latini huc tanquàm ad optimarum artium matrem libenter ſeceſſerint. Strabo enim libro Geographię quinto,plurimi,inquit,è Roma Neapolim ſeceſſum facientes,victum Græcanico ritu perducūt,aut quietis, aut otij gratia:præſertim qui eruditioni dant operam,aut remiſſioris vitæ deſiderio,& quos ſenectus affligit, vel aduerſa valetudo.Plerique etiam Romani,eodem viuendi genere delectati, cùm tantam mortalium multitudinem inſimili degētem iuſtituto ipſa in ciuitate verſari contemplentur,ſtudiosè ac libenter vrbem incolunt, ibi ducentes ætatem. Ritus quoque & educationis Gręcorum extant hoc in loco plurima veſtigia, gymnaſia ſcilicet, puberum cœtus, & Græca vocabula. Leander verò Albertus, Neapolitanos,inquit,quoniam à Romanis amiciſsimè ſemper habitos cultoſque,tam Cōſulum quàm Imperatorum temporibus (nimirum ob ſingularem erga ſe perpetuamque fidem) legimus: haud mirum videri debet, quòd à Strabone traditur, Romanos olim in hanc vrbem aut ſtudiorum,aut ætate confecta otij & quietis cauſa plerumque ſecedere ſolitos,

ſolitos, quanquam plurimi quoque non tam recreationis animorum quàm voluptatis ac delitiarum gratia propter ſummam regionis amœnitatem & aquarum paſsim hoc ſitu, maximeque Baijs & Puteolis erumpentium, itē ob cæli quoque ſalubritatem Neapolim peterent. Aerem vrbs permollem & placidiſsimum habet, agrum iucundiſsimum, quæ ſcilicet multis olim Romanis imperatoribus, viriſq; ſenatorijs, ac item literarum ſtudioſis huc animi quietiſque cauſa ſecendi occaſio fuit. Vnde Silius Neapolim ita memorat.

Nunc molles vrbi ritus, atque hoſpita Muſis
Otia & exemptum curis grauioribus æuum.

Itaque apud Neapolitanos vitam degiſſe reperimus P. Virgilium poetarum principem, T. Liuium Patauinum, Horatium, Claudianum, Franciſcum Petrarcham vnicè Roberto Regi Neapolitano charum, & memoria Patrum noſtrorum Antonium Beccadellum Bononienſem cognomento Panormitanum, oratorem eximium. Item Laurentium Vallam, Latinæ linguæ reparatorem, Porcellium Romanum elegantiſsimum poetam, Blondum Soroliuienſem totius antiquitatis ſtudioſum indagatorem, Bartholomæum Facium Sulmonenſem, Nicolaum Saguntinum, Ioannem Ariſpam, omnes excellentiſſimos homines, plurimoſque Theologos & Philoſophos. Non modò Italiæ, ſed totius orbis terrarum pulcherrimam eſſe plagam ſcribit Blondus in Campania.

Cælum

Cælum vix aliud in Italia mollius clementiusque bis floribus, varietate nobilium fructuum, fontium, aquarumque ſalubrium copia, naturæq; multiplicibus miraculis abundans, vt Paradiſus Italiæ, Muſarum ſedes, nobilitatis receptaculum non immerito dicatur.

A Parthenope ibi ſepulta Parthenopen, ab exciſione reſtitutam Neapolim Græca voce appellarunt. Inter præcipuas vrbes Græcas Italiæ philoſophia Pythagorica floruiſſe perhibent.

Quin etiam hac ætate principes, illuſtreſque viri non minori frequentia Neapolim concurrunt, quàm quòd Strabo ſcribit, olim ſolebant. Etenim vniuerſi fermè regni, quod intra Adriaticum & Tyrrhenum mare ab amne Truento & fundis vſq; ad fretum Meſſanæ continetur, partem Samnitium, totam Apuliam, Calabriam, Lucaniam, Campaniamque felicem complectens principes & reguli maioré anni partem hac in vrbe exigunt, ędesque ſplendidiſsimas fermè omnes habēt. Vnde Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Equitum, Doctorum, Baronum ac nobilium hominum, & eiuſdem conditionis mulierum plena confertaque Neapolis adeò eſt, vt pauciſsimas orbis terræ ciuitates huic exæquari incolarū nobilitate poſſe ſentiam. Gymnaſium autem omnium diſciplinarum Neapolis habet, à Frederico ſecundo Imperatore Auguſto tum inſtitutum, fundatumque

tum

tum ampliſsimis prærogatiuis ornatum, vt Collenutius author eſt. *Ad* quod ſtudioſorum ex toto regno maximus fit concurſus, &c. In eandem ferè ſententiam Blondus: Floruit ſemper Neapolitana vrbs, Romana re ſub conſulibus periter & ſub principibus integra, adeò vt apud eam graues viri animorum à curis laxamentum quærerent, & diſcoli laſciuiæ diuerſorium. Hic Virgilium diu, Titum Liuium, & Horatium moratos aiunt. *V*irgiliumque Georgica ſcripſiſſe, Parthenopemque appellaſſe aſſerit Seruius. Franciſcus quoque Petrarcha præſtanti vir ingenio, à Roberto rege rogatus, bis Neapolim ſe contulit, nulla quidem maioris lucri ſpe ſuaſus, quàm vt optimo atque humaniſsimo regi doctos viros vnicè amanti gratificaretur, &c. Idem propemodum de Beſſarione ſcribit Platina in *Panegyrico*. *Aulus* etiam Gellius, Cum Antonio, ait Iuliano rhetore per feriarum tempus æſtiuarum decedere ex vrbis æſtu volentes, Neapolim conceſſeramus, atque ibi erat adoleſcens tunc quiſpiam ex ditioribus, cum vtriuſque linguæ magiſtris meditans & exercens, ad canſas Romæ orandas, eloqentiæ latinæ facultatem. Atque is rogat Iulianum, vti ſe audiat decl.mantem, &c. Hic etiam Lucilius poeta, & D. Thomas Aquinas floruiſſe leguntur. Vt faſtus ille & ſuperbia, quæ Campaniæ à veteribus ſcriptoripus, propter opulentiam & felicitatem tribuitur, non incómodè ad eruditionem & litera- *Li. 9. Noct. Attic. c. 15*

rum ſtudia referri poſſe videatur. Cùm Fredericus II. hanc academiam fundâſſet, non ſolùm decreuit, ne quis extra illud regnum ſtudiorum cauſa proficiſceretur: verùm etiam ne in triuialibus regni ſcholis maiores diſciplinæ traderentur, quoniam iſtam academiã florentiſsimam reddere cupiebat. Poſt centũ verò annos, quàm Fredericus II. imperator eam fundârat, Robertus rex ſapientiſsimus illã inſtaurauit, & poſt centum ferè alios annos, Alphonſus Aragonum Rex, nonnihil collapſam reſtituit. Sed eo mortuo, grauiſsimè iterum bella hanc felicitatem interturbârunt. Hodiè ſub Philippo *II.* Rege Catholico ſupra modum floret.

Franciſcus Viuius in communibus opinionibus Iuris refert, quod in Vrbe & regno Neapolitano ex inueterata conſuetudine, fabri & malleatores habeant ſuas officinas ſub ædibus Doctorum. Quod equidem miror. Cum *Iure* prohibitum ſit, & aliæ academiæ hoc non patiantur. Niſi fortè ex neceſsitate armorum id fiat, vel alia ibi fabrorum ratio ſit, humanioreſue ſe præbeant, quàm in alijs locis.

Notatu digna hic plurima carnuntur.

Ad S. Petrum.

Apud Deum nihil operoſa humilitate ſublimius. Nullum theatrum virtuti conſcientia maius.

Fui non ſum, eſtis non eritis, nemo immortalis.

In S.

In S. Mariæ.

In mundo ſpes nulla boni, ſpes nulla ſalutis
Vna ſalus ſeruire Deo, ſunt cætera fraudes.

Qui bene moritur, non extinguitur.
Vt moriens viueret, vixit vt moriturus.

Tendimus huc omnes.

Par vitæ religioſus exitus.

Phœnix.

Vt ſe reſeminet ales,
Hic labor extremus.

Tumulus Lucretiæ.

Conditur hoc tumulo Lucretia nomine, ſed re,
Thais: Alexandri filia, ſponſa, Nurus.

In S. Ioſepho.

Sic mors ipſa cum venerit vincitur,
Si priuſquam veniat, ſemper timeatur.

Ad Caminum.

Si propius ſteteris, flagras:
Si longius, alges.

In S. Petro ad altare maius Neapolit.

Poſt Ieſu Chriſti reſurrectionem, & ad cælos aſcenſionem, Annno XX. B. Petrus Apoſtolus Neapolim veniens prima iecit fundamenta præſentis Eccleſiæ, ab eodem nuncupatæ. Idem Apoſtolorum princeps eandem Eccleſiam per ſe ipſum conſecrauit, & in huius dedicationis memoriam extat lapis marmoreus Græcis literis exſculptus, qui in dextro cornu altaris cernitur.

Ad S. Mariam annunciatam.

Eſt pulchrum hoſpitale pro alendis & dotandis pauperioribus puellis Siculis, per Elionoram Santoniam Panormitanã, Anno M. D. LXXVII. fundatum.

Ad Palatium.

Carolo V. Cæſare Auguſto Inuictiſsimo Imperante, Petrus Toledus Marchio Villæ Franchæ huius Regni prorex, Iuris vindex ſanctiſsimus, poſt fugatos Turcas, arcem in Curiam redactam Iuſtitiæ dedicauit, conſiliaque omnia hoc in loco, cum magno totius Regni commodo conſtituit. Anno M. D. XL.

Ad iuſtitiæ imaginem in Aula magna.

Cum æterni tribunal Iudicis illum reum non habeat, quem iniuſtè reus cõdemnat, teſte propheta, nec damnabit eum cum iudicabit illi: caueant omnes Iudices, & prudenter attendant, vt in cauſarum proceſsibus nil vindicet odium, vel fauor vſurpet, timor exulet, & præmium aut expectatio præmij iuſtitiam non euertat, ſed ſtateram geſtent in manibus, lances appendant æquo libramine, vt in omnibus quæ in cauſis agenda fuerint, præſertim in concipiendis ſententijs & ferendis, præ oculis habeant ſolum Deum, qui ſit laudabilis & glorioſus per infinita ſecula ſeculorum.

In ſchola Iuriſperitorum.

Hector Carafa, Ruborum Comes, auditorium hoc duplex, cum valetudinario, à-

fũnda

fundamentis erexit,ſacelloque quod ipſe naſcenti Deo dicarat, addixit, cauitque vt in ara eius ſacelli quotidiè ſacrificaretur, ſibique ad tumulum quotannis iuſta redderentur.

In Palatio Marchionis de Tremick.

Ne quid facias hodie, quod cras te pœniteat.

In S.Laurentio.

Quid omnia? Quid omnia? Nihil. Si nihil omnia, Nihil vt omnia.

In horti Capellæ muro.

Exercitium eſt humanæ vitæ conſeruatio.
Caloris naturalis lima,
Excitatio dormientis.
Naturæ virtutum corroboratio.
Superfluitatum conſumptio,
Otio inimicum.
Temporis lucrum,
Iuuentutis debitum,
Senectutis gaudium.

Ille ergo ſolus ab exercitio abſtineat, qui vtriuſque ſanitatis beneficio vult carere.

Papienſis.

PApienſis ſiue Ticinenſis Academia à Carolo Magno non diu poſt Pariſiẽſem erecta creditur. Ille enim Imperator ad conſeruandam propagandamque veram doctrinam Chriſtianæ religionis,alterum eorum Monachorum, qui ex Britannia Venerabilis Bedæ presbyteri diſcipuli, in Galliam venerant, & ſapientiam ſe venalem habere profitebantur, Ticinum miſit, vt illam ibi in animos homi-

num inſtillaret: primumque huius Academiæ Rectorem dedit. De qua Iaſon Patritius Mediolanenſis & Publicus multorum annorum Profeſſor. In vtraque, inquit, Pontificia & Cęſarea Iuſtitiæ diſciplina, me diu verſatum non inficior, præſertim in hac florentiſsima feliciſsimaque cæterarum omnium Ticinenſi Academia, in qua ordinariè multis iam annis profiteor. Et Rochus de Curte Iuris Canonici Profeſſor, cuius erudita Commentaria circumferuntur, epiſtola ad Ioannem Syluanũ Cancellariũ Mediolanenſem Papienſe Gymnaſium felix appellat.

De huius Academiæ per Carolum Magnũ inſtitutione in Academia Pariſienſi ediſſertũ eſt.

Curtius verò ad Iafredum Præſidem Mediolanenſem: Academiæ, inquit, Ticinenſis in vtroque cornu laborantis, non modo conſeruandæ, ſed etiam mirum in modum augendæ curam ſuſcepiſti, adeò vt te auſpice & duce, omnium quæ ſub cælo Chriſtiano ſunt, florentiſsima hoc tempore, & dicatur & ſit. Tu omnium ſcientiarum doctores regio munere amplecteris, & ſtipendio numeroſo dignos facis, tu munificentia tua & cura ex omnibus gymnaſijs florida ingenia ad regiam Academiam exornandam trahis, ita vt inuitatiuncula præmiorum tanquam ad ſuum meçænatem Muſæ omnes, doctrinæ altioris concurrant. Hic Baldus iuriſconſ. poſtremam ſuam doctrinam, quæ & perfectior & gratior eſſe

ſolet,

ſolet,effudit: mortuus enim hic,& conuentu minorum ſepultus eſt. Clariſsimus etiam Iuriſconſultus Præpoſitus Mediolanenſis, ius Canonicum Ticini profeſſus eſt. Verùm quádo Franciſcus Gallorum Rex, antequàm à Carolo V. Romanorum imperatore caperetur, eam vrbem obſidebat, non parùm detrimenti hæc Vniuerſitas accepiſſe videtur. *Arnoldus* enim Ferronus ſcribit, quòd Antonius Leua Papienſium dux & propugnator à Cæſare conſtitutus, vt militibus integra ſtipendia perſolueret, etiam argentea ſceptra, quę inſtar Faſcium Vniuerſitatis Rectori pręferebantur, in ſuos vſus conuerterit. Egregia etiam bibliotheca, quam in arce caſtri Ticinenſis extitiſſe ſcribit Iaſon, tunc magna ex parte interijt. Sed partim *Pontificum* Romanorum, partim aliorum principum munificétia & liberalitate iterum conſtitit. *Pius* enim *PP. IV.* pulcherrimum Papiæ collegium inſtituit. Bernardus Saccus miram aeris puritatē eſſe ait Ticini, à qua excitari etiam ad ſapientiam ingenia, & acumine quodam vigere videantur. Sacram verò *Philoſophiam* de vero Deo, primus Ticini profeſſus eſt Syrus Aquilienſis, eo tempore, quo D. Petrus eam Romæ docebat, quam hactenùs fideliter retinuit. *Proprereaque* decretum eſſe ait, vt iam non à flumine ampliùs Ticinum, ſed Papia vocaretur: quaſi piorum virorum patriam dicas, ſiue piam & veræ religionis patriam ſedem.

Galiatius 2. Vicecomes Mediolanenſis, Ticini, abſoluta arce admiranda & nobiliſsima, Gymnaſium condidit, accitis, vberrimo ſtipendio, diſciplinarum omnium profeſſoribus, inquit Io. Croeſelius in Elogijs, additq; illius Elogium ex Iulio Ieroldo.

Muſis hic Galeacius beatis
Auguſta atria, nobilemq; ſedem
Ticini, ad liquidum dicauit amnem.
Illic vt coaleſceret iuuentus.
Boniſq; imbueretur artibus, quas,
Mox defunderet vſquequaque in orbem.
Muſis & Iouius Senex beatis.
Ticini, ad liquidum inſtitutus amnem,
Auguſta atria, nobilemq; ſedem
Vdo in margine Larij dicauit,
Hic armis Galeacium nitentem
Virtutis memor inclytæ locauit,
Vt fortiſsimus, Optimuſq; Princeps
Formoſiſsimus omnium virorum,
In Heroibus emicet, viroſq;
Interfulgeat ille Bellicoſos.

Inſcriptiones Ticinen.

In S. Epiphania Alciati.

Andreæ Alciato IC. Comiti, Prothonotario Apoſtolico, Cæſareoque Senatori, qui omnium doctrinarum orbem abſoluit, primus legum ſtudia antiquo reſtituit decori. Vixit Ann. L VIII. M. *VIII.* die IIII. Obijt M.D.L. prid. Id. Ian.

Oſti-

Oſtichon.

IVra taCent, ſtrepIt VſqVe forI, LegeſqVe ſalV-bres.
CVr? IaCet AnDreas DVX & ApoLLo forI.

Iacobi Mandelli epitaphium.

Iuris vtriuſque interpretis celeberrimi, qui Papiæ, Placentiæ,& Piſis ſupremos honores conſecutus,cum deinde Patauium,Ferrariam,rurſusque Piſas magnis pręmijs vocaretur,vita functus, Ticinenſem hanc, cæteraſq; lugentes reliquit Academias, vixit annos XLV.obijt XXX.octobris.M.D.LV.

Pius V.Pontifex Max.Comitibus ſuis Collegium Papiæ inſtituit. Card.Boromæus ſtudioſis palatium ſuum attribuit. Ericuſque Brunſvvigorum huius vrbis & Italiæ delitijs captus, ſuum ducatu reliquit, & Papiæ mortuus eſt,cum hoc epitaphio.

Papa tibi Papia atque fuit,non patria cura,
Hinc procul à patria te tegit vrbs Papia.

De Papienſium corruptela quod in oblatione quæ fuit D.Syro Deo tutelari, pugnis certare liceat, reprehendit Menochius, libr. de arbit. Iudic. caſu 4000.

Hic ſtudioſi ab eodem Doctore non promouentur,à quo præſentati fuerunt.caſu 371.

Iurantq; Doctores,quod promouendi ſint idonei. Etſi Menochius hoc parum probare videatur.caſu 192.

PATAVINA.

ETſi Pataiuium & virorum probitate, & artium bonitate, vt Strabo refert, diu floruerat, tamen Academiam vt haberet, Caroli Magni liberalitate circa annum Dom. 791. factum eſſe creditur. Leander verò Patauij omnium diſciplinarum gymnaſium eſſe ſcribit, à Frederico II. in Bononienſium contumeliam inſtitutum.

Sabarellus Iuriſconſultus ad Clementinam Dudum, de ſepulturis ait: Patauienſis ex longiſsima, conſuetudine, quæ priuilegij vim obtinet, generale ſtudium habere. Quod Anchoranus & Socinus approbant, & Heningus Goden conſilio 13 confirmat. Iaſon iuriſconſultus in hæc verba loquitur: Si quem neque vrbis Patauinæ vetuſtas mouet, quam conſtat à Troino Antenore conditam eſſe, nequê amplitudo ſiue triplicem murorum ambitum, interfluente Timauo, conſideres, ſiue prætorium omnium quę in orbe memorantur digniſsimum, moueat ſaltem Patauinæ academiæ gloria: eſt enim totius Italiæ celeberrima, & veluti Athenienſis Ariopagus, quæ ſemper viros in omni ingenuarum artium genere claros & celebres fouit, auxitque. Ac nobilium auditorum frequentia ſemper abundauit, non modò illorum, qui Venetę ditioni ſubſunt, ſed etiam exterarum gentium, & remotiſsimarum

nati-

nationum. Et Blondus in deſcriptione Marchiæ Taruiſinæ: *Patauium vetuſtiſsimam clariſsimamque Italiæ vrbem, magis certum eſt Antenorem Troia profugum condidiſſe, quàm vt indigeat teſtimonijs: nullā enim ędificiorum pulchridudine, præſertim publicorum, in Italia ſibi ſimilem eſſe tenemus. Sunt tamen noua quæcunque in ea nunc extant, ſiue publica, ſiue priuata. Nam ſæpius & ab Attila Hunorum rege, & à Longobardis, ſub Frederico Barbaroſſa euerſa eſt. Henricus verò quartus Imperator Germanicus Cathedralem Pataui j eccleſiam, quæ extat, ædificauit, prætoriumque quo nullum in orbe pulchrius eſſe tenemus, cùm eſſet caſu crematum ſpecioſius Veneti conſtruxerunt oſſaque, V. Liuij conſpicuo in eius faſtigio collocarunt.* In eius quoq; Gymnaſio omnium Italię celeberrimo, ædes ſunt ampliſsimæ, ſtudentium quibus opes ſint tenuiores, auxilio deputatæ. Eraſmus etiam locupletiſsimum atque celeberrimum omnium diſciplinarum emporium vocat. Hæc autem academia tot egregijs muneribus atque priuilegijs ornata, tantumque ſplendorem conſecuta, tribus potiſsimum de cauſis videtur. Primò quidem propter ſingularem amœnitatem oportunitatemque loci, & omnium rerum, quæ ſtudioſis neceſſariæ ſunt, vberrimum prouentum. Blondus enim ex Martiale & Catullo probat, Euganeos colles iam olim Muſarum ſedem eſſe creditos, & Conſtantinus Paleo-

Paleologus, teſte Rhodogino, dicere ſolebat, niſi ſciret à ſanctiſsimis viris affirmari, in Oriente paradiſum eſſe, arbitrari ſe non alibi eum reperiri, quàm in perſuaui Patauina amœnitate. Panem verò ager producit candidiſsimũ Italiæ, & vinum quod Plinius inter nobilia celebrat. Deindè quòd Reipublicæ Romanæ ſemper amicè adhęſerit Patauium, difficillimusque temporibus pecunia & armis iuuerit: quare Romani pro ſua gratitudine, & erga ſocios egregia fide, nihil prætermiſiſſe crependi ſunt, quod ad Patauiorum vtilitatem gloriamque pertinere videretur. Poſtremò, quòd Patauini præ cæteris erga omnes humani extiterint, & vel cum ſeruis clementiſsimè indulgentiſsimeque, teſte Macrobio ſeſe habuerint: quod & veræ eruditionis virtutumque ſtudij argumentum eſt, & multorum etiam ad benefaciendum animos permouere ſolet. Tantæ etiam caſtitatis ſeueritatisque fuerunt, vt ea in prouerbium abierit: quò pertinet illud Martialis:

Tu quoque nequitias noſtri luſusque libelli
Vda puella leges, ſis Patauina licet.

Quæ breuiter ſic explicat Leander: Vrbs rebus ad vſum vitæ neceſſarijs affluens, cœloque ſaluberrmo coloni ingenijs ſummis ſunt, & ad literas, omniaque virtutis ſtudia promptis, item lautis politisque moribus, habitu optimo corporis, & in omnibus actionibus ciuilitate præſtantes. Iam verò ſicut fallam Romanorum in paganiſmo Theologiam

Theologia.

giam diligenter coluerunt, ſic veram Chriſti doctrinam, cùm ea in Italia relucere cœperat, alacriter & religiosè amplexi ſunt. Blondus enim & Iouis Optimi Maximi ſacrorum reliquias atque argumenta apparere, & quadraginta Parochiales eccleſias, pręter religioſorum magnifica templa, vbi Chriſtum colerent, extruxiſſe refert. Sacram ergo Theoſophiam doctiſsimi viri, non in templis ſolùm, verùm etiam in ſcholis diligentiſsimè tradiderunt. Primò quidem Prosdocimus D. Petri diſcipulus, vt Beda & Vſuardus in martyrologio teſtantur: deinde S. Anthonius Paduanus, quem diuus Franciſcus ſuum Epiſcopum appellabat: Caietanus Theologus, philoſophus, & medicus celeberrimus: Thomas Pẽketh, qui propter ſingularem eruditionem atque eloquentiam ex Oxonienſi Anglię academia euocatus, multos annos ſcholaſticam diſciplinam profeſſus eſt. Iuriſprudentia vt hic doceatur, non tam ex priuilegio principis, quàm longa conſuetudine Patauina vniuerſitas habet, iiſdemque priuilegiis ornata, quibus Bononienſis, vt Bartholus, § hæc autem tria, proœ. ff. Bald. auth. habita C. ne filius pro patre. Cardinalis Zabarellus Clement. dudum, de ſepult. Anchoranus cæteriquè iuris Canonici doctores in C. cùm de diuerſis, de priuileg. in 6. teſtantur. Et vtrum ea priuilegia ſi Bononienſi academiæ adimantur, etiam huic adempta cenſeri debeant, pulchrè diſputat Caſtrenſis. Cuius tamen multi tam celebres

L. omnia priuilegia, C. de epiſcopis & clericis

profeſſores extiterunt, vt Patauium iuriſperitorum corona à quibuſdam appelletur. Bartholomæus enim Salicetus quatuor integros annos ius ciuile profeſſus eſt. Paulus Caſtrenſis commentaria quæ prælectiones Patauinæ à iuriſconſultis vocantur, in vniuerſum ferè ius edidit ad gloriam vniuerſitatis Patauinæ. Sicut Cardinalis Zabarellus commentaria in Clementinas, clariſsimo etiam iuris vtriuſque collegio Patauino obſeruationes in Panormitanum & Alexandrum de Imola dedicauit. Antonius Franciſcus Lodouicus etiam Gomes Epiſcopus Sarnenſis ſacri palatij auditor, & pœnitentiariæ apoſtolicæ regens, magnum ſe in bonis literis Patauij progreſſum feciſſe, & libros aliquot ad Paulum III. conſcripſiſſe gloriatur. Author eſt Sabellicus, quod cum Ioannes Campegius Patauium venire diceretur, ob excellentem eruditionem nominiſque celebritatem à magiſtratu vrbis (quod non niſi principibus facere ſolebant) à gymnaſiarchis, & profeſſoribus honorificè introductus ſit. Vnde eorum erga bonas literas & eruditos viros voluntas perſpicitur, honos autem, vt prouerbio dicitur, alit artes. Marſilius quoque & Ioannes, & Galeatius, & Guilhelmus Sophilici, Ioannes Horologius, Antonius Cermiſonus excellentes medici patriam ornârunt, inquit Blondus. Hieronymo Rubro medico Patauino, Cœlius Rhodoginus librum octauum lectionum antiquarum inſcripſit. Plurimos etiam in humaniori literatura

ratura præſtantiſsimos viros produxit, & aluit, quos hic recenſere non refert. Poetarum verò ſingularis iam inde ab initio procreatrix extitit. Stellæ nimirum & Flacci, quorum vtrumque ſe dilexiſſe ſcribit Martialis:

Tanto ſtella meus tuo Catullo,
Quanto paſſere maior Et columba. Et:
O mihi curarum precium non vile mearum,
Flacce Antenorei ſpes alumne laris.

Voluſij etiam, qui ad imitationem Ennij annales populi Romani carmine ſcripſit, etſi eum Catullus reprehendere & damnare videtur:

At Voluſi annales Paduam morientur ad ipſam,
Et laxas ſcombris ſæpe dabunt tunicas.

Et:

Annales Voluſi cacata charta.

Clariſsimus ille Cælius Rhodoginus, Illi, inquit, nobiliſsimæ ciuitati quicquid in literaria ſumus quaſi negotiatione poſt deũ optimum maximum & parentum curam, acceptum ingenuè referimus: illic bonam ætatis partem educati imbutique tum Græcè tum latinè mox verò & prouincialium ſtipendijs profitendi munere perfuncti. Quin & has qualeſcunque lucubratiunculas noſtras, ibidem in fortunæ domo condere auſpicati ſumus, quas & diu iam abſolutas materiam feciſſemus publicã, ni bellorũ intonãte grauius fragore, ſtudiorum curam interpellatã vehementius retudiſſet, dimicatio de capite ac ſi libro-

librorum ſupellectili, toties ſubeunda. Proinde vicem rependimus vt poſſumus, certè loci memoria dulciſsima, æſtuationem mentis lenit ſæpiſsimè.

De origine & antiquitate, ſitu & celebritate vrbis & Academiæ ipſi Patauini atteſtantur in publico documento, ad ipſum Riccobonũ. In quo forma & modus oſtenditur, aliquem in ciuium numerum atque libertatem aſſcribendi.

Nos N. N. Sapientes deputati ad vtilia Patauinæ Ciuitatis Antonio Riccobono ciui Rhodogino, legum Doctori, in florentiſsimo gymnaſio Patauino humanitatem profitenti S. D. Semper fuit Troiani proprium ſanguinis, Ius ſuum cum viris virtute pręſtantibus communicare. Itaque Romani cognati noſtri præclariſsimi ab Ænea & Aſcanio heroibus Troianis oriundi, quàm plurimis gratuitò ciuitatem impartiti ſunt. Quos ſine dubio anteferendos eſſe Thebanis, Lacedæmonijs, Athenienſibus, alioqui omni laudis genere excellentiam ſuperantibus; qui vel nullos vel paucos in Ius ciuitatis ſuæ admiſiſſe, ac hoſpites quoque expuliſſe cõmemorantur, doctiſsimi homines cenſuerũt. Et Antenor qui poſt Troiæ excidium, quemadmodum etiam Æneas, in Italiam venit, cum vrbem Patauium in hac camporum colliumq; amœnitate cõdidiſſet: multos ad hanc rerum vbertatem, & copiam confluentes benignè excipiendo, ciuium ſuorum numerum mirabiliter auxit, cuius præ-

claris

claris inſtitutis diligentiſsime ſeruandis, ſe potuit hæc ciuitas tam multos abhinc annos ab interitu vindicare. Et nos eius, à quo originem trahimus, inſignibus veſtigijs inſiſtendo, tametſi hanc ipſam vrbem laudari audimus rebus quibuſdam, quæ fortaſsè nec nobis diſsimulandæ, nec alijs contemnendæ ſunt, originis vetuſtate, viarum commoditate, ædium elegantia, agrorum, & montium fertilitate, fontiũ & fluminum pulchritudine, ciuium in armis, & literis excellentia, publici Gymnaſij celebritate, vtriuſque Collegij, tum Iuriſconſultorum, tum Philoſophorum, & Medicorum, imò verò etiam tertij Theologorum, claritate, quibus quidem rebus iuſto iudicio hæc vrbs cum omnibus Italiæ vrbibus certare meritò poſse exiſtimatur: tamen nullam ſanè laudem maiori ſtudio conſectamur, nullumque decus atque ornamentum antiquius habemus, quàm vt Iure ciuitatis noſtræ omnibusque honoribus, quibuſcũq; poſsumus virtute pręſtantes viros donaſse, ac decoraſſe dicamur. Quorum in numero cùm eſſe te maxima tua cum laude notiſsimum, atque exploratiſsimum ſit, qui cùm in clariſsimo Iuriſconſultorum collegio legum Doctor, nemine penitus diſſentiente, declaratus es, & poſteaquam in locum Caroli Sigonij Mutinenſis viri Clariſsimi, ad veterem eloquentiam tum Græcam, tum Lat. in Florentiſsimo Gymnaſio tradendam publico Illuſtriſsimorum Senatorum

decreto ſucceſsiſti, præſtantiæ tuæ mira dederis documenta, cumque obſeruauerimus in honeſtiſsimis muneribus publicè obeũdis, & in priuatis quoque collocutionibus fuiſſe te ſemper Patauini nominis obſeruantiſsimum, huiuſque vrbis præconem eloquentiſſimum, allatis magnificæ vniuerſitati noſtræ literis, quibus ſuppliciter petebas, vt te in numerum Patauinorum ciuium cooptaremus; næ, ita nos Deus amet, propenſam tuam in nos voluntatem clariſsimam & iucundiſsimam habuimus, ſtatimque communi omnium conſenſu, & ſummo ciuium, legitimè congregatorum, honori tuo libentiſsimè ſuffragantium ſtudio, ac propè incredibili vniuerſi populi lætitia, & applauſu, approbantibus, id Illuſtriſsimis præſidibus huius magnificæ vrbis, Aloyſio Grimanno Prætore, ac Daniele Priolo præfecto, viris integerrimis hodierno die te quiq; ex te, liberisq; tuis naſcẽtur, omnes in numerum ciuium Patauinorũ adſciſcimus, deligim⁹, adſcribim⁹, referim⁹, & adſcitũ, delectũ, adſcriptũ, relatũ cõmuni omniũ voce comprobamus, huiuſq; ciuitatis ius, quam poſſumus, ampliſsimũ tibi, poſteriſque tuis omnibus, ex te, liberiſque orituris, concedimus, & impertimur: atq; tuis in Patauinam Nobilitatem, ac ciuium, qui in hac vrbe orti ſunt cœtum te cum filijs, nepotibus, & à te deſcenſuris omnibus recipimus, & aggregamus. Idque eò libentius facimus, quod hac in re putamus nos valde gra-

tificari

tificari, non ſolum Rhodiginæ ciuitati, quæ cum voluerit eſſe te inter conſiliarios non ad certum tempus, ſed toto vitæ ſpatio, illam communitatem gubernantes, lætabitur, Ciues ſuos à nobis magni fieri: Verumetiam ſereniſsimo Senatui Veneto, cuius ditioni ſubiecti ſumus, cuiuſque in te honorando quaſi prærogatiuam, tunc potiſsimum datam, cum ad principem veteris tradendæ eloquentiæ in Celeberrimo Gymnaſio locum honeſtiſsimo ille te pręmio extulit, facilè ſuffragia noſtra, quę ius ciuitatis tibi dederunt, ſunt cõſecuta: & quia ſimul in ſpẽ certiſsimã venim⁹, fore, vt queadmodũ iuraſti, leges oẽs, quibus teneris, tibi ſeruãdas exiſtimes: vt Iuri Veneto, & Patauino pareas: vt munera obeas, & onera ſubeas, quæ ſunt tibi cũ cęteris ciuibus cõmunia: vt pro Sereniſs. Rep. Veneta, & pro Mag. ciuitate Patauina, cum offeretur occaſio, tibi propugnandum putes, atque vtriusque iura, cum per auctoritatem licebit, defendas: vt imperio Veneto, Patauinęque communitati fidelis ſis: vt imminentia Ciuibus pericula tollere ſtudeas: vt cõcordiam inter diſcordes Ciues procures, vt amicis fidem ſerues, denique vt omnia optimi ciuis officia exſequaris, nihilq; omittas eorũ, quæ Patauino nomine digna eſſe exiſtimentur. Quamobrem Antoni Riccobone, ciuis noſter nobis chariſsime, nobiſcum gaudebis pleno Patauij iure; omnibuſque priuilegijs, prærogatiuis, beneficijs, muneribus, qualiacunque & quantacunque

nobis ipſis conceſſa ſunt, tum in vrbe, tũ extra vrbem, perfrueris. Quod Reip. Venetæ, populoque Patauino, ac familiæ tuæ bonum, fauſtum, felix, fortunatũque ſit. Cui noſtro priuilegio decreto ſtatuto nemo cõtra dicere cõtrauenire, aut aliquid derogare, audeat, quique aduerſari, repugnare, obſiſtere viſ⁹ fuerit, legũ inimic⁹ aduerſarius, obtrectator habeatur. Ex Tabulario Patauinæ Cõmunitatis V. Kal. Feb. 1571. Similia quoque de origine & ſitu vrbis refert Bernardinus Scardeonius in libris ſuis de antiquitate vrbis Patauinæ.

Bernardinus enim Scardeonius, Canonicus Patauinus, de antiquitate vrbis Pataui j, & claris ciuibus Patauinis, tres libros, quindecim claſsibus diſtinctos, anno Dom. M.D.LIX. conſcripſit. Quorum primo, claſſe 1. Nec prçteriri, inquit, debet, florentiſsimũ huius ciuitatis Gymnaſium, toto orbe celeberrimum: profeſſoribus, & omnium liberalium artium Doctoribus, inſigne, & multis priuilegijs, & honeſtiſsimis titulis à ſummo Põt. & ab Imp. Auguſto, & ab inclyto Venetorum Senatu decoratum. Quo ex tota penè Europa, atque ex omnibus Chriſtianorum prouincijs, frequẽtiſsima iuuenum multitudo confluit, cauſa diſcendarum legum, ſiue Theologiæ, aut medicinæ, vel philoſophiæ, cunctarumque optimarum artium, & cuiuſcunque diſciplinæ tã Grçcè, quam Latinè veluti ad vnicum omniũ literarum emporium, vbi velut in præparata omnium ſtudiorum officina, ſemper adeſt

caterua

caterua, innumerabi lis ſtudioſorum iuuenũ: & doctiſsimorum virorum docentium in omni doctrina,& ſtudiorum genere, & pręſertim è noſtris ciuibus:ita vt parũ ſit opus peregrinos,aut aduentitios prælectores cõducere. Accerſuntur tamen vndique, amplo ſtipendio (quum res exigit) ad Gymnaſij ſplendorem, clariſsimi quique tam vtriuſque iuris, quàm medicinæ, & philoſophiæ Doctores Clariſsimi.Hoc autem Gymnaſium primo à Carolo Magno cœptum ſcriptores plerique autumãt, & deinde poſt aliquot ſecula per Fridericum II. cùm eſſet Romanæ Eccleſiæ infeſtus, ex vrbe Bononia Patauium tranſlatum: Anno à partu Virginis M. CC. XXII. Atqui verò poſt XL,annos pacatis rebus,inſigni diplomate à Summo Pontifice Vrbano IIII. comprobatum fuit, quod Fridericus Cæſar ante ſtatuerat .Interea verò dum hæc ſcribimus, in vnis ædibus extruũtur, atq; exornãtur omnium artiũ liberalium atq; vtriuſq; iuris ſcholæ ſpecioſiſsimis ędificijs,& inſigni atrio,multo quidẽ magnificentiores,longeque præſtantiores,& duplo capaciores prioribus. Sũt itẽ ſtudẽtibus in hac vrbe ædes aliquot ampliſsimæ,quę vocantur Collegia, gratis ad eorũ ſuſtentandam inopiam deputatæ, qui anguſtia rei familiaris premuntur.Eſt in primis iuxta tẽplum D. Antonij Confeſſoris eximiũ Collegiũ,quod Foroiulienſiũ nominatur,à Pileo de Prata, Cardinali & epiſcopo noſtro cõſtructũ:vbi ſuper ianuam legitur hoc epigramma.

Atria quanta vides ſinuoſos flexa per arcus,
Dedita diuinis ſtudijs, & Canone ſacro,
Magna Comes pratæ pileus dedit inclytus heros
Cardine Pontificum, celſos operatus honores,
Mille quadrigentos, bis denos auxerat annos,
Partus virgineus, cum mœnia ſtructa quierunt.

In eadem regione eſt Collegium Feltrenſiũ. Apud pontem Coruum eſt Collegium Spinellium, & ibi propè eſt Collegium Riddium. In vico autem Vignalium, eſt Collegium dictum Campionis. Apud S. Catharinam, eſt antiquum & ſatis opulentum, & complurium ſcholaſticorum, ex Neapolitano regno præſertim venientium, capax. Iuxta Pontem Molinarium eſt domus ampla & ſpecioſa, à Thoma Philologo, Rauẽnate medico, proximis annis, ſcholaribus liberaliter deputata. Aliud item Collegium Brixianorum eſt apud Sanctam Luciam. Erit quoque propediem Collegium nouum, ſolis Græcis è Cypro venientibus communicãdum, ex Legato N. Archiepiſcopi Gręcię. Eſt inſuper hic ſchola Grammaticalis publica, in qua pubes ſtudioſa, tam in Græca, quam in Latina lingua gratis valeat erudiri. Hac ætate erecta ex Hannibalis Rugerij iureconſulti legato. Habetur item in hac ciuitate hortus Sphæricus, amplus & irriguus, omni genere herbarum medicinalium cõſitus, pro inſtruendis iuuenum ingenijs in re herbaria, à medicis præparatus: Opus ſanè egregium & ſingulare, Franciſci Bonefidei Phyſici clariſſimi inuentum: & à Senatu Veneto, referenti-

bus

bus Patauini Gymnaſij curatoribus, Sebaſtiano Foſcareno, & Nicolao Theupulo ampliſſimis viris, & in Repub. Veneta ſummis magiſtratibus claris comprobatum.

Antonius vero Riccobonus ſuperioribus annis peculiarem tractatum de gymnaſio Patauino edidit: vbi de gymnaſij origine, confirmatione, & priuilegijs; de ſcholis ipſis, & earum loco, deque horto medicinali, de pecunijs conſtitutis ad Doctores honorandos, & collegijs ad ſtudioſorum commoda inſtitutis, & de ſtatutis ad vtilitatem atque honeſtatem gymnaſij Patauini pertinentibus, nec non de bonis artibus quę in eo pertractantur, nouem capitibus prioribus, eleganter & eruditè diſſeruit.

Gymnaſium inquit, adeò vetuſtum eſt, vt eius origo vetuſtatis tenebris obliterata fuiſſe cenſeatur, ſolaque conſuetudine, quæ priuilegij vim obtinet, inchoatum. A Carolo Magno originem traxiſſe putant. Memoriæ certè proditum eſt, Fredericum II. Imp. in ciuitates eccleſiæ ſæuientem, florentiſsimum gymnaſium Bononiēſe, Patauium tranſtuliſſe, quod Bononienſes Honorio III. plus nimio contra ſe conſentire exiſtimaret, anno 1222. quadragintaque poſt annis ab Vrbano IIII. poſtea verò à Clemente VI. deniq; ab Eugenio IIII. fuiſſe comprobatum.

Secuta eſt tyrannis Azzolini ab anno 1237. vſque ad annum 1256. Qua tandem poſt annos 18. Patauino liberato Gymnaſium diutius in-

termiſſum reſtitui cœpit. Cumque in ea duæ Vniuerſitates exiſterent, vna Iuris Pontificij & Cęſarei, altera philoſophię & medicinæ, vnus tamen deligebatur rector, qui vtrique præeſſet: deinde duo creabantur Rectores, vnus tranſalpinorum, alter ciſalpinorum, ſed qui vtramque æquè Vniuerſitatem, non vnus vnam, alter alteram regerent, tunc ab vrbano Pontifice Gymnaſium eſt confirmatum eaque conſuetudo perdurauit vſque ad tempus illud, quo in gratiam Franciſci Carrarienſis Vniuerſitas ſtudioſorum philoſophiæ ac medicinæ ab Vniuerſitate vtriuſque Iuris prorſus ſegregata eſt: factique ſunt duo Rectores inter ſe diuerſi; diuiſaque ſtatuta, quæ ante à communibus Rectoribus compoſita fuerant. Anno 145. in Venetorum poteſtatem peruenit. Sub quibus ſtudioſi optimarum artium ampliſsimo Iure vtebantur, eligendi Doctores & reijciendi pro ſuo arbitratu. Et anno 1449. poſt Vrbani IIII. & clementis VI. confirmationes, etiam ab Eugenio IIII. Veneto gymnaſium Patauinum eſt confirmatum.

Tria iſta diplomata confirmatoria ibi recitantur. Ea tamen facultas eligendi & reijciendi Doctores, propter tumultus, qui inde oriebantur, à Senatu Veneto ſtudioſis anno 1445. mitigata, ſed anno 1560. prorſus adempta eſt, & tota ad Senatum tranſlata. Ex cauponaria domo, cui Bouis inſigne erat, ſcholæ factæ ſunt, quæ Bouinæ vocantur: quam multi

præſi-

preſides Veneti magnificè adornarũt,& nouis ædificijs auxerunt.

Hortum ſphæricum amplum irriguum inter duo tẽpla auguſtiſsima D. Antonij & D. Iuſtinę omni genere herbarum medicinaliũ refertum ad ſtudioſos medicinæ in re herbaria erudiendos Senatus conſtituit.

Pratenſe collegium à Pileo comite Pratę, Cardinale & Epiſcopo Patauino inſtitutum, anno 1420.

Tornacenſe in vico Vinealium Spinellium ad pontem Curuum anno 1439.

Feltrenſium ad D. Antonium Ridium ad pontem Curuum.

D. Catharinæ.

Brixianorum ad D. Luciam.

D. Leonardi.

Amulium.

Cauchum,

Priolium in vico S. Crucis.

Paſcali Maripetro principe in Senatu Veneto decretum eſt: Vt ſubditi reip. Venetę ſtudia ſua alibi exercere non poſsint, quàm in gymnaſio Patauino: quique alibi ſtuduiſſent, alibique promoti eſſent, ijs priuilegijs carerent, quibus perfruuntur Doctores Patauini.

Ioanne Mocenico principe, in Senatu ſtatutum eſt: vt nullus patritius Venetus alicuius publicæ explicationis munus, cum publico præmio, in gymnaſio Patauino poſſet obtinere, neq; ordinarij, neq; ſubſtituti nomine

terea verò vt ad vnum idemque explicandi munus eodem tempore, duo Patauini Doctores inter ſe cõcurrentes conſtitui non poſſent, neque ordinarij neque ſubſtituti nomine, ſed in concurſum Patauini ſemper aliquis peregrinus eligeretur.

Ad hęc, publicis literis mandatum eſt, vt in vtraque facultate Pontificij & Cæſarei Iuris, tum Philoſophiæ & Medicinæ ſeruarentur ea, quæ tanquam neceſſaria vt curarent Præſides Patauini præcepiſſent.

Auguſtino Barbadico principe S C. factum eſt: vt non niſi in publicis Collegijs laureati ad docendum in ipſo Collegio admitterentur: ijs nimirum excluſis, qui Doctores fieri à Comitibus Palatinis conſueuerunt.

Porrò, vt Doctores tum ordinarij tum extraordinarij ingrediẽtes ſcholas, ad habendos explicationes ſuas, cum minori numero quã ſex auditorum, pœna librarum 10. pro ſingulis huiuſmodi explicationibus punirentur.

Vt quilibet ſtudioſus veſtem indueret oblongam, vltra medias tibias, aut vſque ad talos; eamque geſtaret in publicis locis, in eccleſijs, in ſcholis, propoſita pæna ijs qui contra facerent, priuationis beneficiorum, immunitatum, priuilegiorũ, Iuris ſuffragij, omniumque emolumentorum, quibus Vniuerſitas gaudet, & librarum ſex paruorum, quotieſcunque contra fieret: ac præter veſtem, ſi ipſis ita videretur, faſciam adderent ſericã,

aliudue

aliudue ſignum quod vellent honeſtum, ingenuæ diſciplinæ ac liberalibus ſtudijs conueniens.

*V*etus eſt inſtitutum, vt artium & diſciplinarum quæ in pretio ſunt omnium, in hac vrbe vniuerſo terrarum orbi clariſsimum pateat domicilium, idque præſtantiſsimis vndiq; accitis doctoribus exornetur: & promptos expeditoſque habeat, qui obſcura, & nunquam ſatis patefacta ſapientiæ præcepta docendo colluſtrent. Studioſamque optimarum artium iuuentutem optimis literis, publico munere erudiant. Omnis enim ſapientia partim in rebus, partim in moribus, partim in ratione, & mente ſpectatur. Cumque res ſint triũ generũ, aut diuinæ, aut naturales, aut Mathematicæ, res quidem diuinas tractat Theologia, & Sacra ſcriptura, ſimulque Metaphyſica facultas naturales vero explicat tum Phyſica, & Medicina, cuius Comes, & adminiſtra eſt Chirurgia, & Anatome: tum Phyſica, Philoſophia, quę ſimpliciter rerũ naturã perpẽdit: Mathematicas autẽ explanat ſcientia Mathematica. Mores præterea conſiderantur tripliciter; aut ſingulorum hominum in Ethicis, aut Rerump. in politicis, aut familiarum in Oeconomicis. Et ad facultatẽ politicam, & Ciuilem refertur Ius Pontificium, ac Ciuile. Ea verò, quę mens ipſa & ratio excogitauit, quæque extra ipſam locum non habent, diſputant Logica, & Rhetorica. Ad quæ omnia enucleanda, & declaranda hoc Gymnaſium omni ſemper

per Doctorum genere fuit effluentiſsimum; ſiue illud tempus ſpectemus, cùm Patauium perfrui libertate viſum eſt: ſiue illud, cùm Carrariēſibus ſeruiuit : (nam parum admodum Scaligeris ſubiectum fuit, & ſæuiēte Tyrannide Acciolini intermittere Gymnaſium neceſſe habuit) ſiue illud, cùm benigniſsimo Venetorum obediuit imperio, quemadmodum in perpetuum videtur eſſe obediturum.

Viros illuſtres, qui ſacra Theologiam, Canonicum & ciuile Ius, vſus feudorum, Medicinam, theoricam practicam, chyrurgicam, anathomicam, in ſcholis et in horto medicinali mathematicam, phyſicam, ethicam, politicam, ſophiſticam, poeſim, artes humanitatis Gręcas & Latinas ordinariè et extraordinariè docuerunt, editiſque libris exornarunt, Scardeonius & Riccobonus ibi copioſè recenſent.

De Collegijs Patauinis ita ſcribit Io. Caius Anglus lib. I. de antiquitate Academię Cantabriginen. Cùm in Italiam primùm veneram, publica profeſſio liberalium diſciplinarum Pataüij in ædibus cuiuſdam ciuis Patauini apud S. Blaſium fuit, & eis humilibus ſatis & obſcuris ſcholię. Ante tamen diſceſſum noſtrū extructæ aliæ magnificentiores ſunt, ſumptu publico ſenatus Veneti, ad quē ea ciuitas pertinet, in foro Boario Patauij, iuxta ſcholas Iuriſperitorū, quas ſolas publicas habet Academia. Etenim habitationes ſcholaſticorū priuatæ

uatæ adhuc ſunt vrbanorum ædes, alio alia viuẽdi ratione in aliena æde vſo, aut Doſenæ aut Camerę, aut, vt vocāt Caſę, Patauij ex more idem Doctor laurea inſigniẽdos pręſentat, & promouet. Monochius de arbitrarijs iudicum lib. 2. caſu 371. Nec iurare coguntur Doctores, quòd ſtudioſi per ipſos ad lauream pręſentandi ſint digni. Menoch. caſu 192.

Patauij Menochium audiuit Iacobus Benius, qui priuilegia Iuriſperitorum ſcripſit, teſtatur priuilegio 69. Theologiam hîc profeſſus eſt Hieronymus Accorambus. Benius priuilegio 59.

Hortum Patauij conſtruxit magiſtratus, infinitis herbis refertum, in gratiam ſtudioſorum medicinæ Adrian. Rom. in Theat. vrb.

Epigrammata & Epitaphia.

Salue vrbs doctiloquis ſedes aptiſsima Muſis.
Magna loco, ſpacioſa foris, placidiſsima cæli
Temperie, muroq; triplex latiſsima foſsis:
Et magnis celebrata viris. Hac Liuius ille
Hiſtoriæ pater eſt genitus; ſeruantur eodem
Illius oſsa loco, ſtatuis, tituloque ſuperbo:
Hîc vbi iuncta foro, nullis fulcita columnis,
Plumbea marmorei pulchrè ſtant tecta palati.
Hic etiam Paulus, iuris legumq; peritus,
Et ſtatuas alij meruerunt vrbis alumni.
Hæc quoque Valerio patria eſt, qui Iaſona laudat.
Hæc patria Aſconio, & ſtellæ; prætoris in arce
Effigies, quorum & titulos ſpectare licebit.
Atria Romanum referunt vbi picta Senatum.
Hic quoque ſuprema Longoli conderis vrna.

Inſcripſit

Inſcripſitq́; tuæ Bembus tria carmina tumbæ.
Te iuuenem rapuêre deæ fatalia mentes
Stamina, cum ſcirent moriturum tempore nullo,
Longoli, tibi ſi canos ſeniumq́; dediſſent.

Epitaphia Patauij celebria.

Petri Bembi in baſilica D. Anthonij

Petri Bembi Cardinalis imaginem Hieronymus in publicam ponendam curauit, vt cuius ingenij monumenta æterna ſint, eius quoque corporis memoria ne à poſteris deſideretur, Vixit ann. LXXVII. Menſ. VII. Verſus numerales.

BeMbVS obIt VenetæLaVS VrbIs gLorIa fVLgor.
ELoqVIo cLarVs, CLarVs & hIſtorIIs, FabrI
StapVLensIs.

Corpus humo, mentem ſuperis, bona cætera linquo
Pauperibus, faber dum moriebar eram.

Pan. Caſtrenſis & illius filij Angeli in æde Seruorum Mariæ.

Paulo de caſtro auo, & Angelo Patri, Comiti Palatino IV. Doctoribus, & in orbe Monarchis, Nicolaus de Caſtro IV. Doctor, Canonicus Paduanus, Apoſtolic. rubicularius & Comes Palatinus fieri fecit. M. CCCCLXXX IX.

Hieronymi Cagnoli in æde D. Franciſci.

Hieronymo Cagnolo Vercellenſi, viro optimo, & iuris ſcientia noſtræ ætatis eminentiſſimo, & propterea Taurini Pedemontium: deinde

deinde Patauij, maiore ſtipendio quam quiſquam alius Ius ciuile magna cum laude atque omnium admiratione profeſſo, nobili genere Illuſtriſs. Ducis Sabaudiæ munere ſenatorio & equeſtri dignitate perfuncto, filij ſumma erga talem patrē pietate hoc monumentum poſuêre. Vixit ann. LIX. obijt M.D.LI. Calēd. Feb.

In communi Germanorum ſepulchro, Baſiliæ Eremitarum.

Ne plores hic amiſſos Germania natos,
Tempore quemque ſuo fata locoq; manent
Felices ne conſpicerent incendia mundi,
Ante mori ſummum qui potuêre diem.
Cum nutante breui cælum dabit axe ruinam.
Et tandem falſum non ſinet eſſe Deum.

Dantis, Petrarchæ & Boccatij in monte Ortonis.

Danti Aldilgerio, Franciſco Petrarchæ, & Ioanni Boccatio viris ingenio, eloquentiaque clariſsimis, Italicæ linguæ parentibus, vt quorū corpora mors & fortuna ſe iunxerat, nomina ſaltem ſimul collecta permanerent, Ioannes Breuius huius baſilicæ rector in ſui erga eos amoris obſeruantiæque teſtimonium, poſuit. M.D.XXII.

T. Liuij in prætorio Patauina.

Titus Liuius Patauinus hiſtoricorum latini nominis facile princeps, cuius doctrinam & lacteam eloquentiam illa, quæ virtute pariter

riter ac eruditione florebat, adeò admirata eſt, vt multi Romam, non vt vrbem rerum pulcherrimam, aut vrbis, & orbis dominum octauianum, ſed vt hunc virum inuiſerent, audirétque à Gadijs profecti ſint. Hic res omnes, quas populus Romauus pace belloq; geſſit, 14. decadibus mira ſtyli facilitate complexus, ſibi & patriæ gloriã peperit ſempiternã. Exceſsit è vita IIII Tybery Cęſaris anno, ætatis verò ſuæ LXXVI.

In palatio Patauino in loco Iuſtitiæ.

Lapis vituperij, & ceſsionis bonorum.

In tribunali.

Excute manus ab omni munere: patienter partes audi, benignè reſponde, iuſtè iudica.

Et:

Parcere ſubiectis ſcit nobilis in aleonis.
Tu quoque fac ſimile, quiſquis regnabis in orbe.

ad fornaces Bibliothecæ in D. Benedicto:

Has domos conſtrui fecit clariſsimus artium Doctor, D. Franciſcus Patauus, Eugenij IIII. cubicularius, egregijſque, ciuis Leonardi de lignamine Filius, anno M. CCCC.XL.

In porta Portelij de origine vrbis.

Hanc antiquiſsimam vrbem, literarum omnium aſylum, cuius agrum fertilitatis lumen Natura eſſe voluit, Anthenor condidit, anno ante Chriſtum natum 1118. Senatus autem Venetus his belli propugnaculis ornauit, anno à Chriſti aduentu, M.D.XVIII.

Alibi:

Cenſum ne ſuperet ſumptus.

Solius

Solius temporis honeſta auaritia.

In imaginem Sirenum canentium.

Gaudia qui nunquam queris peritura loquaces
Has fuge, quæ dulci triſtia voce parant.

Ad tumulum Iacobi Veneti Architecti.

Quicquid habes hodie, cras te fortaſſe relinquit,
Aut modo dum loqueris deſinet eſſe tuum.

Aliud.

O ſpes fallaces, curæ, vaniq; labores,
Omnia mors abolet, anxia vita nihil.

Ad S. Iuſtinam.

Nihil dulcius benè impenſi temporis memoria.
Patientia eſt ornamentum, cuſtodia, & protectio vitæ.

Sapientior eſt, qui quod nouit abſcondit, quam qui propalat quod neſcit.

Blatta ſua ſponte lumini inuolando comburitur: non ſecus à tactu muliebri corda virorum.

In ingreſſu monaſterij.

Bonum eſt nos hic eſſe: quia homo viuit purius, cadit rarius, ſurgit velocius, incedit cautius, quieſcit ſecurius, moritur felicius, purgatur citius, & præmiatur copioſius.

De Meßia.

Sum quod non eram, nec eram quod ſum, nunc dicor vtrunque.

Supra fores Prætorij de Germanis.

Dant Bernarde tibi duo munera Teutones, illud
Quod patet è ſaxo, quod latet ex animo eſt.
Mors veniet ſaxis, animus haud ergo fatiſcat:
Hæc nota, meis ſemper grata ſuperſtes erit.

Libro, quem manu tenet Liulus, inſcriptũ eſt.
Paruus ignis magnum ſæpe ſuſcitat incendium.

Iuſtitia inter gladium & bilancem.

Reddo cuiq; ſuum, ſanctis & legibus omne
Concilio mortale genus, ne crimine viuat.

De dimittendis quibuſdam profeſsionibus Senatus decretum factum eſt, an. Dom. 1579. quod libro tertio, de Gymnaſio Patauino his verbis refert Antonius Riccobonus: Cùm Gymnaſium noſtrum Patauinum nos deceat moderari, proponitur decernendum, vt huiuſmodi fiat moderatio, poſt completos ſcilicet quatuor annos certos in eorum conductionibus expreſſos, qui publica obeunt, docẽdi munera inferius adſcribenda, vt quatuor profeſſores Iuris Pontificij ad duos redigantur, qui doceant aut collegæ inter ſe in eadẽ hora, aut vnus manè, alter veſpere, prout à Gymnaſij Moderatoribus magis conuenire fuerit iudicatum, cùm illi duo, & tertius Patauinus ſatisfacere ſtudioſis poſsint. Vt profeſſores Iuris Ciuilis, qui vnà cum profeſſoribus in loci parilitate, & tertio Patauino ſeptem exiſtunt, ad duos matutinos, & duos veſpertinos, cum tertio Patauino reducãtur. vt explicatio Feudorum finita præſenti conductione, à Moderatoribus vni eorum committatur, qui Ius Ciuile in ſecundo loco explicant, aut alicui alteri, prout eis melius viſum fuerit; cùm talis explicatio diebus tantùm feſtis habeatur, vt cùm introducta ſit nuper Pandectarum interpretatio, tum in

gratiam

gratiam ſtudioſorum, tum eo, quia talis interpretatio etiam in alijs Gymnaſijs hoc ipſo tempore floreat, duæ ceſſent de explicationibus textus, gloſſæ, & Bartholi, cùm tertius explicator ſexti voluminis Iuris Pontificij retinendus ſit, qui vnà cum Pandectarum explicatore poterit ſupplere, ſiquidem ipſa Pandectarum explanatio textum explanat. qui quidem ea hora profiteantur, quæ à Moderatoribus fuerit præſtituta; vt tertius Interpres Inſtitutionum Iuſtiniani ceſſet, cùm præter duos tertius Patauinus queat ſufficere. Vt ceſſent explicatores Medicinæ Theoricæ extraordinariæ, & Medicinæ practicæ extraordinariæ, in ſecundo loco, cùm vnus pro dictis locis vnà cum tertio Patauino ſatisfacere poſſe videatur, præter præcipuos explicatores ordinarios dictæ profeſsionis, qui quatuor ſunt, & cum his ſeptem erunt. Vt interpretatio tertij libri Auicennæ ceſſet, tanquam ſuperuacanea. Vt tollatur locus ſecundus Philoſophiæ extraordinariæ; cùm primus vnà cum tertio Patauino ſatis eſſe queat, præter ordinarios Philoſophos, qui cum his quatuor erunt. Quod quidem decretum in Senatu probatum eſt, videlicet de dimittendis

Duabus explicationibus Iuris Pontificij:
Duabus Iuris Ciuilis:
Vna Feudorum:
Duabus textus, gloſſæ, & Bartholi:
Vna Inſtitutionum:

Duabus Medicinæ extraordinariæ.
Duabus tertij Auicennæ.
Vna Philoſophiæ extraordinariæ.
Quæ fuerunt numero tresdecim.

Fuiſſe præterea vnum profeſſorem & Doctorem publicum pro his erudiẽdis, qui reip. futuri eſſent à ſecretis, indicat lib. 6. cap. 4.

Cùm in Theatrum Anatomicum ad ſpectandam Anatomen non niſi ijs ingredi liceret, qui certam pecuniam ſoluerent; S.C. factũ eſt, vt omnibus pateret ingreſſus, ſine vlla nũmorum ſolutione: & ad ſumptus faciendos ipſi Anatomæ neceſſarios, quotannis ex vectigalibus Gymnaſio aſsignatis, viginti ducati, prout vrgeret neceſsitas ab Anatomico agnoſcenda, quatuor ſcilicet floreni in ſingulas hebdomadas, ijs darentur, qui ab vniuerſitate in principio publicarum explicationũ ad id negotij fuiſſent conſtituti, vel tardante electionẽ vniuerſitate, vſque ad diem decimũ quintũ Nouemb. duobus qui ab ipſo Anatomico eſſent ſuppleti, ad quem declaratum eſt pertinere eorum ducatorum diſtributionem, prout ei neceſſarium videretur, vel, ſi qua ipſorum pars ſupereſſet, eorũdem in vſus neceſſarios reſeruationem ad Theatrum conſeruandum atque adornandum, ſemper ſub cuſtodia eius futurũ, qui Anatomen in Gymnaſio profiteatur. Quoniam verò propter maius ipſius Anatomes decus atque ornamentum anno 1584. eius explicatio facta fuerat ordinaria, quales nimirum ſunt aliæ

prima-

primariæ explicationes Theoricæ, & Practicę Medicinę; iccirco mãdatũ eſt, vt in rotata pagina Profeſsorum ſequentibus annis peruulganda talis explicatio inter ordinarias poneretur. Quoniam id par eſſet, & ſeruari etiam antiquitus conſueuiſſet. Quæ cauſa fuit, quamobrem anno 1597. Ipſe Anatomicus in ipſa rotata pagina ante philoſophos ordinarios cœperit nominari. Anno 1696. quædam diſſenſiones exortæ inter profeſſores & diſcipulos, & depoſitæ querelæ apud ſuperiores fuerunt.

Quod inſtitutum dictandi à Senatu prohibitum minimè relinqueretur. Quod propter priuatas eorum exercitationes, qui praxim Medicam diſcere concupiſcunt, ſcholæ nudarentur, diminuentibus Doctoribus earum cauſa publicas diſputationes ſuas, quæ quidem deberent vnius horæ curriculum complere, ſed hac occaſione ſæpe dimidia pars, vel etiam duæ partes eis delibarentur atque detraherentur.

Quod non deeſſent qui ſua ipſorum munere S. C. commiſſa deſererent, aliorumque muneribus ſe immiſcerent. Quod nonnulli priuatas explicationes ſuas publicarum detrimentum obirent: habendo eas ijdem horis quibus publicæ habentur; eoque modo publicas impediendo ac propterea mandantium, vt huiuſmodi abuſiones tollerentur; petentiumque à præſidibus Patauij, prætore, & præfecto, vt ad remedia huiuſmodi corruptelis

telis afferenda omnem diligentiam adhiberent. Quamobrem ipſi præſides nos omnes conuocarunt, ac de Moderatorum voluntate mouerunt. Omnibus autem in memoriam reuocarunt decretum de non dictando diligentius eſſe ſeruandum: alioquin in eos, qui mandatum Principis, & Senatus contempſiſſent, grauius animaduerſum iri.

Cumque de ijs, qui ſtudioſos in praxi Medica ſtatim poſt publicas explicationes ſuas exercerent, & hoc modo Scholas nudarent, non ſine eorum qui alijs horis profiterentur detrimento, magna exorta eſſet difficultas, propter ipſorum ſtudioſorum conqueſtionem, qui ea de cauſa Venetias ad Gymnaſij Moderatores confugerunt, ſupplicesque ea de re literas à plurimis ſubſcriptas detulerunt, flagitantes, vt ſibi eodem commodo perfrui liceret, quod ante hac percepiſſent; ipſique Moderatores ſtatuerunt, vt qui Medicinam practicam profiterentur, poſſent ad praxim Medicam ſtudioſos ducere ſuo ipſorum arbitratu: qui verò Theoricam, nequaquam.

Iidem præſides eorum Doctorum cauſam audiuerunt, qui aliorum muneribus ſe immiſcere viderentur, eosque reprehenderunt & vt aliter facerent, iuſſerunt.

Ego quoque eo die, quo primum fuimus conuocati, Fabricio Cæconio, Inſtitutionum explicatori ſignificaui; eius, &, Octauij Liuelli Collegæ priuatas explicationes ijs nonnihil

hil impedimenti importare, qui eadem hora meas publicas audire vellent, de quo multo ante vtrumque eorum per communes amicos docueram, amiceque rogaueram, ne ita ſtudioſos impedirent. Cùm autem is reſpondiſſet, quod ante etiam cum Collega reſponderat, ſuam ſe conſuetudinem nolle dimittere, ſeque quidem eſſe in grege Iuriſconſultorum, me verò in numero eorum, qui alias artes tractarent, vt mecum nihil commune haberet, nec vtrum mihi moleſtus eſſet, nec ne quicquam curaret: dixi nos cunctos, quamuis diuerſa profitentes in Gymnaſio Patauino eidem Principi ſubiacere, vt alter alteri moleſtiam afferre non debeat, deq; hoc apud Præſides conqueſtus ſum; qui eos, ac me ipſum cùm per ſnmmum Gymnaſij adminiſtrum ad ſe conuocaſſent, cauſamque noſtram diligentiſsimè audiuiſſent, Nonis Ianuarij præſentibus ipſorũ vt vocant Cancellarijs, & Mario Bibilaqua Syndico Vniuerſitatis, & alijs quibuſdam (nam multitudinem iuuenum non admiſerunt) eis ſtatim mandarunt, vt Cathedræ Humanitatis amplius impedimento non eſſent. Summa verò eorum quæ dixi, hæc fuit:

Adduci me non re vlla, quæ mea ipſius admodum intereſſet, ſed publica vtilitate; quippe qui vt muneri meo ſatisfacerem, quemadmodum antea feceram, ſatis eſſe arbitrarer, nec quid alij efficerent, etiam cum aliquo ſtudioſorum detrimento, curare admodum de-

berem, vt autem læſis ędium fundamentis totæ ædes læderentur, quæ ſine eis conſiſtere minimè poſſent: ſic offenſis ijs quibus tanquā fundamentis ſcientiæ niterentur eas conſtabiliri non poſſe. Humanitatis ſtudia cum legum ſtudio communionem magnam habere. Ideoque rectè conſtitutũ, vt illa ſeparatim traderentur, vt ijdem auditores poſſent eas ipſas percipere. Iccircoque ſuperiores omnes Inſtitutionum explicatores nullum logicæ vel rhetoricæ attuliſſe, & humanitatis ſtudia Iuriſconſultis perquam neceſſaria exiſtere. Propereaque humanitati deſtinatam horam non amplius impediendam. Sicut obtinui.

Addit eodem loco Riccobonus: Quod inter ipſos Academicos humanitatis profeſſores, & Patres de Societate Ieſu circa modum inſtitutionis diſſenſio fuerit. Quæ dexteritate Epiſcopi Patauini anno 1597. taliter ſopita ſit, vt nullum impedimentum publico gymnaſio, ſed multum vtilitatis ſtudioſæ Iuuentuti Venetiarum, Patauij, aliarumque ciuitatum ſit allaturum.

Academiæ Cancellarius eſt Epiſcopus Patauinus. Moderatores olim ex lege quatuor primarij ciues Patauini fuerant. Poſt tres electi ſunt per biennium Primarij Reip. Venetæ Senatores. Quamuis tres conſtitui ſoleant, tamen quia aliqui eorum non ſolum morte quandoque præcipiuntur, ſed etiam ad alia munera publica adhibentur: iccirco non trium ſemper ſed interdum vnius, nonunquam

du

duorum fecit electio. Ex quorum numero ſe vnum fuiſſe gloriatur Riccobonus.

Priuilegia ſua anno 1583. emendarunt, & ad Senatus Veneti voluntatem, horumque temporum conſuetudinem accõmodata, vna cũ Rectore, & Conſiliarijs Vniuerſitatis Riccobonum, pro Confirmatione ad principem Venetiarum miſerunt.

Quod prudens illorum factum omnes aliæ Academiæ meritò imitari deberent.

PERVSINA.

PErusia, inquit, Blondus, vrbs vetuſtiſsima, capitum & ipſa olim Hetruriæ primaria, & ſola inter omnes Italiæ vrbes felicitatem nacta penitus inauditam. Quod eandem penè ſtatus & rerum conditionem, quam ante conditam vrbem Romam, & poſtmodum Roma ſub Regibus Conſulibus, Imperatoribus & tyrannis agente, habuit, nunc retinet, paſſa tamen varias ſed tolerandas agitationes fuit. Vniuerſitas Peruſina circa annum domini 1290. florere cœpit, ijſdem priuilegijs ornata, quæ in L. vnica, C. de profeſſoribus, qui in vrbe Conſtant. docent. meruer. comit. Conſtantinopolitanæ academiæ tribuũtur, vt ad eam legem probat Bartholus, vbi & alia duo huius priuilegia recenſet: prius quidem quod quatuor doctores præter præſentantẽ ſtudioſos examinare & promouere poſsint: poſterius, quod vel ſolo Cancel-

lario ea facultas tribuatur, ſi intelligat ordinarios profeſſores aliquem ex odio & inuidia repudiare. *Petrus* Anchoranus inter *Italiæ* vrbes Iuriſprudentiæ floruiſſe ſcribit Peruſium, virisque & pacis & belli artibus, auctore *Blondo*, ſed in primis iuriſprudentia præſtantiſsimis, ea Vniuerſitas ſemper abundauit. Et Leander Albertus: Iuri, ait, diuino humanoq; lumen attulêre plurimi ex hac vrbe, quæ vniuerſale Gymnaſium habet, orti: populus enim natura, animis, ingenijsque ſummis, nec minus ad literas, quàm arma promptus eſt. Hîc enim floruiſſe legitur Paulus ille, qui de dijs Græcorum & Latinorum ſcripſit, vnde Bocatium genealogiam ſuam deorum deſumſiſſe aiunt. *Petrus* de *Aſsiſio*, Benedictus *Capra*, cuius in decretales commentarij, & reſponſa iuris extant: *Philippus* Francus, *Cynus* Piſtorienſis. Quo præceptore Bartolius vſus, iuriſprudentiæ fundamenta iecit, vt ipſe refert in L. quidam cum filium, ff. de verb. oblig & tandem Bononiæ promotus, cùm Piſis aliquam diu docuiſſet, Peruſium reuocatus, non minori cùm gloria quàm fructu, ius ciuie profeſſus eſt, vt ſummus iuris commentator & terreſtre quoddam numen vocaretur. Ac vt eam Vniuerſitatem nõ docendo tantũ, ſed etiam ſcribendo quàm celerrimam redderet, eiuſdemque nomen ad exteras quoque nationes tranſmitteret, librum de repræſalijs conſcripſit. *Poſtremò* legatione pro ea functus ad Carolum Imperatorem, optima pri-

uilegia

uilegia impetrauit, vt fatetur in conſtitutione ad Reprimendum Clemens PP. VI. cùm Petrum Belfortem, poſteà Gregorium XI. vix 17. annorum adoleſcentem Cardinalem creaſſet, vt tanto muneri idoneus fieret, Peruſium miſit ad Baldum iuriſconſultum, & præſtantiſsimos aliarum artium profeſſores. Eius collegij, quod Sapientiæ vocatur, meminit Platina in vita Gregorij P P. I X.

Bartolus in 30. quæſtionibus, quæſt. 7. Peruſium ciuitatem Auguſtam vocat. Et quæſt. 3. ciuitate felici Peruſina anno Domini 1344. digeſtum vetus ordinariè ſe profeſſum ait.

Peruſij quoque abuſum irrepſiſſe taxat Menoch. de arbit. Iud. quòd liceat lapidibus ludere, & vulneribus afficere.

De ordine promotorum Peruſij Ia. Benius præfat. li. 3. de priuileg. Iuriſperit. Doctorum liberalitatem erga ſtudioſos prædicat idem Benius, quòd portionem pecunię, quę ex promotione debetur, laureatis ſæpè reſtituant. Eſt hîc collegium vetus & nouum, vel ſapientia noua & vetus. In noua D. Hieronymo ſacra, perpetuò ſunt 4. Germani ſtudioſi, 4. Hiſpani, 4. Galli, & vltra marinij, reliqui omnes adm admittuntur Itali. Adr. Ro.

Veterem ſapientiam fundauit Petrus Capotius Cardinalis, teſte Platina in Gregorio IX. Nouam extruxit Benedictus de Guida loctis Racanatenſis Epiſcopus.

In Collegio Bartolino 8. Peruſini, 2. Genuen-

nuenſes,& 2. Lucenſes aluntur. Germani proprium ſacellum & altare habent in S. Maria Noua. Apud S. Dominicum in ſignis bibliotheca eſt.

Peruſinorum inſigne eſt Gryphus quod animal lingua Schytica Perus appellatur.

In tribunali Gubernatoris Peruſij.

Ius reddens Iudex ſemper ſis omnibus idem.
Iudicium alterius Iudicis vt fugias.

Sub iuſtitia.

Cælos rego, inferis impero, iudico inter mortales, ergo me colito.

Et verſus de eadem.

Si tribus his cunctos ſimiles pia numina gignant
Nil toto ſceleris, Nil ſit in orbe mali.
Me culta augentur populi belloq; togaq;
Et ſine me fuerant quæ modo magna ruunt.

De prudentia.

Quid generi humano præſtes Dea dic rogo? præſto
Ne facias, quæ mox facta dolere queas.
Scrutari verum doceo, cauſasq; latentes,
Et per me poterit nil niſi recte geri.

Bartoli Iuriſp. epitaphium in S. Franciſco.

Sepulchrum Bartholi I C. ſumptuosè ex marmore albo erectum cum hac inſcriptione. Oſſa Bartholi.

Hic eſt Bartolus ille Iuris ingens
Lux, & commodus explicator; hic eſt

Quem

Quem mors ante diem abſtulit maligna.
Heu mors inuida, & æuo iniqua noſtro.
Quæ leges iterum iacere cogis.
Militiæ vexilla ſacræ fert Bartolus, errat,
Qui ſibi vult alium propoſuiſſe Ducem.

Adr. Ro. in theatro vrbium Nat. Cythre. Scrad. de monument. Ital.

PISANA.

PIſani, authore Leandro, gymnaſium habẽt omnium diſciplinarum, anno 1339. inſtitutum, quod viros multos in lucem edidit, qui patriam ſplendore illuſtrarunt ſuo. Eugeniũ 3. Pont. Ro. Reinerum, & Bartholomęum doctos viros prędicatorij ordinis, quorum prior eximium illud Pantheologię opus, alter Summam caſuũ cõſciẽtiæ, quæ Piſana dicitur, reliquit, alijq́; ſimiles quã plurimi qui non ſolum Piſanis, ſed vniuerſæ Italiæ decori & ornamento fuerunt. Anchoranus ad Clement. de Magiſtris. Alcuinus, inquit, tranſtulit ſtudium Roma Piſis eiuſque fundatores fuerunt, Radanus, Alcuinus, Claudius &c.

In campo Sancto Piſæ, Philippi Decij epithaphium.

PHilippus Decius, ſiue de Dexio Mediolanen. Iuriſconſultus celebri, fama notiſsimus, cùm primum locum ſtudij in Iure Canonico & Ciuili tenuiſſet Piſis, Senis, Florentiæ, Paduæ, & Papiæ, & demum vltra montes in Gallia; reuocatus in Italiam,

Italiam; ab excelſa Florentinorum republica, poſteaqnam ſtipendium mille quingẽtorum aureorum in auro pro lectura conſecutus fuiſſet, de morte cogitans: hoc ſepulchrum ſibi Fabricari curauit, ne poſteris ſuis crederet. Cum verſibus:

Tempora quid Decij miraris cana Philippi?
Ius nemo hoc melius nouit vtrumq; viro.

Plurimi clariſsimi viri in hac Academia profeſsi ſunt. Felynus Sandeus, Franciſcus Aretinus. Philippus Decius Commentaria ad regulas Iuris Valentiæ incepta Piſis abſoluit. Bartolus ipſe cùm Bononiæ promotus eſſet, Piſis profiteri cœpit Et anno Domini 1341. digeſti infortiati, & ann. 1342. digeſti Noui profeſſor fuit. Sicut in 30. quæſtionibus, quæſt. 1. & 2. refert. Vbi Piſarum ciuitatem Regiam & Nobiliſsimam vocat.

Piſis quoque commentarium in l. Is qui pro emptore, ff. de vſucap. lucubrationum ſuarum primitias edidit, & quemadmodum primo editus erat, etſi eruditiori iam non per omnia placebant, reliquit, vt ex ijs appareret, quantum ſtudio & labore poſt promotionem in ciuili diſciplina profeciſſet, vt ipſe Bartholus in illis commentarijs & Iaſon in l. quidam cùm filium, ff. de verb. obligat. ſcriptum reliquerunt. Andreas quoque Alciatus à Coſmo Medico ad profeſsionem iuris ſe euocatum ſcribit. Coſmus enim Medices Dux noſtra ætate Florentinus (inquit Ioannes Caius) anno Dominicæ incarnationis 1542. me

viden-

vidente atque ſentiente ſcholas *Piſanas*, iam ante multos annos deſertas reſtituit, & per Matthæum Curtium excellẽtis doctrinæ virum, alioſq; doctis magna *Pecunia* cõductos, omnium ſcientiarum profeſsione claram, celebremq; fecit. Condita verò Piſana Academia fuit anno Dom. 1339. deſerta iacuit ante poſtremam iſtam renouationem 150. annos. Laurẽtius deinde Medices egregiè eam promouit, & claros ſapiẽtiæ ſtudijs homines amplis præmijs excitauit, qui in academia *Piſana* iuris ciuilis prudentiam, & philoſophiam, ac cæteras liberales artes profiterentur, quos quidem & ipſe, cùm à Republica otium eſſet, adhibebat, quando grauioribus de rebus, præſertim de ijs quæ ad religionem vitæque inſtitutionem pertinerent, diſſerebat.

Io. Michael Brutus l. 8. Volaterranus l. 5. geog.

Ideoque illum Piſis ſcholas liberalium artium inſtituiſſe, ait *Volaterranus*. Piſanos Doctores laudat Menochius, lib. ſecundo de *Arbitrarijs* Iudicum, quòd ſuos promouendos diligenter examinent, non tamen iurare cogantur examinatores, quòd digni ſint promouendi ad lauream. Idem Doctor, qui presentauit, etiam lauream imponit, & præſentatum promouet. Aldum Manutium octoginta millium librorum bibliothecam *Piſanæ* Academiæ teſtamento legaſſe, refert Fra. Schottus itinerario Italiæ.

SALER-

SALERNITANA.

HÆc olim Medicinę ſtudijs florentiſsima fuit. Ab Anglorum Rege conſulta, pulchrum librũ de conſeruanda valetudine conſcripſit, qui in omnium manibus verſatur.

Paulatim aliæ quoque artes hic tradi cæperunt. Nam Robertus Maranta Speculi aurei ſiue Luminis aduocatorum auctor, Iuriſprudentiam docuit, & Bernardinus Triuiſanus Logicam profeſſus eſt.

Etſi paulatim temporis iniuria, & aliarum vicinarum Academiarum ſplendore propemodum obſcurata eſt. Riccobonus l. 2. cap. 33. de Gymnaſio Pata: Ioannes Caius libro 1. de antiquitate Cantabrigienſis Academiæ Angliæ hanc attribuere videtur. Multi aliquãdo inſignes viri in ea floruerunt.

Conſtantinus Afer Benedictinus Monachus, Medicinam ita illuſtrauit, vt alter Galenus, nouusque Hippocrates diceretur. Nam ſtudiorum gratia Babyloniam, Arabiam, Perſiam, Ægyptum, Æthiopiamque penetrauit, & eorum doctrinis mirificè excultus fuit. Completis igitur in optimis ſtudijs & peregrinationibus 39. annis in Africã redijt: quem ita in omnium linguis & literis eruditũ, Afri interimere cogitabant. Quod ille vbi didicit, clam fugiens, Salernum venit. Poſtmodum relictis omnibus in Caſinenſi cœnobio Monachus effectus eſt, ſub Deſiderio Abbate, qui tandem Victor *III.* Papa fuit. In eo Monaſterio

rio poſitus ex diuerſarum gentium linguis tranſtulit plurimos libros; & alios ipſe compoſuit ad rem medicam pertinentes, quique à Medicis in pretio habentur. De morborum cognitione & curatione lib. 7. De remediorum cognitione lib. 1 De vrinis lib. 1. De ſtomachi affectionibus lib. 1. De victus ratione Viaticũ lib. 1. medicinæ lib. 1. De Diætis lib. 3.

Poſt Caſ. & Petr. Diaco. ac Trithemium Martinus VVion ligni vitæ lib. 5. cap. 98.

SENENSIS.

SAbarellus, Iuriſconſultus celeberrimus, qui Cardinalis vocatur, varias hanc Vniuerſitatem in exordio vexationes pertuliſſe ait, tamen aliquando conſtitiſſe. Anno 1387. ciues ſtudium hoc renouarũt, & Petrum Anchoranum Venetijs euocarunt ad Profeſsionem Decretalium, qnam triennio continuauit. Vterque ad Clement. Dudum de ſepulturis.

Mar. Socinus c. qualiter & quando de accuſ. prædicat. Senenſes à diſcretione, & prudentia in materia Inquiſitionis, & pœnarum; atque ab integritate iudiciorum, & ſtatutum quoddam Senarum laudat, quo puniri iubentur Agaſones, qui poſt datum damnũ, & poſt læſos homines clamant, caue. c. quidam, de homicid.

Et Volaterranus refert, quod Dinus ſub Ioanne PP. II. cùm Bononiæ inuidia laboraret, Senas profectus ſit, vbi tunc ſtudia flore-

Io. Michael Brut. hiſtor. Florētin. lib. 1.

re cœperant. Abbas Panormitanus, iuriscanonici facilè princeps, Paulus Caſtrenſis, Bartholomæus Socinus, Philippus Decius, Hugo Senenſis, Auguſtinus Dathus, &c. floruerunt. Franciſcus quoque Philephus, quia parum cum Coſmo Medice conuenire poterat, Florentiâ, vbi eloquentiæ fuerat profeſſor, Senas docendi cauſa migrauit. Pius II. Pontifex Maximus admirabiliter eam exornauit. Iulius III. Marcellus II. in celeberrima Senarum Academia iuriſprudentiæ & bonarum artium ſtudijs operam dederunt. Quas Nicolaus PP. V. ibi cum omnium admiratione iam olim docuerat, authore Bartholomæo Facio. Scribit Cacciolupus, quòd Senis in domo Sapientiæ ſtudioſi, ob diſputationes, & priuata exercitia, multum proficiant. Summam hîc loci elegantiam eſſe, atque alendis ſtudijs commodiſsimam naturam, ac ciues ſuauiſsimis moribus maximaque humanitate præditos, intelligo. Præcipuè tamen ibi iurisprudentia & medicina coluntur. Petrus Anchoranus narrat, ſeſe à maioribus ſuis didiciſſe, quòd Bononienſis Academia Senas aliquando fuerit tranſlata. Quodque eadem ferè priuilegia habeat, quæ Bononienſis, teſtatur Panormitanus.

Li. 9. de geſtis Alphōſi.

In 8. docu mēto ſtudioſorum.

Munſterus li. 2. Coſmograph.

Proœm. lib. 6.

Cap. Fina. ext. ne clerici vel mo.

Academiam Senarum vnum tunc ſolummodò Bedellum habuiſſe ſcribit Mar. Socinus, ad cap. Ex literis de furtis.

In

In Prætorio Senenſi ad imagines Iulij Cæſaris & Gn. Pompei legitur.

Hos pietate viros animis infigite ciues,
Publica concordi nam ſunt bona mente ſecuti,
Maieſtas Romana Duces tremefecit & orbem:
Ambitio ſed cæca duos vbi traxit ad arma,
Libertas Romana ruit, ſciſſoque Senatu,
Heu? licet & puero caput altæ aſcendere Romæ.

In oppoſito ad imaginem Ariſtotelis.

Ille ego, qui rerum cauſas ſcrutatus & artes,
Publica res docui ſurgat quibus omnis in aſtra.
Exemplum ciuile tuum præclara Senarum
Vrbs tibi monſtro viros, quorum veſtigia ſacra
Dum ſequeris, foris atque domi tua gloria creſcit,
Libertasq; tuos ſemper ſeruabit honores.

Ad pedes eiuſdem.

Magnus Ariſtoteles ego ſum, qui carmina ſeno
Cunctorum modus eſt perfectus, duxit ad actum:
Quos virtus tibi ſigno viros, quibus atque ſupernè
Res creuit Romana potens, cæloſq; ſubiuit.

VENETA.

VEnetorum vrbem Illuſtrem, & paradiſum delitiarum vocat Iaſon, l. Si inſulam, ff. de verbor. obligat.

Ciuitatem liberam appellat Iacobinus tractatu de Feudis, §. quæro in primis: quòd in libero mari ædificata ſit, per l. in tantum, ff. de rerum diuiſ.

Regitur verò ea vrbs ariſtocraticè: diſtinctaq; in 3. ordines, Artifices, Ciues, & Nobiles.

Regimen penes Nobiles eſt: quod tribus diſtinguitur concilijs. Vtunturque ritibus proprijs, etſi legibus Imp. ſtudent, vt eis in tempore vti poſsint. Dux toto vitæ tempore ea dignitate Regia fruitur. Cui non vltra prouiſionis loco aſsignantur, quàm 4000. coronati menſtrui, ad conſeruandam libertatem, cui vnicè ſtudent. Adrianus Rom. in Theatro vrbium.

De Venetorum reipublicæ forma, Comitijs, & Iudiciorum collegijs, diuerſiſque magiſtratibus vrbanis & maritimis, Cardinalis Sadoletus, & Bembus, & Io. Broſchæus ex profeſſo diſſeruerunt, & Scraderus lib.3. monumentorum Italiæ pleraque repetijt.

In æde D. Marci legitur.

Anno milleno tranſacto bisq; trigeno,
Deſuper vndecimo fuit facta primo.

In fano Apoſtolorum.

Certa mors, incertum mortis genus.

In Venetiarum vrbem Iacobus Zannazarius ita cecinit.

Viderat Hadriacis Venetam Neptunus in vndis
Stare vrbem, & toto ponere iura mari.
Nunc mihi Tarpeias quantumuis Iuppiter arceis
Obijce, & illa tui mœnia, Martis ait.
Si pelago Tibrim præfers, vrbem aſpice vtramque:
Illam homines dicas; hanc poſuiſſe Deos.

De Venetorum ſignis.

Romanas Aquilæ poſtquam liquere cohortes,
Magnanimus turmas ducit in arma leo.

In Gymnaſio Bibliotheca Veneta.

Beſſarionis Cardinalis ex Legato, Senatus iuſſu, procuratorum D. Marci cura, Philippi Truno, Anth. Capello, And. Leono, Victor. Grimano, Ioan. à Lege Eq. bibliotheca inſtructa & erecta, M. Anto. Triuiſ. principe, anno ab vrbe condita M. CXXXIII.

In Palatio Conſilij magni.

Omnibus qui patriã conſeruauerint, adiuuerint, auxerint, certum eſt eſſe in cælo locum definitum, vbi beati æuo ſempiterno fruantur. Quod quidem in terris fiat acceptius, quàm concilia cœtusque hominum Iure ſociati, qui ciuitates appellantur. Hac etiam in Rectores & Conſeruatores cælo profecti illuc reuertentur. Auerſamini igitur vitia, colite virtutes, ad rectas opes animum ſubleuate, humiles preces in excelſo porrigite, Magna vobis eſt, ſi diſsimulare non velitis, neceſsitas inclytæ probitatis, cùm ante oculos agitis Iudicis cuncta cernentis.

Ad Tribunal trium virorum rei aquariæ.

Venetorum vrbs, diuina diſponente clemẽtia, in aquis fundata, aquarum ambitu circumſepta, aquis pro muro munitur. Quiſquis ergo quomodocunque detrimentum aquis publicis inferre auſus fuerit: & patriæ hoſtis iudicetur, nec minore plectatur pœna, quàm qui ſanctos muros patriæ violaſſet. Huius edicti Ius ratum perpetuumq́; eſto.

In Palatio.

Iuſtitiæ ac legis radio confuſa reſoluo.

De ciuitate Veneta dialogus ad S.Marcum.

A, *Dic antique ſenex, Venetæ quis conditor vrbis?*
S. *Iupiter.* A. *vnde arces?* S. *Attica.* A. *Scorta?* S. *Venus.*
A. *Mœnia?* S. *Neptunus.* A. *nummi?* S. *Dis.* A. *bellica?* S. *Mauors.*
A. *Artes?* S. *Mercurius.* A. *Iura?* S. *Minerua dedit.*
Non mirum eſt, ſi alias inter caput extulit vrbes,
Cum tot cæleſtes compoſuêre Deæ.

Ad Caminum.

Caleat, & ardeat, abſq; fumoſa ambitionis imagine. Foueat, & faueat.

Ad fontem.

Huius nympha loci ſacri cuſtodia fontis
Dormio, dum blandæ ſentio murmur aquæ.
Parce meum, quiſquis tangis caua marmora, ſomnum
Rumpere, ſiue bibas, ſiue lauare, tace.

Ad armamentarium.

Felix ciuitas, quæ tempore pacis de bello cogitat.

Petrus Moſellanus oratione de trium linguarum cognitione parãda: Ampliſsimæ Venetorum vrbi Chriſtianus orbis cum alia multa debeat, tum præcipuè duo, Primum Hermolaum Barbarum, Patriarcham Aquilienſem, hominem modis omnibus ſummũ, hoc eſt doctiſsimum pariter & optimum. Deinde bonam Græcorum Codicum partem, quam Aldi illius & Andreæ Aſulani, ciuium Venetorum beneficio ſtudioſi poſsidemus.

Porrò

Porrò homines excellentiſsimi ingenijs, eloquentiæque & philoſophiæ ſtudijs clariſſimi in eorum Academia floruerunt; Io. Rauennas, quem Volaterranus lib. *21.* Anthrop. primum extitiſſe ait, qui eo tempore, quo bonæ literæ reuiuiſcebant, ludum in Italia aperiret, Venetijs docuit, vnde tanquam ex equo Troiano plurimi doctiſsimi viri prodierunt, qui literis & ſcholis omnia replerent. Cumq; Latina lingua cõſtitiſſet, Emanuel Chryſoloras Græcas literas introduxit. Hermolaus Barbarus, Guarinus Veronenſis, Anthonius Mancinellus, Ioan. Baptiſta Egnatius, Cælius, Secundus Curio, Petrus Bembus, Aldus Manutius, eiuſque filius Paulus, Anthonius Sabellicus, & complures alij celeberrimi viri in hac Academia profeſsi fuerunt. Et hactenus ſacram Theologiam, & reliquas liberales artes, quas ex vrbe Roma, alijsque Italiæ vrbibus maiores huc ſecum intulerunt, hactenus fideliter & ſplendidè profitentur: non tam iuxta ciuiles leges, ſed potius iuxta ſuam naturalem iuſtitiam viuentes. Blondus ſcribit à Carolo Magno, conſentiente Pontifice Romano, indultum eſſe Venetis, vti proprijs legibus vterentur: vtrique tamen Græcorum & Romanorum Imperatori obtemperarent, neutri adhærerent. Petrus de Aſſiſio Bartholi iuriſconſulti præceptor, egregiam domum illam Pietatis fundauit, qua expoſititij pueri educarentur

Iaſon in l. creditor. ff. ſi certũ petatur.

Lib. de geſtis Venetorũ. & lib. 1 hiſt. decad. 2.

Bart. in l. Quidã cũm filiũ, ff. de verb. obli.

Bibliotheca Venetorum.

Clariſsimus ille Beſſarion, Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Patriarcha Conſtantinopolitanus, bibliothecam Græcam triginta millibus nummûm aureorum emptam Venetijs extruxit. Quam illi procul dubio inſtructiſsimam paulatim reddiderunt. Ioannes enim Baptiſta Egnatius ſcribit, quòd is Romano filio librum reliquerit, in quo ſumma totius imperij, ſociorum omnium fœdera, hoſtium vires, rationes, & conſilia continerētur: hunc, inquit, nos in bibliotheca noſtra tanquam theſaurum ſeruamus: quippè in quo multa de Venetis etiam noſtris Imperator ipſe diſſerat. Leo PP. X. ex bibliotheca Venetorum certos libros Græcorum depromi mandauit, vt ex epiſtola quadam ad Leonardum Lauredanum Venetiarũ Principem apparet.

BERGAMENSIS.

BErgomi, inquit, Leander, diſciplinis adeò excellũt, vt planè nec Iuriſperitis, nec Medicis, nec Grammaticis externis opus habeãt, cùm ipſi apud ſe peritiſsimis cunctarum artium hominibus abundent. In cœnobio Prædicatorum bibliotheca etiam ſplendida eſt, cum præcipuis Europæ meritò numeranda.

Ad S. Franciſcum Bergomi ante introitum templi.

Morti morte tua mortem moriendo dediſti,
Eſt tua mors mortis Chriſte medela mea.

In

In templo.

Inclyta quæ diuos coluit reſpublica ſemper,
Bergomum, hoc fieri nobile iuſsit opus.

In Monaſterio Capuzinorum.

Vbi amici? Vbi diuitiæ.
Finem tuum reſpice.

In Cancellaria.

Lex prima conſilij, liberè loquendi, & patienter audiendi.

In Camera.

Proſpicere, & manſueſcere meum eſt.
Mali cognitio haud mala eſt, ſed actus implens malitiam.
Difficilis eſt virginitas, ergo rara.
Haud felix dicenda reſpublica ſtantibus mœnibus, recentibus moribus.

In Priuatis ædibus.

Melius eſt puſillum requie, quàm plena vtraq; manus cum labore & affectione animi.
Non lapidibus & picturis, ſed inhabitantium virtutibus domus decoranda.
Neque pro iuſtis orandum, neque pro iniuſtis exorandum apud Iudices.
Vera iuſtitia compaſsionem habet.
Auarus niſi cùm moritur nil rectè facit.
Mors honeſta vitam etiam turpem exornat.
Heu quàm difficilis eſt gloriæ cuſtodia.
Homo extra corpus ſuum eſt, cùm iraſcitur.
Laus in amore pati.
Dura vincula ſoluit amor.

Sub armis Venetorum.

Semper eris mecum, mecum tua viuet imago.

Epitaphium Alberici de Roſato de ipſa Academia teſtatur.

ALbericus de Roſato qualis fuerit, eius ſcripta venerandæ vbiq; auctoritatis, & vniuerſa Iuriſconſultorum collegia teſtantur, omni ferè ſed præcipuè legalis ſcientiæ genere toto orbe celeberrimus, vrbem iſtam ſummæ doctrinæ, ſupremique ingenij virorum, genitricem eſſe docuit. M.CCC.LV.

MANTVANA.

MAntuæ bonas literas & liberales artes doctiſsimi viri tradiderunt. Nam & Marium Philelphum, Franciſci filium, & Victorinum hîc publicè docuiſſe Blondus & Volaterranus teſtantur. Vrbs perampla, fertili loco ſita. Ciues ad arma, mercaturam, literaſq; & artes prompti.

In horto Ducis legitur.

Plurimum facere, minimum loqui.
Ignem gladio ne fodias.
Tace, quod taceri vis.
Tempus noſce. *Aura faue.*
Amor non imperatur. *Si vis amari, ama.*
Nec ſpe, nec metu.
Feras, non culpes, quod mutari non poteſt.

In porta ſacrarij.

Spes præmij laboris ſolatium eſt.
Stulta eſt ſapientia ſine Deo.
Exornat virtus nobilitatq; viros.

Alibi.

Sola clementia Principes Deo facit æquales.

Ad imaginē virtutis tenentis oliuam dextera.
Nec Iouis ira, nec ignes.

In foro.

Qui virtute nitet, claris inſcribitur aſtris:
Sic homo fit fama non moriente Deus.
Hoc mihi nulla dies tollet, cùm cætera conſtent
Fortuna, proprium eſt, gloria ſola bonum.

In Palatio Valentis.

Protectio Domini fundamentum ſtabile.
Seruus eò lætior, quò patientior.

MVTINENSIS.

AZo Iuriſc. ad l. vnicam.c. de ſtudijs liber. vrb. Rom. & Conſtantinop. auctor eſt, quòd olim illis tantùm in vrbibus regijs iuriſprudentia floruerit, paulatim tamen cæteris etiam ciuitatibus à Pontificibus atque Imperatoribus Rom. eam tractare permiſſum ſit: præcipuè quidem Bononiæ, deinde etiam Mutinæ. In qua, inquit, nos iuris arcana reſeramus. Quomodo autē Mutinam peruenerit, his verbis explicat c. de municipijs & originarijs, lib. 10. Cùm eſſem Bononiæ, ibiq; iuris præcepta compluribus auditoribus traderē, curſumq; mei magiſterij ferè in trienniū traherem, quodam die occurrit mihi Mutina, quę iuris alumnos ſemper diligere conſueuit, benigniſsimoque vultu talibus me allocuta eſt: Quid hîc facis iuuenis? cur tantis & tam importabilibus iniurijs agitaris? non conuenit adoleſcentiæ tuæ, tam graues tamque aſsiduas moleſtias ſuſtinere, accede igitur ad me,

quæ tui ſimiles conſueui dulciter, affectuoſèque amplecti, & te, ac ſocios tuos ab his omnibus liberabo. Statimq; mihi propè centum marcas obtulit argenti pro munere. Cuius petitioni vix poſt multas contentiones tamen annui, & me ad ipſam iturum promiſi, &c. Bononienſes verò cùm hoc intelligerent, velut aliud agentes decreuiſſe, ait, ne quis ſuorũ profeſſorum, proximo biennio, extra Bononiam iuriſprudentiam doceret. Ipſe tamen Mutinam profectus, non ſolùm viuam voce, plurimos erudiuit, verùm etiam in tres poſteriores libros Codicis commentaria conſcripſit.

Mutinæ ad Carmelitas legitur.

Si nullæ adfuiſſent delitiæ nullæ adeſſent miſeriæ. Quia delitiæ miſerijs, & miſeriæ delitijs commutantur.

In æde S. Franciſci.

Hic vre, hic ſeca, vt in æternum parcas.

In æde S. Petri.

Alta cadunt vitijs: virtutibus infima ſurgunt.

PARMENSIS.

PArma ædificijs ſplendida, diuitijs opulentiaque florens, optimi vini, olei, lactis, caſei, literarumque copia celebris: vt cæteris Galliæ Ciſalpinæ præclaris vrbibus non cedat.

Ad

Ad Bibliothecam.

Ingredere Muſis ſacer, nam & hîc Dij habitant.
Nullus amicus magis liber, quàm liber.

Ad Caminum.

Præcipua domus vtilitas & pernities, ignis & lingua.

In palatio ad inſignia Pauli 3. P. M.

Pro Paulo Deus, pro nobis Paulus.

Inferius.

Quæ pro te vis eſſe Deus tu lilia ſerua.

PLACENTINA.

PLacentiam à placendo dictam putant. Poſita enim eſt iuxta Padum loco amœniſsimo, campis, collibus, agris cincta fertiliſsimis, vino, oleo, frumento fructumq́ue omnis generis optimorum copia abundantibus. ædifitijs pulcherrima, pratis & paſcius fæcunda. Ob tantam ſitus commoditatem, rerumq́ue omnium abundantiam, aſsiduè Nobilibus familijs excolitur, & viris doctiſsimis, literarumq́ue & artium ſtudijs floret. Caſei placenplacentini pro optimis & ſapidiſsimis reputantur. Quæ commoditates ſtudioſos maximè allicere ſolent.

TAVRINENSES.

CElebris quoque hæc omnium liberalium artium Academia fuit, Typographiamq́ue & bibliothecam egregiam habuit. Vbi Eraſmus Rotterodamus in ſacra Theologia promotus & profeſſus eſt.

Hic

Hic Guido Papę Ioannem de Craſsis Iuriſconſultum audiuit, & erudita dictata calamo excepit. teſtatur deciſ. Gratian. 124. Et Clariſſimus Iuriſconſultus Iacobinus de S. Georgio vltra 24. profeſſus eſt, & tractatum de Feudis conſcripſit. Fatetur in proœ. Conſilij quoque Taurini honorificè meminit.

In Senatu Taurino.

Non aſtræa polos petijt, niſi dixeris ipſos
Huc veniſſe polos, namque hæc iuſtiſſima tellus
Cuique ſuum reddit, diſcernens præmia pœnis.

Ibidem ex Palada poeta Græco.

Imperium quæ ſerua fuit ne ſumat herile,
Hoc vetus eſt, aliud nunc tibi dico nouum.
Quiſquis cauſidicus fuit, is nę iudicet vnquam,
Rhetore ſit quamuis doctior Iſocrate.
Venali vir lingua & opes acquirere ſuetus,
Iudicium haud vnquam ſordibus abſq; feret.

Dialogus Philoſophi & Iuſtitiæ.

P. *Quæ dea?* I. *Iuſtitia.* P. *at cur toruo lumine ſpectas?*
I. *Neſcia ſum lacrymis, nec moueor pretio.*
P. *Vnde genus?* I. *cælo.* P. *qui te genuêre parentes?*
I. *Mi modus eſt genitor, clara fides genitrix.*
P. *Aurium aperta tibi cur altera, & altera clauſa eſt,*
I. *Vna patet iuſtis, altera ſurda malis.*
P. *Cur gladium tua dextra gerit? cur læua bilancem?*
I. *Ponderat hæc cauſas, percutit illa reos.*
P. *Cur ſola incedis?* I. *quia copia rara bonorum eſt.*
Hæc referunt paucos ſecula Fabritios.
P. *Paupere cur cultu?* I. *ſemper iuſtiſſimus eſſe*
Qui cupit, immenſas nemo parabit opes.

In

In facie Academiæ.

Noſſe Deum, & mores hominum, Iuriſq́; receſſus,
Et rerum cauſas, morbos curare requiris?
Huc ades, immortalis eris, labor omnia confert.

Ex quibus verſibus colligitur, Academiã eſſe plenam, vbi omnes liberales diſciplinæ tradantur.

Alibi.

Oculi tui iuſta videant: ædificatio ciuitatis confirmabit nomen.
Non ventiles te in omnem ventum.
Fama conſtat bellum: regnũ iuſtitia & liberalitate.
Sic omnia fatis, prudens vbique tutus.
Durum aliena viuere ope.
Exitus in duobio eſt.
Bella ſequor cupiditate prædæ.
Temeritas non diu felix.
Violenta non durant.
Multæ nocendi artes.
Morſus arte leuabo.
Ni ſit iter ſceleri.
Nuſquam tuta fides.
Rationi, non feritati fidendum.
Ignauis eſca neganda.
Cautè viuendum.
Lethi eſt cauſa voluptas.

MONTIS REGALIS.

IN Monte Regali Iacobus Menochius anno Dom. *1561.* profeſſorem publicum egit, & materiam expenſarum declarauit, quod lib. *2.* caſu *215.* de arbit. Iudic. atteſtatur.

In Monte

In Monte Regali ſubalpina Academia percelebri Menochius ſex annis Ius Ciuile profeſſus eſt ſub Duce Allobrogum. Riccobonus l. 2. de Gymnaſio Patauino.

Anconitana, Maceratenſis, &c. parũ nunc florent. Futnrum tamen ſpero, vt à bonis & opulentis viris, ad iuuandam Eccleſiam Dei, & promouendam literariam officinam inſtaurentur.

Maceratenſi Gymnaſio Franciſcus Piccolomineus philoſophiam ordinariam docuit, *Anth.* Riccobonus lib. 2. de Gymnaſio Patauino cap. 32.

Carnotenſi *A*cademia *A*delinus, qui ad Berengarium de veritate corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia ſcripſit, & Berengarius ipſe, ſub Fulberto iucundiſsimè ſimul ſtuduerunt. Papirius Maſſonus lib. 4. de geſtis Rom. Pontificum, in Nicolao II.

De Italicarum Vrbium peculiaribus moribus & ingenijs aliqui annotarunt, qui nihil ad nos: de ſtudio earum erga diſciplinas, ita loquuntur:

In literis amant

Mediolanenſes Iuriſprudentiam.
Florentini Philoſophiam naturalem.
Calabri linguam Græcam.
Neapolitani Hetruſcam.
Strad. lib. Mantuani Hebræam.
Monum. Lucenſes literas ſacras.
Italiæ. Veronenſes humanas.
Bononienſes Matheſin.

Pam-

Patauini Medicinam.
Veneti Muſicam.
Senenſes dialecticam.
Peruſini Ius Pontificum.
Vincentini philoſophiam moralem.
Papienſes Sophiſticam.

Ioannes Petrus Maffeius lib. 2. cap. 5. vitæ Ignatij authoris Societatis Ieſu, ſcriptum reliquit: Ignatium cum ſocijs ſuis, eas Italiæ ciuitates pręcipuas inter ſe deſcripſiſſe, quibus literarum ſtudia maximè florere, & frequentiſsimam iuuentuten verſari cognouerant; Bononiam, Patauium, Ferrariam, Senas, anno Dom. 1538.

SICILIA.

QVoniam Sicilia Italiæ olim pars extitiſſe fertur, & ijſdem ferè authoribus, eodemque tempore, quo Italia bonas literas, & morũ præcepta accepiſſe videtur; icirco celebriora eius Gymnaſia hic ſubijcienda putaui. M. Cato cellam penariam Reipublicæ Romanæ, nutricemque plebis, antiquiſsimam, propinquam, fidelem, fructuoſamque prouinciam Siciliam appellabat. Strabo cùm egregia quędam, de Sicilia diſſeruiſſet; quid, inquit, vulgatam ab omnibus locorum virtutem prædicem, quam nulla ex parte Italia inferiorem demonſtrant, ſuperiorem verò diceres frumento, melle, croco, alijſque permultis.

Cic. 4. Verrina.

Lib. 6. geographiæ.

Adde locorum propinquitatatem : Inſula e-nim veluti quædam Italiæ pars eſt, & Romæ ſingula tanquam ex ipſis Italiæ prædijs faci-lè nulloque cum labore ſuppeditat. Itaque Romæ horreum Siciliam dixere, huc enim omnia ibidem nata, comportantur, paucis exceptis, quæ incolæ abſumunt. Vlpianus e-tiam iuriſconſultus Siciliam magis inter con-tinentes accipiendam ait, quia modico freto ab Italia diuidatur. Veram autem religioné & bonas literas à Ianigenis receperunt: cer-tiſsima enim argumēta, & vetuſtiſsimis lite-ris inſcripti lapides reperiuntur, vnde apertè colligatur, tempore Noachi quædam Siciliæ loca exculta fuiſſe. Chamus à Noacho Italia pulſus in Siciliam deſcendiſſe ſcribitur, vtrū verò Noachus eum inde etiam eiecerit, an ibi reſidere permiſerit, certis & probatis au-thoribus & vera ratione affirmare non poſ-ſum. Paulatim Græcorum fabulæ & artes in Siciliam quoque permanârunt. Theocles enim Atheniēſis, vento in Siciliam fortè de-latus, vbi fertiliſsimam, amœniſsimamque eam eſſe, & à paucis admodùm habitari in-telligeret, in Græciam reuerſus, maximam Græcorum multitudinem ſecum introduxit, qui artes viuendi, regnandique præcepta, & religionem, teſte Mario vnà impertârunt. Præterea Cicero refert, doctrinis Græcorum, & Philoſophia Pythagoræ, plenam Siciliam fuiſſe: ductaſque ex Græcia in Siciliam colo-nias affirmat. Siculorum quoque Princeps & tyranni

I. notionē de verborū & rerum ſignificat.

De vniuerſitate, & 1. de diuinat.

tyranni Græcorum philoſophos frequenter euocare ſolebant, vt de Dionyſio author eſt Iulius Solinus, quod nimirum is Platoni in Siciliam, vti rogatus erat, venienti, vittatam nauim obuiam miſerit, ipſe verò albis quadrigis in littore eum exceperit. Quantoperè enim Dionyſius Platonem honorârit, amaueritque, ex epiſtola Archytæ perſpicitur, quæ apud Laertium libro tertio de placitis philoſophorum his verbis recitatur.

Archiytas Dionyſio S.

Miſimus omnes Platonis neceſſarij Lamiſcum & Photidam, virum illum abs te recepturi iure antiquæ noſtræ amicitiæ. Rectè igitur feceris, ſi memineris quanto à nobis ſtudio efflagitaris Platonis ad te aduentum, vt nos illum venire hortaremur, facturum te ſpondens omnia, illumque liberè accedere & abire permiſſurum. Memor eſto igitur quanti illius aduentum feceris, quodque eo tempore plus cæteris amaris. Quod ſi qua orta ſimultas eſt, humaniùs te agere conuenit, illumque nobis reſtituere illæſum: hæc enim ſi facis, iuſtitiam coles, ac nobis gratificaberis.

Solebat & alios in omni artium genere præſtantiſsimos viros alere, vt ſi non doctior & melior, ſaltem admirabilior ſuis ciuibus fieret, Hiero etiam Rex cùm æger eeſſt, philoſophiam deſiderare cœpit, & vbi per valetudinem licebat, præter alios eruditiſsimos viros, Pindarum quoque & Simonidem ac-

cerſiuit. Dionem omnibus doctrinis expoliuit Plato, authore Cicerone libro tertio de Orat. Huc pertinet vetus illud Athenienſium reſponſum: Aut mortuus eſt, aut profectò in Sicilia docet literas. Cùm enim aliquando infeliciter contra Siculos pugnaſſent, qui fuga elapſi erãt, Athenis interrogati, quid hic aut ille ageret in Sicilia, reſponderunt: ἢ τέθνηκεν ἢ διδάσκει γράμματα. Plurimi quoq; ex Sicilia in Græciam proficiſcebantur, vt ex loco authoritatem caperent, & Græcorum doctrinis eruditi, ex earum traditione maiorem in patria quæſtum facerent, ſicut de Hermodoro Plat. diſcipulo ſcriptum reperitur. Vt non mirum ſit, quod tam variæ olim hæreſes, tot ridiculæ & repugnantes ſuperſtitiones in Sicilia extitiſſe legantur. Cicero enim Actio. 6. in Verrē: Domus, inquit, erat ante iſtum Prætorem nulla paulò locupletior, qua in domo hæc non eſſent, etiamſi nihil eſſet prætereà, argenti patella grandis cum ſigillis & ſimulachris deorum, patera qua ad res diuinas vterentur mulieres, thuribulum: hæc autem omnia antiquo opere & ſummo artificio facta, vt hoc liceret ſuſpicari, fuiſſe aliquando apud Siculos peræqua proportione cętera. Et quibuſdam interiectis conſtanter affirmat, plures in Sicilia Deos Verris aduentu eſſe deſideratos, quàm Marcelli homines. Nam & Cameſis ſuperſtitiones retinebant, & omnium ferè Deorum cultores erant, quos Græci atque

Latini

Latini venerabantur. Præcipuè autem Cererem & Liberam colebant, id quod Cicero eodem loco his verbis confirmat: Vetus eſt hæc opinio, iudices, quæ conſtat ex antiquiſsimis Græcorum literis atque monimentis, inſulam Siciliam totam eſſe Cereri & Liberæ conſecratam. hoc cum cæterę gentes ſic arbitrantur, tum ipſis Siculis tám perſuaſum eſt, vt animis eorum inſitum atque innatum eſſe videatur. Nam & natas eſſe has in his locis Deas, & fruges in ea terra primùm repertas arbitrantur, & raptam Liberam, quam eandem Proſerpinam vocant, ex Ennenſium nemore: miraque tota Sicilia priuatim & publicè religio eſt Cereris Ennenſis. Etenim multa ſæpè prodigia vim eius numenque declarāt, multis ſæpè difficillimis in rebus præſens auxilium eius oblatum eſt, vt hæc inſula non ſolùm ab ea diligi, ſed etiam incoli cuſtodirique videatur. Haud minori religione Cereris comitem ſociumue Bacchum venerabantur, cuius ſacræ vbi ſolus Cyanippus frequenter recuſaret, tanta ebrietate ab irato & contempto Deo percuſſus traditur, vt propriam filiam Cyanem conſtupraret, atque eo ipſo aliorum Deorũ iram in ſe prouocaret, quia grauiſſima peſtilentia totā vrbem caſtigârũt, quàm nó ante ſedatā iri à Pythio reſponſũ eſt, quàm impietatis author dijs immortalibus immolaretur. Vtinā verus Dominus & Deus noſter, ſuorum ſacrorum, & orthodoxæ religionis, contemptores violatoreſque nó quidē ſtatim

ſubuertere. ſed pro ſuo etiam erga ſacrìlegos, ſi reſipiſcere velint, amore conuertere dignaretur: & ſupremo magiſtratui (qui præcipuam catholicæ & veræ religionis, atque diuini cultus curam gerere debet) oculos aperire, vt cognoſcerent quàm grauiter propter vnius ſæpe hominis ſcelera vniuerſa Reſpublica puniatur, id enim & huius Cyanippi, & Achã exemplum declarat. Quod ſi conſiderarent, profectò tam crudelia facinora in vrbibus ſuis perpetrari, & tam impios ſacrilegos ſecum tantò periculò viuere non paterentur.

Ioſue c.7

Venus. Colebant enim Venerem tantis cæremonijs, vt huius gratia priores duos Deos introduxiſſe viderentur: ſine Cerere enim & Baccho, inquit Comicus, friget Venus. Eius verò templum, etſi ampliſsimum ornatiſsimumque erat, tamen vetuſtate collapſum, vt ex Ærario populi Romani reficeretur, author fuit Claudius Imperator, authore Tranquillo. Et Æneas Troianus ſimulachrum quoddam Veneris matris ex Sicilia in Italiam intuliſſe legitur. *Diana.* Diana quoque ipſis ſacra erat, &, quæ ante aduentum iſtius fuerat ornatiſsima, *Minerua.* Minerua. In cuius æde tabulæ quædam aſſeruabantur, in quibus erant imagines Siciliæ Regum, ac tyrannorum. Quas quòd Verres ſuſtulerat atque ornamenta Mineruæ virginis in meretriciam domum turpiter aſportârat, & grauiter Cicero & copiosè reprehendit. *Iupiter.* Iouis autem optimi Maximi templum, & ſacram, omnium maxima habebantur,

tur, eiuſque Pontifex & ſacerdos ſupremum, authore Cicerone, magiſtratum gerebat. Hanc ergo Theologiam & religionem, niſi ſuperſtitionem appellare malis, vſque ad Ciceronis ætatem pertinaciter retinebant: Is enim in Verrinis ſuis ſcriptum reliquit, quod Verres, vbi hos deos Siculorum ſpoliare, è ſuis templis atque ſedibus diſturbare, ornamenta & ſacra auferre conatus erat, mirus in omnium ciuium animis dolor apparuerit. Sic enim, inquit, religione mouebantur, vt deos patrios, quos à maioribus acceperant, colendos ſibi diligenter, & retinendos eſſe arbitrarentur. Tandem diuus Petrus princeps Apoſtolorum Ieſu Chriſti, veram philoſophiam Siculis reſtituit. Pancratius verò ipſius diſcipulus, & Bartholomęus Apoſtolus diligenter promouerunt. *Niceph. li. 2. hiſt. c. 35. Vincētius lib. 10.*

Siculi natura ingenioſi multarumq́ rerum inuentores.

QVod Siculi acuta, perſpicaci, & controuerſa natura ſint, ingenio atque induſtria præcellentes, Cicero, Fabius, & Volaterranus probant, & Iulius Solinus his verbis confirmat: Quicquid Sicilia gignit, ſiue ſoli ſiue hominis ingenio, proximum eſt ijs quæ optima iudicãtur: hic primum inuenta eſt Comœdia, hic & cauillatio mimica in ſcena ſtetit, hic domus Archimedis, qui iuxta ſiderum diſciplinam machinarius commentor fuit, hic Lais illa, quæ eligere patriam maluit, quàm fateri, gentem Cyclopum vaſti teſtantur ſpe- *Polib. c. 11.*

cus, Ceres indè magiſtra Sationis frumentariæ, hic ibidem campus Aetnēſis in floribus ſemper & omni vernus die. Eius quoque Sibyllæ, cuius libros propter diuinam ſapientiam tantoperè venerabantur Romani pontifices, & arduis in rebus ſemper conſulebant, ſepulchrum in Sicilia permanere affirmat, vt omninò veriſimile ſit, quòd hac ſapientia totam Siciliam repleuerit viua, qua ſic Romanis profuit mortua. Artium ſcriptores, inquit Fabius, antiquiſsimi Corax & Tyſias, Siculi fuerunt, quos inſecutus eſt vir eiuſdem inſulæ Gorgias Leontinus, Empedoclis, vt traditur, diſcupulus, qui Empedocles primus poſt eos, quos poetæ tradiderunt, mouiſſe aliqua circa Rhethoricen dicitur. Sublatis enim in Sicilia tyrannis, res priuatæ longo interuallo iudicijs repetebantur, & tunc Corax & Tyſias artem atque præcepta, vt certa id ratione fieret, præſcripsêre. Nam antea neminem ſolitum via & arte, ſed accuratè tamen, & pleroſque de ſcripto, dicere, ſcriptasque tantum à Protagora fuiſſe rerum illuſtrium diſputationes, quæ communes loci poſteà appellabantur, traditum eſt. Deinde ea medicinæ pars quæ empirice vocatur, cœpit in Sicilia à Creonte Agrigentino, Empedoclis Phyſici authoritate commendato, vt ſcribit Plinius. Et chyrurgiam Romani à Siculis acceperunt, authore Blondo, Archimedes inſignis ille mathematicus tormenta bellica inueniſſe, Zenagoras ſextū remorum ordinem, tres literas ζ ξ ψ Epicharmus Mario Aretio cre-

duntur. In falſorum & ridiculorum differendi genere Siculos excelluiſſe, probat Cicero libro ſecundo de Oratore. Quòd portentorũ interpretes habuerint, qui Galleotæ dicerentur, idem Cicero teſtatur libro primo de diuinatione. Porrò etſi veterum Siculorum luxuria, & corrupti mores à ſcriptoribus grauiter reprehenduntur, tamen bonis artibus, & quæ animorum medicina eſt, philoſophia, vt apparet, imbuti, ea iam ipſorum patientia, inquit Cicero, virtus, frugalitaſque eſt, vt proximè ad noſtram diſciplinam, illam veterem, non hanc quæ nunc increbuit, videantur accedere. Nihil ſimile Græcorum, nulla deſidia, nulla luxuria: contra ſummus labor in publicis priuatiſque rebus, ſumma parſimonia, ſumma diligentia. Romani enim Sicilia potiti plurima correxerunt, vt indicat Strabo, & ſupra modum eam honorârunt, ſicut ex Verrinis M. Tullij apparet.

Verrina 4.

Strabo li. 6. geograph.

Syracuſana Academia.

Syracuſanam vrbem & maximam olim extitiſſe, & pulcherrimam, florentiſsimamque, veteres ſcriptores probant: quippè vbi varia opulentiſsima religioſiſsimaque, deorum immortalium templa, forum maximũ, ornatiſsimum Prytaneum, ampliſsima curia, frequẽtiſsimũ Gymnaſiũ authore Cicerone, reperiebantur. Vbi & Caius Cæſar Græcæ Latineque linguæ gymnaſium, certamen, & exercitia inſtituiſſe legitur. Præcipuè verò Mathematicarum artium ſtudia floruerunt.

In Monte Regali ſubalpina Academia per-celebri Menochius ſex annis Ius Ciuile profeſſus eſt ſub Duce Allobrogum. Riccobonus l. 2. de Gymnaſio Patauino.

Anconitana, Maceratenſis, &c. parũ nunc florent. Futnrum tamen ſpero, vt à bonis & opulentis viris, ad iuuandam Eccleſiam Dei, & promouendam literariam officinam inſtaurentur.

Maceratenſi Gymnaſio Franciſcus Piccolomineus philoſophiam ordinariam docuit, Anth. Riccobonus lib. 2. de Gymnaſio Patauino cap. 32.

Carnotenſi Academia Adelinus, qui ad Berengarium de veritate corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia ſcripſit, & Berengarius ipſe, ſub Fulberto iucundiſsimè ſimul ſtuduerunt. Papirius Maſſonus lib. 4. de geſtis Rom. Pontificum, in Nicolao II.

De Italicarum Vrbium peculiaribus moribus & ingenijs aliqui annotarunt, qui nihil ad nos: de ſtudio earum erga diſciplinas, ita loquuntur:

In literis amant

Mediolanenſes Iuriſprudentiam.
Florentini Philoſophiam naturalem.
Calabri linguam Græcam.
Neapolitani Hetruſcam.
Scrad. lib. Monum. Italia. Mantuani Hebræam.
Lucenſes literas ſacras.
Veronenſes humanas.
Bononienſes Matheſin.

Pam-

Patauini Medicinam.
Veneti Muſicam.
Senenſes dialecticam.
Peruſini Ius Pontificum.
Vincentini philoſophiam moralem.
Papienſes Sophiſticam.

Ioannes Petrus Maffeius lib. 2. cap. 5. vitæ Ignatij authoris Societatis Ieſu, ſcriptum reliquit: Ignatium cum ſocijs ſuis, eas Italiæ ciuitates pręcipuas inter ſe deſcripſiſſe, quibus literarum ſtudia maximè florere, & frequentiſsimam iuuentuten verſari cognouerant; Bononiam, Patauium, Ferrariam, Senas, anno Dom. 1538.

SICILIA.

QVoniam Sicilia Italiæ olim pars extitiſſe fertur, & ijſdem ferè authoribus, eodemque tempore, quo Italia bonas literas, & morū præcepta accepiſſe videtur; iccirco celebriora eius Gymnaſia hic ſubijcienda putaui. M. Cato cellam penariam Reipublicæ Romanæ, nutricemque plebis, antiquiſsimam, propinquam, fidelem, fructuoſamque prouinciam Siciliam appellabat. Strabo cùm egregia quędam, de Sicilia diſſeruiſſet; quid, inquit, vulgatam ab omnibus locorum virtutem prædicem, quam nulla ex parte Italia inferiorem demonſtrant, ſuperiorem verò diceres frumento, melle, croco, alijſque permultis.

Cic. 4. Verrina.

Lib. 6. geographiæ.

tyranni Græcorum philoſophos frequenter euocare ſolebant, vt de Dionyſio author eſt Iulius Solinus, quod nimirum is Platoni in Siciliam, vti rogatus erat, venienti, vittatam nauim obuiam miſerit, ipſe verò albis quadrigis in littore eum exceperit. Quantoperè enim Dionyſius Platonem honorârit, amaueritque, ex epiſtola Archytæ perſpicitur, quæ apud Laertium libro tertio de placitis philoſophorum his verbis recitatur.

Archiytas Dionyſio S.

Miſimus omnes Platonis neceſſarij Lamiſcum & Photidam, virum illum abs te recepturi iure antiquæ noſtræ amicitiæ. Rectè igitur feceris, ſi memineris quanto à nobis ſtudio efflagitaris Platonis ad te aduentum, vt nos illum venire hortaremur, facturum te ſpondens omnia, illumque liberè accedere & abire permiſſurum. Memor eſto igitur quanti illius aduentum feceris, quodque eo tempore plus cæteris amaris. Quod ſi qua orta ſimultas eſt, humaniùs te agere conuenit, illumque nobis reſtituere illæſum: hæc enim ſi facis, iuſtitiam coles, ac nobis gratificaberis.

Solebat & alios in omni artium genere præſtantiſsimos viros alere, vt ſi non doctior & melior, ſaltem admirabilior ſuis ciuibus fieret, Hiero etiam Rex cùm æger eeſſt, philoſophiam deſiderare cœpit, & vbi per valetudinem licebat, præter alios eruditiſsimos viros, Pindarum quoque & Simonidem ac-

cerſiuit. Dionem omnibus doctrinis expoliuit Plato, authore Cicerone libro tertio de Orat. Huc pertinet vetus illud Athenienſium reſponſum: Aut mortuus eſt, aut profectò in Sicilia docet literas. Cùm enim aliquando infeliciter contra Siculos pugnaſſent, qui fuga elapſi erãt, Athenis interrogati, quid hic aut ille ageret in Sicilia, reſponderunt: ἢ τέθνηκεν ἢ διδάσκει γράμματα. Plurimi quoq; ex Sicilia in Græciam proficiſcebantur, vt ex loco authoritatem caperent, & Græcorum doctrinis eruditi, ex earum traditione maiorem in patria quæſtum facerent, ſicut de Hermodoro Plat. diſcipulo ſcriptum reperitur. Vt non mirum ſit, quod tam variæ olim hæreſes, tot ridiculæ & repugnantes ſuperſtitiones in Sicilia extitiſſe legantur. Cicero enim Actio. 6. in Verrẽ: Domus, inquit, erat ante iſtum Prætorem nulla paulò locupletior, qua in domo hæc non eſſent, etiamſi nihil eſſet prætereà, argenti patella grandis cum ſigillis & ſimulachris deorum, patera qua ad res diuinas vterentur mulieres, thuribulum: hæc autem omnia antiquo opere & ſummo artificio facta, vt hoc liceret ſuſpicari, fuiſſe aliquando apud Siculos peræqua proportione cętera. Et quibuſdam interiectis conſtanter affirmat, plures in Sicilia Deos Verris aduentu eſſe deſideratos, quàm Marcelli homines. Nam & Cameſis ſuperſtitiones retinebant, & omnium ferè Deorum cultores erant, quos Græci atque

Latini venerabantur. Præcipuè autem Cererem & Liberam colebant, id quod Cicero eodem loco his verbis confirmat: Vetus eſt hæc opinio, iudices, quæ conſtat ex antiquiſsimis Græcorum literis atque monimentis, inſulam Siciliam totam eſſe Cereri & Liberæ conſecratam. hoc cum cæteræ gentes ſic arbitrantur, tum ipſis Siculis tam perſuaſum eſt, vt animis eorum inſitum atque innatum eſſe videatur. Nam & natas eſſe has in his locis Deas, & fruges in ea terra primùm repertas arbitrantur, & raptam Liberam, quam eandem Proſerpinam vocant, ex Ennenſium nemore: miraque tota Sicilia priuatim & publicè religio eſt Cereris Ennenſis. Etenim multa ſæpè prodigia vim eius numenque declarát, multis ſæpè difficillimis in rebus præſens auxilium eius oblatum eſt, vt hæc inſula non ſolùm ab ea diligi, ſed etiam incoli cuſtodirique videatur. Haud minori religione Cereris comitem ſociumue Bacchum venerabantur, cuius ſacræ vbi ſolus Cyanippus frequenter recuſaret, tanta ebrietate ab irato & contempto Deo percuſſus traditur, vt propriam filiam Cyanem conſtupraret, atque eo ipſo aliorum Deorũ iram in ſe prouocaret, quia grauiſſima peſtilentia totã vrbem caſtigârũt, quàm nõ ante ſedatã iri à Pythio reſponſũ eſt, quàm impietatis author dijs immortalibus immolaretur. Vtinã verus Dominus & Deus noſter, ſuorum ſacrorum, & orthodoxæ religionis, contemptores violatoreſque nõ quidẽ ſtatim

ſubuertere. ſed pro ſuo etiam erga ſacrilegos, ſi reſipiſcere velint, amore conuertere dignaretur: & ſupremo magiſtratui (qui præcipuam catholicæ & veræ religionis, atque diuini cultus curam gerere debet) oculos aperire, vt cognoſcerent quàm grauiter propter vnius ſæpe hominis ſcelera vniuerſa Reſpublica puniatur, id enim & huius Cyanippi, & Achá
Ioſue c.7 exemplum declarat. Quod ſi conſiderarent, profectò tam crudelia facinora in vrbibus ſuis perpetrari, & tam impios ſacrilegos ſecum tantò periculò viuere non paterentur.
Venus. Colebant enim Venerem tantis cæremonijs, vt huius gratia priores duos Deos introduxiſſe viderentur: ſine Cerere enim & Baccho, inquit Comicus, friget *V*enus. Eius verò templum, etſi ampliſsimum ornatiſsimumque erat, tamen vetuſtate collapſum, vt ex Ærario populi Romani reficeretur, author fuit Claudius Imperator, authore Tranquillo. Et Æneas Troianus ſimulachrum quoddam Veneris matris ex Sicilia in Italiam intuliſſe
Diana. legitur. Diana quoque ipſis ſacra erat, &, quæ
Minerua. ante aduentum iſtius fuerat ornatiſsima, Minerua. In cuius æde tabulæ quædam aſſeruabantur, in quibus erant imagines Siciliæ Regum, ac tyrannorum. Quas quòd Verres ſuſtulerat atque ornamenta Mineruæ virginis in meretriciam domum turpiter aſportârat, & grauiter Cicero & copiosè reprehendit.
Iupiter. Iouis autem optimi Maximi templum, & ſacram, omnium maxima habeban-

tur,

tur, eiuſque Pontifex & ſacerdos ſupremum, authore Cicerone, magiſtratum gerebat. Hanc ergo Theologiam & religionem, niſi ſuperſtitionem appellare malis, vſque ad Ciceronis ætatem pertinaciter retinebant: Is enim in Verrinis ſuis ſcriptum reliquit, quod Verres, vbi hos deos Siculorum ſpoliare, è ſuis templis atque ſedibus diſturbare, ornamenta & ſacra auferre conatus erat, mirus in omnium ciuium animis dolor apparuerit. Sic enim, inquit, religione mouebantur, vt deos patrios, quos à maioribus acceperant, colendos ſibi diligenter, & retinendos eſſe arbitrarentur. Tandem diuus Petrus princeps Apoſtolorum Ieſu Chriſti, veram philoſophiam Siculis reſtituit. Pancratius verò ipſius diſcipulus, & Bartholomęus Apoſtolus diligenter promouerunt. *Niceph. li. 2. hiſt. c. 35. Vincẽtius lib. 10.*

Siculi natura ingenioſi multarumq́ue rerum inuentores.

QVod Siculi acuta, perſpicaci, & controuerſa natura ſint, ingenio atque induſtria præcellentes, Cicero, Fabius, & Volaterranus probant, & Iulius Solinus his verbis confirmat: Quicquid Sicilia gignit, ſiue ſoli ſiue hominis ingenio, proximum eſt ijs quæ optima iudicãtur: hic primum inuenta eſt Comœdia, hic & cauillatio mimica in ſcena ſtetit, hic domus Archimedis, qui iuxta ſiderum diſciplinam machinarius commentor fuit, hic Lais illa, quæ eligere patriam maluit, quàm fateri, gentem Cyclopum vaſti teſtantur ſpe- *Polib. c. 11.*

cus, Ceres indè magiſtra Sationis frumentariæ, hic ibidem campus Aetnẽſis in floribus ſemper & omni vernus die. Eius quoque Sibyllæ, cuius libros propter diuinam ſapientiam tantoperè venerabantur Romani pontifices, & arduis in rebus ſemper conſulebant, ſepulchrum in Sicilia permanere affirmat, vt omninò veriſimile ſit, quòd hac ſapientia totam Siciliam repleuerit viua, qua ſic Romanis profuit mortua. Artium ſcriptores, inquit Fabius, antiquiſsimi Corax & Tyſias, Siculi fuerunt, quos inſecutus eſt vir eiuſdem inſulæ Gorgias Leontinus, Empedoclis, vt traditur, diſcupulus, qui Empedocles primus poſt eos, quos poetæ tradiderunt, mouiſſe aliqua circa Rhethoricen dicitur. Sublatis enim in Sicilia tyrannis, res priuatæ longo interuallo iudicijs repetebantur, & tunc Corax & Tyſias artem atque præcepta, vt certa id ratione fieret, præſcripsêre. Nam antea neminem ſolitum via & arte, ſed accuratè tamen, & pleroſque de ſcripto, dicere, ſcriptasque tantum à Protagora fuiſſe rerum illuſtrium diſputationes, quæ communes loci poſteà appellabantur, traditum eſt. Deinde ea medicinæ pars quæ empirice vocatur, cœpit in Sicilia à Creonte Agrigentino, Empedoclis Phyſici authoritate commendato, vt ſcribit Plinius. Et chyrurgiam Romani à Siculis acceperunt, authore Blondo, Archimedes inſignis ille mathematicus tormenta bellica inueniſſe, Zenagoras ſextũ remorum ordinem, tres literas z. ξ. ψ. Epicharmus Mario Aretio cre-

duntur. In falſorum & ridiculorum differendi genere Siculos excelluiſſe, probat Cicero libro ſecundo de Oratore. Quòd portentorũ interpretes habuerint, qui Galleotæ dicerentur, idem Cicero teſtatur libro primo de diuinatione. Porrò etſi veterum Siculorum luxuria, & corrupti mores à ſcriptoribus grauiter reprehenduntur, tamen bonis artibus, & quæ animorum medicina eſt, philoſophia, vt apparet, imbuti, ea iam ipſorum patientia, inquit Cicero, virtus, frugalitaſque eſt, vt proximè ad noſtram diſciplinam, illam veterem, non hanc quæ nunc increbuit, videantur accedere. Nihil ſimile Græcorum, nulla deſidia, nulla luxuria: contra ſummus labor in publicis priuatiſque rebus, ſumma parſimonia, ſumma diligentia. Romani enim Sicilia potiti plurima correxerunt, vt indicat Strabo, & ſupra modum eam honorârunt, ſicut ex Verrinis M. Tullij apparet. *Verrina 4.* *Strabo li. 6. geograph.*

Syracuſana Academia.

Syracuſanam vrbem & maximam olim extitiſſe, & pulcherrimam, florentiſsimamque, veteres ſcriptores probant: quippè vbi varia opulentiſsima religioſiſsimaque, deorum immortalium templa, forum maximũ, ornatiſsimum Prytaneum, ampliſsima curia, frequẽtiſsimũ Gymnaſiũ authore Cicerone, reperiebantur. Vbi & Caius Cæſar Græcæ Latineque linguæ gymnaſium, certamen, & exercitia inſtituiſſe legitur. Præcipuè verò Mathematicarum artium ſtudia floruerunt.

Nam ſicut Ægyptij & Babylonij propter loci commoditatem, patenteſque campos corporum cęleſtium naturam egregiè perſpexiſſe creduntur: ſic Syracuſis vix vllus dies tam magna turbulentaque tempeſtate eſt, inquit Marius Aretius, quo non aliquo ſaltem tempore ſol hominibus videatur. Et Iulius Solinus: Dædalus ait Fabræ artis magiſter principem vrbium Syracuſas habet, in qua etiam cum hyberno conduntur ſerena, nullo non die ſol eſt. Archimedes ſummo ingenio vir & diſciplina, eas artes tam diligenter promouit, vt inter balneandum oleo Mathematicas figuras in corpore ſuo deſcriberet, & contemplatione earum rerum, cùm Syracuſæ caperentur, non perciperet, vt meritò Marcellus grauiter admodum ferret, quòd tantus philoſophus interfectus eſſet. Scopias quoque Syracuſanus Mathematicus, multas res organicas & gnomicas numero, & naturalibus rationibus inuentas atque explicatas poſteris reliquit. Nicetas etiam Syracuſanus fuit, cuius authoritate nititur Cicero in Academicis quæſtionibus.

In chronographia Siciliæ. *Iulius Soli. c. 11. polib.* *Cic. 6. Verrina.* *Marius ex Vitruuio.*

Theologi, & deorum immortalium miniſtri, ſacrorumque cuſtodes plurimi Syracuſis erant, quos hic enumerare quid attinet? quanta eorum authoritas fuerit vel ex eo perſpicitur, quòd Iouis ſacerdotium honos erat ampliſsimus, & nobiliſsimi clariſsimique ciues id deſiderabant.

Theologia. *Cic. 6. Verrina.*

Iuriſconſulti quoque præſtantiſsimi, ſapi-

entiſ-

entiſsimiq́ue Senatores habebantur. Si qua verò de re ad ſenatum referebatur, dicebat ſententiam qui vellet, nominatim nemo rogabatur, & tamen vt honore quiſque & ætate antecedebat, ita ſpontè ſua ſolebat dicere, idque à cæteris ei concedebatur. Si quando tacerent omnes (quod ijs in rebus fieri ſolet, quæ odio & inuidia laborant) tunc ſortitò dicere cogebantur, vt Cicero ſexta Verrina, Alexander Sardus libro primo de moribus gentium, Marius Aretius, cęteriq́ue auctores, teſtantur. Rethoricen primus inſtituit Corax Syracuſis mercede profiteri, & Tiſiam diſcipulum habuit, qui hac lege cum eo pactus eſt, vt tunc demùm mercedem perſolueret, vbi iam artem perdidiciſſet. ſed cùm arte iam cognita nę tum quidē præmium redderet, Corax in ius diſcipulū vocat: iuuenis dilemmate contrà vti cœpit. Percunctanti quis eſſet eius artis finis, vbi Corax reſpondiſſet, perſuadere dicendo: age, inquit, ſi perſuaſero iudicibus me nihil tibi debere. non reddam, quia vici cauſam; ſin minùs perſuaſero, ne tum quidem reddam, quia non perdidici artem. At Corax Tiſiæ dilemma tanquàm vitioſum & ἀντιστρέφον in diſcipulum retorſit, ad hunc ferè modum: imò ſi perſuaſeris reddes, quia tenes artem, debeſq́ue ex pacto mercedem: ſin minus, dabis, quia ſententijs iudicum damnatus es. Iudices ergo ſiue vt quibuſdam placet auditores, commentum tam vafrum, tamq́ue callidum admirati, ſucclamabant

Iuriſprudentia.

Rhetorica.

mabant: χαχοῦ κόραχος χαχονωὸν. Simile eſt huic quod refert Aulus Gell. de Prothagora ſophiſta, & Eualthlo diſcipulo: Eualthlus adoleſcens diues, eloquentiæ diſcendæ, cauſarumque orandi cupidus fuit, is in diſciplinam Prothagoræ ſeſe dedit, daturumque promiſit mercedem grandem pecuniam, quantam Protagoras petiuerat, dimidiumque dedit iã tunc ſtatim, priuſquam diſceret, pepegitque vt reliquum dimidium daret, quo primo die cauſam apud iudices oraſſet, & viciſſet. Poſteà cum diutilè auditor aſſectatorque Prothagoræ fuiſſet, & in ſtudio quidem facundiæ abúdè promouiſſet, tempuſque in longum tranſcurreret, & facere id videretur, ne reliquam mercedem daret: capit conſilium Protagoras, vt tum exiſtimabat, aſtutum, petere inſtitit ex pacto mercedem, litem cum Eualthlo conteſtatur. Cúq; ad iudices veniſſet, ſic exorſus eſt: Diſce, ſtultiſsime adoleſcens, vtroque id modo fore vt reddas quod peto, ſiue contra te pronunciatum erit, ſiue pro te. Nam ſi contra te lis data erit, merces mihi ex ſententia debetur; quia ego vicero: ſin verò ſecundum te iudicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu viceris. Ad ea reſpondit Eualthlus: Potui huic tuæ tam ancipiti captioni iſſe obuiam, ſi verba non ipſe facerẽ, ſed alio patrono vterer: ſed magis mihi in iſta victoria proludiũ eſt, cũ te nõ in cauſa tantùm, ſed in argumẽto quoq; iſto vinco. Diſce igitur tu quoque magiſter ſapientiſsime, vtroque

modo

modo fieri vti non reddam quod petis, ſiue contra me pronunciatum fuerit, ſiue pro. Nam ſi iudices pro cauſa mea ſenſerint, nihil tibi ex ſententia debebitur, quia ego vicero, ſin contra me pronunciauerint, nihil tibi ex pacto debebo, quia ego non vicero. Tum iudices dubioſũ hoc inexplicabileque eſſe quod vtrimque dicebatur rati, ne ſententia ſua, vtramcunque in partem dicta eſſet, ipſa ſeſe reſcinderet rem iniudicatá reliquerunt, cauſamque in diem longiſsimam diſtulerunt. Quod ſimiliter annotauit Apuleus in libris Floridorum, & Ariſtophanes in fucis.

Plato enim, Philoſophorum deus, cùm in Sicilia eſſet, Syracuſis docuit, & Philiſtum hiſtoricum, quem Fabius in hiſtoria ſcribenda Thucidide nõnihil inferiorem quidẽ, ſed aliquando iucundiorem putat, accerrimum aduerſarium habuit. *Volaterranus lib. 18.*

Poeſis.

Inſignes tandem Syracuſis poetæ extiterunt, Philemon ille, qui multarum fabularum author, nimio ritu perijt. Et Sophron, qui viriles fœmineoſque mimos conſcripſit, in quos cùm Plato incideret, obdormire ſolitus dicitur, quoſque moriens ſub capite habuiſſe fertur. Deindè Epicharmus, quẽ Plautus imitabatur, iuxta vulgatũ illud Horatij.

Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi. &, quem Virgilius imitabatur in Bucolico carmine, Theocritus. Eiuſdemque promotor & Ariſtarchi familiaris, Moſchus.

Æſculapium deum venerabantur, & plurimos

rimos

rimos expertiſsimos medicos habebant. Menecrates enim eius artes Iupiter credebatur, nullamque ab ægrotis mercedem repoſcebat aliam, quàm recuperata valetudine, ſe ipſius ſeruos effectos eſſe faterentur. Quantoperè igitur Syracuſani ab artiũ ſtudio ſibi placuerint, indicat Panormitanus libro primo de geſtis Alphonſi regis. Is enim cùm equitem quendam Syracuſanum fortè barbarum appellâſſet, hoc nomen ſe vehemẽter indignum eſſe querebatur, quod Syracuſanus eſſet.

Meſſana Academia.

Meſſana nobilis vrbs, florentiſsima academia multò celebrior. Eam enim Raphael Volaterranus, eruditus & varius ſcriptor, ſcholam *S*iciliæ magnã vocat: quæ præſtantiſſimis iam indè ab initio viris abundauit. Dicæarchus hinc fuit philoſophus, & orator, & mathematicus, & legiſlator, cuius eruditiſſimos libros quotannis prælegere in loco publico cautum eſt, iuueneſque omnes auditum conuenire. Ariſtocles de morali naturalique Philoſophia ſcripſit libros decem, elegantemque diſputationem reliquit, vter eſſet ſtudio & doctrina prior, Homerus an Plato. *I*bycus etiam *P*oeta Lyricus Ebyci carminis author, Meſſaneus fuiſſe legitur: qui à latronibus comprehenſus, cùm occideretur, grues fortè ſuperuolantes, vt mortem ſuam vlciſcerentur obteſtatus eſt: aliquanto pòſt tempore cùm ijdem latrones in foro aſsiderent, rurſumque grues ſuperuolarent, per iocum inui-

inuicem ſuſurrabant in aurem. *Adſunt Ibyci* vltores. *Hunc* ſermonem quidam aſtantes ciues in ſuſpicionem rapiebant, deſiderato iam pridem *Ibyco*, rogantes, quidnam iſta ſibi oratio vellet: ipſi verò hæſitantes & variè, vt fit, reſpondentes, tormentiſque ſubiecti facinus confeſsi ſunt, ac gruum indicio, *Ibyco* pœnas dederunt. Vndè colligitur, haud temerè vulgò dicier: *Indignam bonorum fortunam, ſi non homines, ſaltem bruta vindicare*: & quamobrem veteres ope atque auxilio deſtituti, cœlum, terram, & elementa obſecrare conſueuerint. Aues cœli, inquit Eccleſiaſtes, portabunt vocem tuam, & qui habent pennas annunciabũt ſententiam. Et Iob: Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra conſurget aduerſus eum.

Ioannes Gatius Cephaleditanus, teſte Mario, tantus Theologus euaſit, vt profiteri auderet, quod ſi libri ſacri iterũ perirent, ſeſe per Dei gratiam reſtituturum. Et Franciſcus Maurolycus, cuius Coſmographia circumfertur, nuper Mathematicarum artium profeſſor fuit, & tres eruditos dialogos, de forma ſitu, & numero tam cœlorum quàm elementorum corporumque cœleſtium motu & natura conſcripſit. Bembus iunior cùm Meſſanæ ſtudiorum gratia ageret, Græcarum literarum profeſſore Conſtantino quodam ſic vſus eſt, vt ne vnum quidẽ diem 14. integris mẽſibus intermitteret; nec per diem ſolummodò & plurimæ & doctiſsimæ præ-

lectiones

lectiones publicè fiebant : ſed etiam poſt cœnam repetitiones lectionum auditarum, diſputationes,& literaria certamina olim inſtituebantur. Ad quæ nobiliſsimi quique & clariſsimi viri, audiendi ornandique cauſa, veniebant, quorum illi aliquid muneris crebrò, & priuilegij ſtudioſæ iuuentuti afferebant: hi ad excitanda & promouenda ſtudia ijſdem ſæpè de rebus in illo auditorio diſſerebant. Artis tamen Poeticæ, quæ honeſtam quandam voluptatem in animis auditorum generat, iſtiq; tẽpori egregiè conuenit, præcipua ratio habebatur. Quę quidem exercitatio altiùs ea quę per integrũ diẽ audiuerãt, animis ſtudioſorũ imprimebat,& in honeſto officio, ne turpibus rebus occuparentur , retinebat.

Panormitana.

Panormum quoque inde ab initio bonis literis, & ſaluberrimis legibus flouriſſe videtur, quas vbi Verres, vt liberiùs tyrannidem ſuam exerceret, ſuſtuliſſet, L. Metellus prætor reſtituit. Tandem peculiare quaſi gymnaſium accepit, quo expoſititij, pauperes orphanique erudirentur, teſte Mario. Sereniſsimorumque Siciliæ regum, qui hic olim ſepeliebantur, & Reuerendiſsimorum Archiepiſcoporum liberalitate atque priuelegijs ornata academia eſt. Etſi Franciſcus ab Alexandro de Hieronymo regio Patricio, Panormitano loquens, nouum ait & admirandum videri, quod ea in ciuitate tam à rectis ſtudijs aliena, adoleſcens nobilis neglectis inanium

rerum

rerum curis, honeſtis ſtudijs bonarum artium incomberet.

Catinenſis.

M. Marcellus prætor Ro. poſt captas Syracuſas pulcherrimum gymnaſium extruxit, quod etſi, per temporis, rerum edacis, iniuriam, collepſum erat: tamen in præſens, vt ſcribit Marius, ſic reſtitutum eſt, vt in omni artium liberalium genere frequentiſsimum ſit. Vnde præſtantiſsimos viros prodijſſe ait: Charondam nimirùm legiſlatorem celeberrimum, quem gladio, quod contra propriam legem, ne quis armatus in concionem veniret, feciſſe videretur, incubuiſſe ferunt: Clariſsimumq́ue Iuris canonici interpretem, Abbatem Panormitanum Archiepiſcopum.

Bibliotheca.

Egregiam quoque Siculi bibliothecam iam olim habuerunt, cui tempore Roperti Regis præfuiſſe Paulum Peruſium doctiſsimum philoſophum & iuriſconſultum, ſcribit Volaterranus. Nũc & hæc ipſa inſtructiſsima eſt, & aliæ proculdubio multæ acceſſerunt.

Cùm ergò huius inſulæ homines natura ingenioſi ſint, & ad multas optimas res inueniendum, perdiſcendumq́ue appoſiti, certè rem literariam miris modis promouere potuerunt, vt non huc introductæ Muſæ, ſed hic natæ, & potiſsimùm habitare viderentur. Nam præter cæli temperiem, omniumq́ue rerum, quibus ſtudioſi indigent: abundantiam, quædam in Sicilia loca eſſe ſcribit Bem-

bus, quæ non Socratem modò, aut Platonem, ſcholaſque omnes mitiores ſuis vmbris inuitare poſsint ad philoſophandum, ſed etiam Gymnoſophiſtas, duriſsimos illos quidem homines, ſed ſole admodùm delectatos. Nihilque eo biennio, quo in Sicilia ſtudiorum cauſa abfuerat, quicquam in vita iucundius ſibi extitiſſe refert Bembus iunior. Petrus Roirius Lituanica deciſione quarta, magnum in Sicilia doctis viris honorem deferri, ideóque inſulam à quibuſdam non modò florentem, ſed ſanctam vocari ſcribit. Porrò etſi cùm aliorum regum, tum vel inprimis Caroli V. Rom. imperatoris, & Optimi Potentiſsimique Philippi II. Regis Catholici, aliorumque Principum, & rerumpublicarum liberalitate & induſtria ad ſummum ſplendorem in Sicilia muſæ excreuerant: tamen ſuperioribus annis propter crebras bellorum clades, & incurſiones Turcicas nonnihil conturbatæ, dilapſæque fuerunt. Eo enim periculoſiſsimo tempore factum eſt, vt non ſtudioſos tantùm, ſed etiam ipſos profeſſores pro calamo & libris, arma capere oporteret. Quod Franciſcus Maurolicus mathematicus Meſſanues, ob Archimedis (quem propter intempeſtiuũ belli tempore ſtudiũ miſerè periiſſe ſupra dictum eſt) indignum caſum, diligẽter ſeſe feciſſe refert. Minimè tamen dubium eſt, quin iterũ cõpoſitis rebus, ceſſerint arma muſis: vereque Catholici regis pietate & munificẽtia diligẽtius bonæ literæ à viris doctiſsimis tractentur,

Acade-

ACADEMIARVM LIBER QVINTVS.

DE ACADEMIIS ET SCHOLIS *Germaniæ, Bohemiæ, Poloniæ, Daniæ.*

GERMANIA.

QVoniam Germania ſacrum Romanum Imperium aliquando gubernatura, & Chriſtianam religionem, ciuilitatemque inter homines, ac tranquillitatem publicam conſeruatura erat: ſingularem quoque eius Dominus Deus rationem ſemper habuiſſe credendus eſt. Cumque Noachus poſt diluuium colonias in Europam reduxiſſet, Germania per Tuiſconem & religione, & bonis artibus moribuſque exculta fuit. Cornelius enim Tacitus de moribus Germanorum ſcribens, author eſt, quòd antiquiſsimis carminibus (quæ annales eorum erãt) Tuiſconem Deum, authorem, conditoremque ſuum celebrârint. Id quod innumeri authores probant. Verùm quis hic Tuiſcon extiterit, diuerſæ inter illos ſententiæ reperiuntur: dum alij ipſius Noachi ex Araxa ſiue *Areza* vxore filium fuiſſe aiunt, alij Iapeti filium Gomerum, alij Gomeri filium *Aſcanem*, à primogenitura Tuiſconem appellatum affirmãt. Eundemque è regione Coloniæ Agrippinæ, vbi hactenus Teutz eſt, habitaſſe volunt: à quo & omnes Germani adhuc

Nam ſicut Ægyptij & Babylonij propter loci commoditatem, patenteſque campos corporum cęleſtium naturam egregiè perſpexiſſe creduntur: ſic Syracuſis vix vllus dies tam magna turbulentaque tempeſtate eſt, inquit Marius Aretius, quo non aliquo ſaltem tempore ſol hominibus videatur. Et Iulius Solinus: Dædalus ait Fabræ artis magiſter principem vrbium Syracuſas habet, in qua etiam cum hyberno conduntur ſerena, nullo non die ſol eſt. Archimedes ſummo ingenio vir & diſciplina, eas artes tam diligenter promouit, vt inter balneandum oleo Mathematicas figuras in corpore ſuo deſcriberet, & contemplatione earum rerum, cùm Syracuſæ caperentur, non perciperet, vt meritò Marcellus grauiter admodum ferret, quòd tantus philoſophus interfectus eſſet. Scopias quoque Syracuſanus Mathematicus, multas res organicas & gnomicas numero, & naturalibus rationibus inuentas atque explicatas poſteris reliquit. Nicetas etiam Syracuſanus fuit, cuius authoritate nititur Cicero in Academicis quæſtionibus.

In chronographia Siciliæ.

Iulius Soli. c. 11. polib.

Cic. 6. Verrina.

Marius ex Vitruuio.

Theologia.

Theologi, & deorum immortalium miniſtri, ſacrorumque cuſtodes plurimi Syracuſis erant, quos hic enumerare quid attinet? quanta eorum authoritas fuerit vel ex eo perſpicitur, quòd Iouis ſacerdotium honos erat ampliſsimus, & nobiliſsimi clariſsimique ciues id deſiderabant.

Cic. 6. Verrina.

Iuriſconſulti quoque præſtantiſsimi, ſapientiſ-

entiſsimique Senatores habebantur. Si qua verò de re ad ſenatum referebatur, dicebat ſententiam qui vellet, nominatim nemo rogabatur, & tamen vt honore quiſque & ætate antecedebat, ita ſponte ſua ſolebat dicere, idque à cæteris ei concedebatur. Si quando tacerent omnes (quod ijs in rebus fieri ſolet, quæ odio & inuidia laborant) tunc ſortitò dicere cogebantur, vt Cicero ſexta Verrina, Alexander Sardus libro primo de moribus gentium, Marius Aretius, ceterique auctores, teſtantur. Rethoricen primus inſtituit Corax Syracuſis mercede profiteri, & Tiſiam diſcipulum habuit, qui hac lege cum eo pactus eſt, vt tunc demùm mercedem perſolueret, vbi iam artem perdidiciſſet. ſed cùm arte iam cognita nę tum quidē præmium redderet, Corax in ius diſcipulū vocat; iuuenis dilemmate contrà vti cœpit. Percunctanti quis eſſet eius artis finis, vbi Corax reſpondiſſet, perſuadere dicendo: age, inquit, ſi perſuaſero iudicibus me nihil tibi debere, non reddam, quia vici cauſam; ſin minùs perſuaſero, ne tum quidem reddam, quia non perdidici artem. At Corax Tiſiæ dilemma tanquàm vitioſum & ἀντιστρέφον in diſcipulum retorſit, ad hunc ferè modum: imò ſi perſuaſeris reddes, quia tenes artem, debeſque ex pacto mercedem: ſin minus, dabis, quia ſententijs iudicum damnatus es. Iudices ergo ſiue vt quibuſdam placet auditores, commentum tam vafrum, tamque callidum admirati, ſuccla-

Iuriſprudentia.

Rhetorica.

mabant

modo fieri vti non reddam quod petis, ſiue contra me pronunciatum fuerit, ſiue pro. Nam ſi iudices pro cauſa mea ſenſerint, nihil tibi ex ſententia debebitur, quia ego vicero, ſin contra me pronunciauerint, nihil tibi ex pacto debebo, quia ego non vicero. Tum iudices dubioſũ hoc inexplicabileq́ue eſſe quod vtrimque dicebatur rati, ne ſententia ſua, vtramcunque in partem dicta eſſet, ipſa ſeſe reſcinderet rem iniudicatã reliquerunt, cauſamq́ue in diem longiſsimam diſtulerunt. Quod ſimiliter annotauit Apuleus in libris Floridorum, & Ariſtophanes in fucis.

Plato enim, Philoſophorum deus, cùm in Sicilia eſſet, Syracuſis docuit, & Philiſtum hiſtoricum, quem Fabius in hiſtoria ſcribenda Thucidide nõnihil inferiorem quidẽ, ſed aliquando iucundiorem putat, accerrimum aduerſarium habuit. *Volaterranus lib. 18.*

Poeſis.

Inſignes tandem Syracuſis poetæ extiterunt, Philemon ille, qui multarum fabularum author, nimio ritu perijt. Et Sophron, qui viriles fœmineoſq́ue mimos conſcripſit, in quos cùm Plato incideret, obdormire ſolitus dicitur, quoſq́ue moriens ſub capite habuiſſe fertur. Deindè Epicharmus, quẽ Plautus imitabatur, iuxta vulgatũ illud Horatij.

Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi. &, quem Virgilius imitabatur in Bucolico carmine, Theocritus. Eiuſdemq́ue promotor & Ariſtarchi familiaris, Moſchus.

Æſculapium deum venerabantur, & plurimos

rimos expertiſsimos medicos habebant. Menecrates enim eius artes Iupiter credebatur, nullamque ab ægrotis mercedem repoſcebat aliam, quàm recuperata valetudine, ſe ipſius ſeruos effectos eſſe faterentur. Quantoperè igitur Syracuſani ab artiũ ſtudio ſibi placuerint, indicat Panormitanus libro primo de geſtis Alphonſi regis. Is enim cùm equitem quendam Syracuſanum fortè barbarum appellâſſet, hoc nomen ſe vehemẽter indignum eſſe querebatur, quod Syracuſanus eſſet.

Meſſana Academia.

Meſſana nobilis vrbs, florentiſsima academia multò celebrior. Eam enim Raphael Volaterranus, eruditus & varius ſcriptor, ſcholam Siciliæ magnã vocat: quæ præſtantiſſimis iam indè ab initio viris abundauit. Dicæarchus hinc fuit philoſophus, & orator, & mathematicus, & legiſlator, cuius eruditiſſimos libros quotannis prælegere in loco publico cautum eſt, iuueneſque omnes auditum conuenire. Ariſtocles de morali naturalique Philoſophia ſcripſit libros decem, elegantemque diſputationem reliquit, vter eſſet ſtudio & doctrina prior, Homerus an Plato. Ibycus etiam Poeta Lyricus Ebyci carminis author, Meſſaneus fuiſſe legitur: qui à latronibus comprehenſus, cùm occideretur, grues fortè ſuperuolantes, vt mortem ſuam vlciſcerentur obteſtatus eſt: aliquanto pòſt tempore cùm ijdem latrones in foro aſsiderent, rurſumque grues ſuperuolarent, per iocum inui-

inuicem ſuſurrabant in aurem. *Adſunt Ibyci vltores.* Hunc ſermonem quidam aſtantes ciues in ſuſpicionem rapiebant, deſiderato iam pridem Ibyco, rogantes, quidnam iſta ſibi oratio vellet: ipſi verò hæſitantes & variè, vt fit, reſpondentes, tormentiſque ſubiecti facinus confeſsi ſunt, ac gruum indicio, Ibyco pœnas dederunt. Vndè colligitur, haud temerè vulgò dicier: Indignam bonorum fortunam, ſi non homines, ſaltem bruta vindicare: & quamobrem veteres ope atque auxilio deſtituti, cœlum, terram, & elementa obſecrare conſueuerint. Aues cœli, inquit Eccleſiaſtes, portabunt vocem tuam, & qui habent pennas annunciabũt ſententiam. Et Iob: Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra conſurget aduerſus eum.

Ioannes Gatius Cephaleditanus, teſte Mario, tantus Theologus euaſit, vt profiteri auderet, quod ſi libri ſacri iterũ perirent, ſeſe per Dei gratiam reſtituturum. Et Franciſcus Maurolycus, cuius Coſmographia circumfertur, nuper Mathematicarum artium profeſſor fuit, & tres eruditos dialogos, de forma ſitu, & numero tam cœlorum quàm elementorum corporumque cœleſtium motu & natura conſcripſit. Bembus iunior cùm Meſſanæ ſtudiorum gratia ageret, Græcarum literarum profeſſore Conſtantino quodam ſic vſus eſt, vt ne vnum quidẽ diem 14. integris mẽſibus intermitteret; nec per diem ſolummodò & plurimæ & doctiſsimæ præ-

lectiones

lectiones publicè fiebant: ſed etiam poſt cœnam repetitiones lectionum auditarum, diſputationes,& literaria certamina olim inſtituebantur. Ad quæ nobiliſsimi quique & clariſsimi viri, audiendi ornandique cauſa, veniebant, quorum illi aliquid muneris crebrò, & priuilegij ſtudioſæ iuuentuti afferebant: hi ad excitanda & promouenda ſtudia ijſdem ſæpè de rebus in illo auditorio diſſerebant. Artis tamen Poeticæ, quæ honeſtam quandam voluptatem in animis auditorum generat, iſtiq; tẽpori egregiè conuenit, præcipua ratio habebatur. Quę quidem exercitatio altiùs ea quę per integru diẽ audiuerãt, animis ſtudioſorũ imprimebat,& in honeſto officio, ne turpibus rebus occuparentur, retinebat.

Panormitana.

Panormum quoque inde ab initio bonis literis, & ſaluberrimis legibus flouriſſe videtur, quas vbi Verres, vt liberiùs tyrannidem ſuam exerceret, ſuſtuliſſet, L. Metellus prætor reſtituit. Tandem peculiare quaſi gymnaſium accepit, quo expoſititij, pauperes orphanique erudirentur, teſte Mario. Sereniſsimorumque Siciliæ regum, qui hic olim ſepeliebantur, & Reuerendiſsimorum Archiepiſcoporum liberalitate atque priuelegijs ornata academia eſt. Etſi Franciſcus ab Alexandro de Hieronymo regio Patricio, Panormitano loquens, nouum ait & admirandum videri, quod ea in ciuitate tam à rectis ſtudijs aliena, adoleſcens nobilis neglectis inanium

rerum

rerum curis, honeſtis ſtudijs bonarum artium incomberet.

Catinenſis.

M. Marcellus prætor Ro. poſt captas Syracuſas pulcherrimum gymnaſium extruxit, quod etſi, per temporis, rerum edacis, iniuriam, collepſum erat:tamen in præſens, vt ſcribit Marius, ſic reſtitutum eſt, vt in omni artium liberalium genere frequentiſsimum ſit. Vnde præſtantiſsimos viros prodijſſe ait: Charondam nimirùm legiſlatorem celeberrimum, quem gladio, quod contra propriam legem, ne quis armatus in concionem veniret, feciſſe videretur, incubuiſſe ferunt. Clariſsimumq́ue Iuris canonici interpretem, Abbatem Panormitanum Archiepiſcopum.

Bibliotheca.

Egregiam quoque Siculi bibliothecam iam olim habuerunt, cui tempore Roperti Regis præfuiſſe Paulum Peruſium doctiſsimum philoſophum & iuriſconſultum, ſcribit Volaterranus. Nūc & hæc ipſa inſtructiſsima eſt, & aliæ proculdubio multæ acceſſerunt.

Cùm ergò huius inſulæ homines natura ingenioſi ſint,& ad multas optimas res inueniendum, perdiſcendumq́ue appoſiti, certè rem literariam miris modis promouere potuerunt; vt non huc introductæ Muſæ, ſed hic natæ,& potiſsimùm habitare viderentur. Nam præter cæli temperiem, omniumq́ue rerum, quibus ſtudioſi indigent: abundantiam, quædam in Sicilia loca eſſe ſcribit Bem-

bus, quæ non Socratem modò, aut Platonem, ſcholaſque omnes mitiores ſuis vmbris inuitare poſsint ad philoſophandum, ſed etiam Gymnoſophiſtas, durißimos illos quidem homines, ſed ſole admodùm delectatos. Nihilque eo biennio, quo in Sicilia ſtudiorum cauſa abfuerat, quicquam in vita iucundius ſibi extitiſſe refert Bembus iunior. Petrus Roirius Lituanica deciſione quarta, magnum in Sicilia doctis viris honorem deferri, ideóque inſulam à quibuſdam non modò florentem, ſed ſanctam vocari ſcribit. Porrò etſi cùm aliorum regum, tum vel inprimis Caroli V. Rom. imperatoris, & Optimi Potentiſsimique Philippi II. Regis Catholici, aliorumque Principum, & rerumpublicarum liberalitate & induſtria ad ſummum ſplendorem in Sicilia muſæ excreuerant: tamen ſuperioribus annis propter crebras bellorum clades, & incurſiones Turcicas nonnihil conturbatæ, dilapſæque fuerunt. Eo enim periculoſiſsimo tempore factum eſt, vt non ſtudioſos tantùm, ſed etiam ipſos profeſſores pro calamo & libris, arma capere oporteret. Quod Franciſcus Maurolicus mathematicus Meſſanues, ob Archimedis (quem propter intempeſtiuũ belli tempore ſtudiũ miſerè periiſſe ſupra dictum eſt) indignum caſum, diligẽter ſeſe feciſſe refert. Minimè tamen dubium eſt, quin iterũ cõpoſitis rebus, ceſſerint arma muſis: vereque Catholici regis pietate & munificẽtia diligẽtius bonæ literæ à viris doctiſsimis tractentur,

Acade-

ACADEMIARVM LIBER QVINTVS.

DE ACADEMIIS ET SCHOLIS *Germaniæ, Bohemiæ, Poloniæ, Daniæ.*

GERMANIA.

QVoniam Germania ſacrum Romanum Imperium aliquando gubernatura, & Chriſtianam religionem, ciuilitatemque inter homines, ac tranquillitatem publicam conſeruatura erat: ſingularem quoque eius Dominus Deus rationem ſemper habuiſſe credendus eſt. Cumque Noachus poſt diluuium colonias in Europam reduxiſſet, Germania per Tuiſconem & religione, & bonis artibus moribuſque exculta fuit. Cornelius enim Tacitus de moribus Germanorum ſcribens, author eſt, quòd antiquiſsimis carminibus (quæ annales eorum erãt) Tuiſconem Deum, authorem, conditoremque ſuum celebrârint. Id quod innumeri authores probant. Verùm quis hic Tuiſcon extiterit, diuerſæ inter illos ſententiæ reperiuntur: dum alij ipſius Noachi ex Araxa ſiue *Areza* vxore filium fuiſſe aiunt, alij Iapeti filium Gomerum, alij Gomeri filium *Aſcanem*, à primogenitura Tuiſconem appellatum affirmãt. Eundemque è regione Coloniæ Agrippinæ, vbi hactenus Teutz eſt, habitaſſe volunt: à quo & omnes Germani adhuc

Teutones & Teutſchen appellentur. Cur Cimbrorum, Alemannorum, Germanorumque nomen acceperint, omnium ferè hiſtoricorum ſcripta redundant, vt ea hic repetere non ſit neceſſarium.

Strabo, & alij putant, Germanos quaſi legitimos Gallorum fratres nuncupatos à Romanis fuiſſe: alij à ſyncero & fraterno animo: alij à conſtantia, & inuicto robore denominatos malunt. Nam Alman & German illis totum & integrum virum ſignificat. Io. Bohemus lib. 3. de ritibus gentium, Irenicus, Munſterus, Carion &c. latius ea proſequûtur, alij hoc nomen altius deriuant, & à Germa, qui cum Tuiſcone fratre Germanicæ Nationis conditor fuit, ſumptum contendunt. Nam Gomer filius Iaphet, teſte Moſe, tres filios habuit: Aſcanez, Riphat, & Thogorma, ex quorũ ſingulis certæ gentes profectæ ſunt. Si hæbraica puncta attendamus: Thogarma pronunciabimus per a: non per o Thogorma. Vnde ſi Tho auferamus, quod initio ſuperadditum eſt, vt norunt Hebræi, relinquetur Garma, quod paulatim vitio loquentium factum eſt Germa.

In ea ſententia inter alios eſt Syffridus Petrus Leouardienſis, lib. 1. de origine Friſiorum cap. 14.

De Theologia veterum Germanorum in Paganiſmo.

ETſi à Ianigenis veram religionem, & ſyncerum vnius Dei cultũ, atque bonas literas

viri

viri Germani acceperant, paulatim tamen, ſuaſore diabulo, in idololatriam prolapſi ſunt. Iulius enim Cæſar, cùm varia de Gallorum Theologia diſſeruiſſet: Germani, inquit, ab hac conſuetudine multum differunt: nam neque Druidas habent, qui rebus diuinis præſint, neque ſacrificijs ſtudent, deorum numero eos tantum ducunt, quos cernunt, & quorum operibus apertè iuuantur, Solem, Vulcanum, & Lunam, reliquos ne fama quidem acceperũt. Cornelius verò Tacitus. Deorum, ait, maximè Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hoſtijs litare fas habent: Herculem & Martem conceſsis animalibus placant, pars Sueuorum & Iſidi ſacrificant, lucos & nemora conſecrant, deorumque nominibus appellãt ſecretum illud, quod ſola reuerentia vident. Cæterum & Vlyſſem quidam opinantur longo illo & faboloſo errore in Germaniam quoque veniſſe. Aſciburgiumque in ripa Rheni conſtituiſſe, & ἀσυπύργιον appellaſſe: ideoque varia eius rei monimenta & tumulos quoſdam Græcis literis inſcriptos, & aram ipſi, adiecto Laertæ patris nomine, conſecratam, ibi olim repertam narrant. Quanquam iſta non ab ipſo Vlyſſe mihi poſita videntur, ſed in honorem Vlyſsis relicta ab illis Græcis, qui peregrinas terras explorabant.

Sacerdotes deorum miniſtri ſummæ apud priſcos Germanos authoritatis erant: quod crederent eos diuinæ voluntatis maximè

conſcios, & dijs chariſsimos exiſtere. Illi ſacris ignominioſos arcebant, in publicis conciliјs præcipui moderatores ſilentium imperabant, illi denique in ignauos maloſque animaduertere, eos vincire, & verberare, velut dijs imperantibus, ſolebant. Deorum voluntatem de rebus futuris exquiſituri, virgam frugiferæ arboris deciſam, in ſurculos amputabant, eoſque notis quibuſdam diſcretos ſuper candidam veſtem temerè ac fortuitò ſparſos, ſacerdos, quando publicè conſulebantur dij, precatus deos, cœlum ſuſpiciens, ter ſingulos tollebat, & ſublatos ſecundùm impreſſam ante notam interpretabatur. Sin priuatim conſulerentur dij, patriſamilias id facere licebat. Vndè perſpicitur, quantum priſci in paganiſmo Germani ſacerdotio tribuerint, quodque veterum Romanorum more duplicia ſacra habuerint, publica nimirùm & priuata ſiue domeſtica. Quæ omnia pluribus verbis apud Cæſarē, Tacitum, Strabonem, cæteroſque ſcriptores referuntur.

Franciſcus Irenicus libro ſecundo exegeſios Germaniæ ſcribit: Teutonem colebant, humano ſanguine victimas offerebant, vt Lactantius inſtitutionum diuinarum lib. 1. cap. 21. ait, & Lucanus in illo carmine notauit.

Et quibus immitis placatur ſanguine diro,
Teutanes.

Mercurium quoque Germanos coluiſſe, Methodius, Paulus Diaconus, Cor. Tacitus, & alij

& alij ſcripſerunt. Vnde in primo Parthenices Odiliæ ita loquitur Mercurius:

———Tremuit quod irrigat Iſter,
Quod Sueuus Rhetusq́; tenet, Germania nobis
Subiuga, Pannoniæ nobis cecidêre cateruæ.

Apud Cornelium Tacitum Hermonduri ſacrificabant Marti, Catti verò Mercurio, qui oracula apud Nouetenſes fudit, & totius Alſatiæ incolæ huc aduolauerunt. Deinde Iulius, quaſſata Gallia, Mercurio aram erexit, quam ſanctus Maternus penitùs extirpauit, vt Nouietenſium annales dicunt. Noſtro quoque tempore Mercurius in Elegio prædio Alſatiæ videtur. Etlingenſes olim Neptunum colebant, qui noſtro tempore adhuc antiquitatis gratia videbatur, ſed precibus Imperatoris ablatus eſt. Alemannum quoque venerabantur, cuius ſimulachrum ad noſtra ſecula in Augia delituit, iuxta Conſtantiam, vbi & non longè à ſuo nomine villa Alma vocatur. Herculem quoque, & Martem conceſsis animalibus placarunt. Sueui olim Iſidem coluerunt, Rudigni, Amones, Angli, Varini, Eudoſes, Nerthuini, Terram matrem venerabantur: Nacharuali Caſtorem & Pollucem. Sacerdotes tamen maximè coluerunt Germani: illis enim ſolùm licitum fuit vincire, vel verberare aliquem, vt ait Tacitus. Deos quoque ad bellum ſecum ſumpſerunt, & lucos, nemoraque deorum nominibus definierunt. Cæterùm tota Saxonia Idolis fuit refertiſsima, quorum veſtigiũ adhuc in nominibus Saxo-

Quòd hæc idola priſci Germani coluerint, varia Coloniæ & aliis celebribus in locis extãt indicia.

niæ ciuitatum reſeruator hæc Irenicus. Teutani verò ſiue Tuiſconi patri atque authori ſuo propter tanta beneficia quia aliam gratiam referre non poterant, diuinos honores impendere voluerunt, ſicut Armenos & Italos Noacho & Veſtæ feciſſe acceperant. In tantamque fraude diaboli, inſaniam venerunt, vt ablata ex oculis veritate, neque religio veri Dei, quam ſa maioribus acceperant, neque humanitatis ratio teneretur: viris Germanis ſummũ bonum non in cælo quærentibus, ſed in terra: relicto enim vero Deo, quem Noachi poſteritas in Italiam Germaniamque poſt diluuium reduxerat, inſenſibilia digitorum ſuorum figmenta venerari, variiſque religionibus ſtudere, cæperunt: quocirca auerſi à ſummo bono, eidemque congruentibus virtutibus ad falſorum deorum, cultum prolapſi, mortem ſibi perpetuam cum ipſis dijs quæſierunt, vt in Romanorum academia ſuſiùs eſt demonſtratum. Notandum verò, quòd etſi Cęſar ſuo tempore nullos in Germania Druidas extitiſſe probat: tamen Irenicus refert, quod ex Gallijs pulſi, in Germaniã cum ſuis ſuperſtitionibus deſcenderint: quodque humani ſanguinis ſacrificia in taurorũ immolationes à Gothis conuerſa ſint. Et Functius in Chronicus author eſt, quod tam Germanorũ quàm Gallorum ſacerdotes Druydę appellati fuerint. Alexand. Sard. ſcriptũ reliquit, quòd Germani per Druidas iurârint, vt Romani per Iouem, Veſtales per deam ſuã Veſtam. Addit

Lib. 3. de moribus gentium, c. 14. & 16. Cæſar l. 6. comment.

præ-

prę tereà priſcos Germanos, antequã certa dij corũ templa haberent, lucus & nemora conſecrâſſe, vbi ſacros equos alerent, ex quorum hinnitu res futuras coniectarint, quod dij per eos reſpondere viderentur. Pietatem veterum Germanorum erga peregrinos, atque hoſpitalitatem grauitatemque morum prædicat Cæſar. Reſurrectionem mortuorum credidiſſe videntur. Appianus enim in Celtico de Germanis, agens: His, inquit, mores ferociſsimi inſunt, contemptus mortis maximẽ, ob reuiuiſcendi ſpem.

De vera Chriſtiana religione.

Quia dominum Deum magnam imperatricis Germaniæ rationem habuiſſe apparet, iccircò, cùm veniſſet plenitudo temporis, eam ab his erroribus reuocare, & vera Chriſtianã philoſophia erudire voluit. accepit authore Irenico, patria noſtra Chriſtianas leges ſatis ſerò, etſi maturè verbi diuini ſacramẽta illis exponebantur. Aiunt enim quidam decimo à dominicæ paſsionis anno B. Maternum, SS. Euchario & Valerio comitibus ſacras literas Argentinenſibus, Treuerenſibus, Tungrenſibus, ac Colonienſibus interpretatum fuiſſe: ac mortuos quoſdam in pago Illeſatha ad vitam reduxiſſe, eoque miraculo Alſatos tunc quidem conuertiſſe, ſed imperatorum perfidia ad priſtinum fuiſſe errorem relapſos. D. Hieronymus, Dorothæus Oecumenius, cæterique ſcriptores, apoſtolum Thomam Germanis Euangelium Chriſti prę-

Irenic. lib. 2. exegeſi. Germani. cap. 12.

Hieron. in catalogo. dicaſſe ſcribunt, niſi tamen hoc de Carmanis Indiæ populis accipiendum eſt. D. Clemens Petri Apoſtoli ſectator & diſcipulus, atque in Pontificatu Romano ſucceſſor, ſcribit ad Iacobum fratrē Domini, quòd ipſe ex mandato S. Petri miſſurus eſſet Epiſcopos in Germaniam, tantò quidem doctiores prudentioreſque, quantò ea gens ferocior atque crudelior exiſtere diceretur. Quòd ſanctus Petrus Martialem diſcipulum in Germaniam miſerit, teſtatur Gloſſa penultima, ca. vinci, extra de ſacra Vnctione. Tempore Conſtantini, Magni ad Barbaros etiā, inquit Sozomen⁹, religio Chriſtiana peruenit: iā enim & quæ ad Rhenum habitant gentes Chriſtianiſmum receperunt, Celtique & Galatę, qui extremi ad Oceanum commorantur, & Gothi, & quotquot illis vicini ſunt. Magna quidem hominum multitudo ex Thracia in Aſiam progreſſa, plurimos ſecum inde ſacerdotes abduxit, qui ſolo Chriſti inuocato nomine ęgros curabant, & piè ſancteque inter barbaros vitam traducentes, facilè eos vt in meliorem potentioremque Deum crederent, atque baptizarentur permouerunt: quia non minus vita & moribus quàm doctrina illis cumulatè ſatis faciebant. Treuerenſes, qui præ cæteris tunc florebant, cùm à catholica religione, quam ab Euchario, Valerio, & Materno, à D. Petro Apoſtolo datis profeſſoribus, hauſerant, tempore Diocletiani, Maximiani, & aliorum tyrannorum defeciſſent: Syluester Pontifex

Doroth. in Synopſi.

Oecum. in acta Apoſtolor.

Lindanus in Apolog. Epiſtola 1.

Li. 2. hiſto. Eccleſiaſt. cap. 6.

Max-

Maximus à Conſtantino Magno, & Helena matre rogatus, Agritium Patriarcham Antiochenum, inſignem virum, euocauit, cuius labore & induſtria Treuerenſes cum vicinis populis veram Chriſtianam philoſophiam receperunt. D. Hieronymus ad Suriam & Fretelam ſcribit: Verè in vobis cõpletus eſt Apoſtolicus & Propheticus ſermo: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quis crederet vt barbara Getarum lingua Hebraicam quæreret veritatem, & dormitantibus, imò contendentibus Græcis, ipſa Germania Spiritus ſancti eloquia ſcrutaretur? Dudum calloſa tenendo capulum manus, & digiti tractandis ſagittis aptiores, ad ſtilum calamumque molleſcunt, & bellicoſa pectora reuertuntur ad manſuetudinem Chriſtianam. Similiter Epiphanius contra Valentinos & Gnoſticos ſcribens, Neque in Germanijs, ait, fundatæ eccleſiæ aliter credunt. Platina in Gregorio II. Huius, inquit, peculiaris laus eſt, quòd eius opera Germani ad fidem noſtram cõuerſi ſunt, miſſo eo Bonifacio monacho, qui eos è tenebris educeret, propoſita veritatis luce. Ipſorumque Germanorum magnam partem Romam venientem; ſuis manibus vir ſanctus paptizauit. Quod ex ipſius Bonifacij epiſtola ad Zachariam Papam colligitur: Anteceſſor prædeceſſoris veſtri venerandæ memoriæ Gregorius, dum me indignum ordinauit, & ad predicandum verbum Dei Germanicis gentibus miſit:

Hæreſi 31. Eadem ferè habet Irenæus li. 1. ca. 3. Tertull. contra Iudæos, ait Chriſtum in Germania doceri.

Gratia. 11. q. 3. c. Anteceſſor.

miſit: ſacramento me aſtriuxit, vt canonicis & iuſtis Epiſcopis & Presbyteris in verbo & facto, & in cōſenſu aſtipulator, & adiutor fierem. Mortuo Gregorio II. ſucceſſor ipſius Gregorius III. eundem illum Bonificium in ſuſcepto iſto opere, vti perſeuararet, per peculeares literas hortabatur, & ad alios alioſque Germaniæ populos emittebat, vt ex ipſius epiſtolis preipicitur, & præſentes Zachariæ Papæ ad Bonifacium literæ declarant: Quod prædeceſſor beatæ memoriæ Gregorius, huius ſedis apoſtolicæ præſul, dùm ad prædicandum verbum Euangelij tuam miſiſſet fraternitatem in Germaniæ partibus, & gentibus illis paganis, & verbo pollicitationis illam voluit antè eſſe munitam: ita vt orthodoxos Epiſcopos, Presbytoros, vel quoſcunque reperire potuiſſes, in verbo exhortationes perfectos, ampliùs confirmares, & ijs cōmunicares, quod & factū eſt. Bonifacius iſte ſub trib9 illis Pōtificibus, Gregorio II. Gregorio III. & Zacharia, in Germania docuit, & tandē in Friſia martyrij palmam accepit. Qualiter verò SS. VVilbrordus, Suibertus, Bonifacius, Ludgerus, Lebuinus, Plechelmus, Marcellinus, Friſijs, Traiectenſibus, Tranſiſulanis meis, Monaſterienſibus, Brunſuicenſibus, Saxonibus, & omnibus ferè inferioris Germaniæ populis, ante Caroli Magni Imperium, Chriſtianā religionem annunciauerint, in vita S. Suiberti videre eſt. Sed quia Germania ampliſsima eſt, & varios populos continet,

Gratian. c. Quod prædeceſſo, 11, q. 3.

net, non vno tempore ad Chriſtum conuerſa fuit. Carolus certè Magnus plurimùm in re tam præclara vtiliter laborauit, ſummaque prudentia, ac varijs pijſsimorum & doctiſsimorum hominum conſilio excogitatis rationibus externis etiam ſignis quibuſdam, vt ſemper pietas ob oculos agreſtibus & barbaris hominibus verſaretur, tandem, per Dei præpotentis gratiam, ita confirmauit, vt nullo vnquàm tempore detrimentum aliquod acceptura videretur, Paulatimque Germania omnium prouinciarum gloriam obſcurauit.

Ioannes Bohemius de moribus & ritibus omnium gentium ſcribens; Germani, inquit, Ad Dei cultum deditiſsimi ſunt: nullus artificum eſt, qui mane, antequam laborare incipiat, ædes ſacras non intret, & diuino officio interſit, ſerui atque ancillæ ad hoc à dominis quaſi compelluntur, turpe putant, eique non modicum exprobrandum, qui ex pigritia, aliaue inani cauſa, ſacra negligũt. Elehemoſynas multas tribuunt. Nulla ferè ciuitas eſt, in qua non fratrũ mendicantiũ conuentus ſunt, peregrinorum inopum publica hoſpitia. Aluntur etiam iuuenes ephœli; qui ſtudiorum cauſa paterna domo digreſsi, voluntariè hinc inde exulant, tam multi interdum in vna ciuitate, vt mirari poſsit, vnde nutriantur, illi à ciuibus ex pietate hoſpitantur: victum domeſticatim cantantes mendicant, eum tamen large accepiunt, propter hoc quod ędibus ſacris

cris, & ſacerdotibus deputati diuina officia cantent, ad clericatumq; inſtituantur: Domus publica iuxta ſingulas parochias vna eſt, in qua artiũ & diſciplinarũ ſtudio tam hi, quàm ciuiũ filij, quotidie conueniunt. Qui ipſis præſunt, docentque, viri nõ minus virtute, quàm doctrina ſpectati ſunt: deliquẽtes & literarum neglectores ferulis percutiunt, aut verbis duriuſculis caſtigant. In funeribus & parentationibus nigris amiciuntur: Defunctos 30. dies lugent, ac ipſis interim ter iuſta perſoluunt. Primo videlicet die, 7. & 30. Matrimonia olim ſerius contrahebant, vt corpora vtriuſq; ſexus fierent maturiora, ad robuſtos fœtus procreandos. Nec vxor viro, ſed vir vxori dotem comparabat, iugatique boues dabãtur, frænatus equus, & ſcutum, cum framea, atq; gladio, ad agriculturam ſcilicet, & ad bellum. Lege cautum erat, Ne vlla pars ſuæ ſortis oblita, terminos in copulãdis Cõiugijs tranſgrederetur, ſed plebs plebeæ, nobilis nobili iungeretur.

DE IVRIS PRVDENTIA.

DIuinas humanaſque leges primus Germanus tulit Tuiſcon vt ſupra recitati authores probant. Marſus eorum Rex Principum cœtus, & communium conciliorum rationem introduxiſſe fertur. Coeunt, inquit Cor. Tacitus (niſi quid fortuitum vel ſubitum inciderit) certis diebus cùm inchoatur luna, vel impletur. Nam agendis rebus hoc auſpicatiſſimum initiũ credũt. Silentium per ſacerdotes, quibus tum & coercendi Ius eſt, imperatur.

Mo-

Mox Rex vel Princeps, prout ætas cuique, prout nobilitas, prout decus, aut facundia eſt, audiuntur, authoritate magis ſuadendi, quàm imperandi poteſtate. Diſtinctio pœnarum ex delicto. plus apud Germanos valuiſſe ait bonos mores, quàm alibi bonæ leges valerẽt. Quòd bellorum tempore certos Magiſtratus elegerint, qui bello preeſſent, quiq́; vitę & necis poteſtatem haberent, cùm in pace nullus communis Magiſtratus eſſet, ſed Principes regionum atque pagorum inter ſuos Ius dicerent, controuerſiasq; finirẽt, auctor eſt Cæſar li. 6. Comment. In bello ſigna quædam Deorum geſtari præcipuum incitamẽtũ erat. Pugnaturi omnes ſuas neceſsitudines in proximo ſtatuebant, vt in ſuorũ conſpectu aut gloriosè vincerent, aut cum laude caderent, liberíque, coniuges, parentes, ſanctiſsimi pugnæ teſtes adhibeantur. Ad matres, & vxores accepta vulnera deferebãt, quæ nec numerare nec exigere plagas reformitabant: cibosq́ue & hortationes pugnantibus ſuggerebãt, illarumq́ue hortatu aliquoties inclinata acies reſtituta fuit. Princeps pro victoria, Comites pro Principe dimicabant. Turpe & omni vita infame Principi erat ſuperſtitem ex prælio eſſe vnde victor nõ rediſſet: Transfugæ, Proditores, ignauíque & imbelles ex arboribus ſuſpendebantur; quod ſcelera in aperto ponenda eſſent. Inertiæ & ignauiæ dabatur, aliquid ſudore quærere, quod poſſet cruore parari. Nobilitatis magnam rationem habebant, tam in

coniu-

coniugijs copulandis,ne plebeis iungerentur, quod lege vetitum erat, quam alijs rebus. Si quis ditior ex plebeis nobilium ſe conſortio miſcere vellet,repellebatur.

In luctu fœminis lugere permiſſum, viris meminiſſe tantum. In publicum proceſſuri ex cullo faſciam dependebant,honeſtatis cauſa,quidam ſericam,alij laneam.Calceis circũducebant crepidas,ſiue ſcandalia, quæ domũ reuerſi deponebant.

De ſecreto illo VVeſtphalorũ Iudicio ita refert Ioannes Bohemus : Hos populos Carolus Francorum Rex, qui Magni cognomẽ tulit,bello victos primum ad Chriſtianam fidem compulit: cæterum quum ſæpius rebellarent, repetitoque idolorum cultu Chriſti religionem ſpernerẽt:nec iuſiurandum quouis modo aduerterent, vt metu pœnæ gentis temeritatem Carolus compeſceret, occultos iudices inſtituit,quibus poteſtatem dedit, vt quam primum deieraſſe aliquem comperiſſent,aut fregiſſe fidem, aut aliquod aliud ſcelus perpetraſſe,mox illum vbi primum comprehendi poſſet,pro arbitrio necarent, nulla citatione, aut expurgatione præuia. Viros graues ac iuſtos elegit, qui plectere innocentes haud ab re poſſent. Terruit ea res VVeſtphalos,ac demũ in fide continuit,quũ ſæpe in nemoribus & proceres & mediocres viri laqueo ſuſpenſi inuenirentur, nulla accuſatione prius audita: quærentibus tamen cauſam, cõſtabat fidem fregiſſe, aut magnum aliquod

ſcelus

ſcelus commiſiſſe. Id Iudicium ad noſtram vſque ætatem perdurat, vocaturq́ue vetitum. Qui ei præſunt, Scabini appellantur, quibus tanta præſumptio eſt, vt etiam per totam Germaniam iuriſdictionem ſuam extendi velint. Secretos ritus habent, & arcana quędam inſtituta, quibus malefactores iudicant, ea nondũ quiſquã repertus eſt, qui vel pretio, vel metu reuelauerit. Ipſorũ quoq; Scabinorum maior pars occulta eſt, qui per prouincias diſcurrẽtes criminoſos notãt, & in ferentes iudicio accuſant, probantq́; vt eis mos eſt: damnati libro inſcribũtur, & iunioribus Scabinis committitur executio. Rei ignari ſuæ damnationis, vbicunque reperiuntur, ſupplicio afficiuntur: Degenerauit autem hodie iudicium: nam & viles interdum perſonæ admittuntur, & ciuilia negotia tractare audent, quibus erat ſolùm de criminalibus permiſſa poteſtas. Regio eſt admodum frigida, vini & frumenti inops: pane veſcũtur nigro: ceruiſia potus eſt, vinũ quod Rheno aduehitur magno emitur pretio, eo tantùm opulenti & rarò tamen vtuntur: bellicoſi indigenæ atque ingenioſi: vnde inoleuit prouerbium. VVeſtphaliam vitioſos ac fallaces homines potius gignere, quàm ſtultos. Præſuli Colonienſi parent. Diuerſis tamen in locis adhuc veſtigia quædam cernuntur. Der Frey Graffen / Frey ſcheffen Frey ſtull / Sic enim illi Iudices, & Iudicij tribunali vocant.

Ipſeq́ue Carolus Magnus Ro. Imperator,

teſte Lupoldo, tam bonarum artium, quàm Iuris diſciplinam in Germania reſtituit. De veteri Iure Saxonico ille liber pertractat, qui Speculum Saxonicū appellatur. Hodie Germani Canonico ciuiliq́ue Rom. Iure, & conſtitutionibus Imperialibus vtuntur. De ſupremi tribunalis, quod Camera Imperij vocatur, & Spiræ habetur, inſtitutione, ordinatione, & circunſtantijs, deq́; varijs & diuerſis plebiſcitis, & conſuetudinibus Germaniæ, hîc operoſum eſſet referre.

De Mathematicis artibus.

Quemadmodum alibi, cùm de Lacedæmoniorum Academia ageretur, probatum eſt, quòd illi in publicis priuatisq́ue rebus planetarum, & in primis Lunæ curſum ſuperſtitioſè obſeruârint: ſic Iulius Cæſar ex Germanorum captiuis ſe quæſiuiſſe ait, quamobrem eorum dux Ariouiſtus prælio non decertaret, reſponſum verò ab ijs quòd apud Germanos ea conſuetudo eſſet, vt matres familias ſortibus & vaticinationibus declararent, vtrum prælium committi ex vſu eſſet, necne, eaſq́ue ita dicere non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante nouam lunam cōtendiſſent, quæ etiam Nauclero probātur. Irenicus verò veterem illam Ianigenarum ex Hetruria diſciplinam, quæ in augurijs & monſtris interpretandis, extisq́ue inſpiciendis poſita erat, in Germaniam quoque perueniſſe ſcribit. Iam verò, quod Cimbrorum mulieres diuinarum rerum peritæ, in bellum aſſumebantur, quæ

de euen-

de euentu prædicerent, copioſè & eleganter memoriæ prodidit Strabo geographiæ libro ſeptimo. Vnde illud Poetæ:

Captiuo & iugulo fundebat carmina vates
Cimbrica, quæ æripedum fremitus ſeruabat equorum,
Bellax Rhiphæo Germania proxima cælo.

Et Plutarchus auctor eſt, Germanos faciliùs ſuperatos à Cæſare, quòd mulieres eorum nollent viros in bellum procedere ante nouilunium.

Quamuis ergo Cæſar veterum Germanorum omnem vitam in venationibus, & ſtudijs rei militaris poſitam fuiſſe, eoſque labore ac duritia corporibus exercendis operam dediſſe ſcribit, & alij quidam barbaros & agreſtes, bonarumque artium imperitos olim fuiſſe vociferantur: tamen poſterioribus temporibus ſic exculta fuit Germania, vt virtute, & philoſophiæ ſtudijs, ingeniorumque præſtantia, alijs prouincijs parum cederet: rei verò militaris peritia, & externa Rempublicam gubernandi ratione, Imperijque gloria omnes longè ſuperaret. Nam publicæ pacis, & iuris, pudoris atque honeſtatis inter homines conſeruandæ cauſa Dominus Deus monarchias & ſupremum Imperium introduxiſſe videtur: ad cuius Imperij, & ſupremæ poteſtatis honorem atque faſtigium, his poſtremis temporibus, Germanos propter ipſorum virtutes, prę reliquis nationibus euexit. Qua profectò maieſtate & gloria, nulla in terris ma-

Li 6. commentario. de bello Gallico.

Cùm pater hoc iuſsit ſuaſu monitisq; Deorum,
Diuerſa exilia, & diuerſas quærere terras,
Ac mortale genus totum perferre per orbem.
Primus in his facie formoſus, & ore diſertus
IAPETVS, *pulchras cum coniuge migrat in oras:*
Qua Sol occiduo pronus ſe gurgite condit
Circum Aſiæ tractum & felicia culta minoris.
Proximus huic SEMVS *patria manet incola terra,*
Eoasq; colit plagas, Ophyreaq; rura,
Auri atque argenti latè fœcunda metallis.
Tertius at CHAMVS *petijt ſub ſydere Cancri,*
Aegypti ſedes, quaq; irrigat æquora Nilus:
Et quas Sol medio regiones aſpicit Orbe.
Hinc varijs variæ gentes regionibus ortæ,
Nomina ſortitæ auctorum plerunque ſuorum.
Iapeti ſic TVISCO *nepos, crudelibus actus*
NIMRODI *imperijs, patræ iucunda relinquit*
Limina, cum nato, ſocijsq; ſequentibus illum:
Incertus quo fata ferant, vbi ſiſtere detur.
Tandem vltra Tanais delatus claſſe paludes,
Europæ tractus, Aſiæ qui diuidit ora,
Teutonicæ tenuit ſeſe ditione potentis
(Hæc nunc patria, tunc ſederat ſine nomine terra)
Tuiſconas inde ſuo nomen de nomine finxit:
Oceanum populos inter Rhenumq; iacentes,
Aeriasq; Alpes, fontemq; binominis Iſtri.
Ille animi prudens, patrij non degener oris
Incultum genus, & diſperſum montibus altis
Compoſuit, legesq; dedit moremq; ſacrorum:
Legum verba modis, numerisq; fidelibus aptans.
Mox perluſtratis Germanæ finibus oræ;
Regna nouis cum feruerent habitata colonis,

Iura, magiſtratusque legit fidosque viarum
In partes operum comites vocat, atque potenti
Deſtinat Imperio: qui ſceptris deinde potiti,
Præſtantes virtute viri, atque ingentibus auſis
Indigenæ ſua ſic affingunt nomina genti.
Filius huic MANNVS *ſuccedit, & alter ab illo*
INGAEVON, *cum fratre,* ISTAEVONE: *qui ſine natis*
Extincti, HERMIONEM *regnis patruelibus augent.*
Poſt hos Imperij MARS *armipotentis habenas*
Accipit, inſignis clypeo qui fulget, & enſe:
Germanamque manu frameam tenet: illius aris
Victima prima cadit: gentis pater ipſe vocari
Gaudet: & Arctoo ſedem ſibi deligit orbe.
Mox CIMBER *natus gens à quo nomine Cimbri,*
Filius & SVEVVS, *tenet à quo Sueuia nomen.*
VANDALVS *inde Henetæ dux gentis: & ortus ab illo*
TEVTO, *potens meruit gens cuius nomine dici.*
Felices animæ, & gratiſſima numina terris:
Quos tandem innumera ardens poſt illuſtria rerum
Geſta, Deos factura vehit ſuper æthera virtus.
Sed quanquam virtus eadem, & laus omnibus vna eſt:
(Vera loquor) ſi omnes vno ordine dixero Reges:
HERCVLI *Santeſtant* ALEMANNI *fortia facta.*
Ille Palatinæ dux ſtirpis, & vltimus auctor,
Sanguine magnanimi proauito Tuiſconis ortus

Flos

Flos veterum, virtusq; virûm, laus maxima gentis
Teutonicæ, maiora fide quoque geſſit, & Orbem
Impleuit meritis: viuos genus acre leones
Secum habuit comites: ſi quando in bella profectus,
Herculeas ſumptis vires oſtenderet armis:
Quum non terga fugæ, ſed apertæ pectora pugnæ
Præberet: metuendum animo, & virtute leonem,
Fortibus & factis imitatus imagine cuius
Fulgentem ornauit tandem clypeum inclytus auro:
Poſteritas hunc grata ſuperſtitione nefanda
Sinceri pridem cultus oblita deorum
Indigetem fecit, celſoq; locauit Olympo.
Et nunc Herculeæ ſeruat veſtigia laudis
Mons ſacer: hunc THEODO, *Boijs dum præſidet, acer*
Sanguinis auctori ſacrum propriumque dicauit.
Hinc nemus Hercineum, trahit hinc Alemannia nomen
Inclyta, & irriguis Alemanus fertilis vndis.
Filius hinc BOIVS, *patriæ non degener artis,*
Feruidus ingenio, paribus qui in Regna vocatus
Auſpicijs, tribus Imperij cum fratribus orbem
Partitur; patrioq; Alemanos nomine dictos
Poſſidet, & Boios à ſe cognomine dixit.

AD GERMANIAM PAræneſis Georgij Sabini.

QVô tua bellatrix abijt Germania virtus?
Diſſimils noſtro tempore facta tui.
Vindelicis olim pepuliſti finibus Hunnos,
Imperium magno cùm ſub Othone fuit.
Ad Solymas arces victricia ſigna tuliſti,
Sceptriger Imperij cùm Fredericus erat.

Nunc procul à Tanai ducentes agmina Turcæ
Danubij ferro depopulantur agros:
In tua graſſatur terrarum viſcera prædo,
Auſa nec hoſtiles es cohibere manus.
Te quibus oſtentas, nunc vtere grandibus haſtis,
Et quibus in circo ludicra bella geris:
His animoſa pias haſtilibus aſſere gentes,
Si quid in audaci pectore Martis habes.
Ah pudeat Scythicis egreſſum finibus hoſtem
Militiæ nobis præripuiſſe decus.
Mollia dum ſequimur nos deſidis ocia vitæ,
Aſpera bellator prælia Turca facit.
Dum cane venamur lepores, aut cuſpide damas
Figimus, ille ſuo milite regna capit.
Denique nos tantùm ſine ſanguine ludimus armis,
Illa gerit forti ſeria bella manu,
At generoſa tuis Germania conſule rebus,
Coge pharetratos vertere terga Getas.
Ipſa tuas vrbes è faucibus eripe lethi,
Et vetus Imperij Marte tuere decus.
Si ſecura mali non profligaueris hoſtem,
Triſtia crudeli vulnera clade feres.

Ingeuon Germanorum Rex, vt humaniores efficeret, publica bonarum artium gymnaſia inſtituiſſe fertur, quibus religionis veritate, & ſapientiæ ſtudijs perpolirentur. Quod præclarum opus alij Imperatores, Reges, & Principes diligenter promouerunt. Religio enim & ſapientia indiſſolubili vinculo inuicem cohærent. Vt ſciatur, quid & quomodo colendum ſit, idemque cognitum, re & actu impleatur. Vnde factum eſt, vt Germania florentiſ-

rentiſsima euaderet. Vbi nulla auri, argentique, & margaritarum incognitus vſus eſt. Hic nulla non literarum cognitio, legum diſciplinarum bonarumque artium & doctrinarum ſtudia florent. Præclariſsimorum ingeniorum feraciſsima. Quę typographiam, calcographiam, tabularum æ nearum, bombardarum, aduerſus Chriſtiani nominis hoſtes profligendos vtiliſsimi inſtruméti vſum, cæteraque infinita admiranda opera excogitarunt.

Ionas Aurelianenſis, ſuo tempore ſub Carolo Caluo, tam veram religionem quam ſapientiam in Germania floruiſſe teſtatur: Quod non ſolum Marſilij Ficini, Hermolaî Barbari, & aliorum epiſtolæ & ſcripta confirmant, qui magnis famoſis fluminibus, omnique ornamentorum genere abundare fatentur, & Tyberim in Rehnum influxiſſe aiunt: ſed tam multæ, tamq; florentes Academiæ, & ſcholæ infinitaq; Doctiſsimorũ hominũ præſtantiſsima inuenta & ſcripta teſtantur. Multasq; rationes excogitarunt Germani, quibus iuuẽtus ad bonarũ artium ſtudia incitaretur. Nam Doctos viros præ cæteris mirificè honorant & colunt. Omnibus ferè ſcholis & parœcijs ſcholas adiunctas habent. Multa illuſtria & inſignia collegia ſunt, in quæ nemo recipitur, qui in celebri aliqua Vniuerſitate, aliquot annos non ſtuduerit. In alijs ad honores & dignitates aſcenſus non datur, niſi per gradationes & promotiones Academiarum.

COLONIENSIS ACADEMIA.

QVod M. Tullius Cicero lib. primo Officiorũ ſcriptũ reliquit: Oportere filiũ ſuum, audientem Cratippum, idq́ue Athenis, abundare præceptis, inſtitutiſq́ue Philoſophiæ, propter ſummam & Doctoris auctoritatem, & vrbis, quod alter eum ſcientia augere poſſet, altera exemplis: id de his adoleſcentibus, qui Coloniæ Agrippinæ bonis literis operam dant, affirmari poteſt: hæc enim vrbs pleraſque ciuitates Germaniæ egregijs ornamentis ſuperat. Dominus Deus ab exordio mundi horum locorum ſingularem rationem ſemper habuiſſe videtur, vt ipſius Noachi poſteritas, ſtatim poſt diluuium, veram Ianigenarum doctrinam (etſi fraudibus diaboli deprauata fuit) & liberales artes maturè reſtitueret. Grauiſsimiq́ue auctores aſſeuerant; Tuiſconem primum Germanorum parentem ab altera Rheni parte, è regione Coloniæ habitaſſe, vbi magnæ olim arcis ſigna hactenus reperiantur: qui locus à Tuiſcone Teutz appelletur. Vbi Herebertus Archiepiſcopus Coloniẽſis, Monaſterium S. Benedicti ex caſtro ſiue monumento Diuitenſi conſtruxit. Quanquam alij Tuitium à tuendo Germanos contra Gallos dictum putant.

Cumq́ue Iulius Cæſar ad Rehnum contra Germanorum excurſiones diuerſa propugnacula præſidiaq; collocaret, Vbiorũ gentem Ro-

Romanis amicitia coniunctiſſimam habuit. Et *M. A*grippa(à quo conditore nomen retinuit) Vbiorum Metropolim Coloniam extruxit. Idq́ue eo tempore opus inchoatum admirantur,quo Ieſu Chriſti omnis ſapientię auctoris mater virgo Maria naſcebatur. Nam ſicut illa poſt Chriſti aſcenſionem *A*poſtolorum & Euangeliſtarum magiſtra fuit, ita Colonia vicinarum prouinciarum ſapientiæ & doctrinarum ſtudia cõmmunicaret. Poſtquã verò Romani Colonos ſuos huc mittere cõſueuerunt, illi veterem Romanorum Theologiam artesq; liberales & ciuilia Iura ſecum huc ex Italia introduxerunt.

Vt nihil quod ad fulciendam ornandamq; remp. pertineret, deſideraretur: ſed tam ſapientia & literis quãm armis inſtructi vtroq; pacis & bellorum tempore contra fortiſſimos Germanos fortes ibi & ſapientes ciues haberent. Ideoq; paulatim tam præſtans Coloniæ bonarum literarũ gymnaſium euaſit, vt nullum in Germania, quæ tunc adhuc ferocior incultiorq; erat, florentius haberetur. Et ab eo tempore quo S. Maternus D. Petri *A*poſtoli diſcipulus veram eos Chriſtianam religionem docuit, ſacræ Theologiæ ſtudia minimè ibi neglecta fuerunt.

Quanquam enim ſtatim ab initio fieri non potuit,(tum præcipuè cùm perſecutio ſæpius indicta publicè & pro tyrannorum libidine renouata non ceſſaret)vt publicus idolorum cultus plane tolleretur: tamen Deo adiutore

veritas

veritas vicit, & numerus Chriſtianorũ auctus eſt, Quemadmodum S. Maternus, ita qui illum ſecuti ſunt, vſque ad tempora Conſtantini Magni tanquam vnius diocœſeos Epiſcopi diligenter præfuerunt ſimul, Treuirenſibus, Tungrenſibus & Colonienſibus. Multiplicatis verò fidelibus, diſtinctio facta eſt. Et S. Agritius manſit Treuiris; Agrippinenſes proprium tunc Epiſcopum acceperũt S. Maternum II. Tungrenſibus, ſi non ſimul, certò haud diu poſt datus eſt S. Seruatius. Hinc occaſionem habuit contentio Epiſcoporũ Treuirenſis & Colonienſis, Aquiſgrani in coronatione Ottonis I. Imperatoris. Quorum ille cõſecrationis honorem ſuum eſſe arbitrabatur, quod ſedes Treuirenſis fundata eſſet à S, Petro: Coloniẽſis ad ſe pertinere volebat, ꝙ quod cõſecrationis locus in ſua diocœſi ſitus eſſet. Vt referũt. VVitikind. li. 2. Sax. Ditmar. li. 2. & alij, Maternus II. vnus fuit è tribus Epiſcopis Gallicanus, qui vocati ſunt ad Concilium Romanum, in cauſa Donati & Cæciliani, vt refert Optat. Mileuit. lib. 1. contra Parmen. & conſtat ex literis Conſtantini Auguſti ad Melchidem Pontificem apud Euſebium lib. 10. Idẽ poſtea ſub Syluestro Pontifice interfuit Concilio Arelatẽſi 2. Sic namq; habet Cathalogus Epiſcopum. Sub Materno hoc II, Paganiſmus valde labefactatus, & Eccleſia Dei confirmata eſt. Succeſſit Euphrata, non intruſus à Gothis Arrianis, (vt aliqui opinantur) ſed legitimè inſtitutus. Hic enim tanta

aucto-

auctoritatis fuit apud Catholicos Epiſcopos, vt non tantum intereſſet Concilio: quod Sardicæ celebratũ eſt, ſub Iulio Pontifice contra Arrianos: verùm etiam vt à toto Concilio in cauſa Catholicorum legatus mitteretur Antiochiam, ad Conſtantinum Imperatorem. Qua in Legatione quomodo ſe geſſerit, & quid perpeſſus ſit ab Arrianis, honorificè referunt Athanaſius in epiſtola ad Solitarios, Theodoret. lib. 2. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 9. Nicephor. lib. 9. cap. 23.

Falſum ergo eſt, quod ab Arrianis intruſum, & per illum Coloniæ veram Chriſtianam religionem aliquot annis iterum extinctam fuiſſe aliqui ſine argumento opinantur. Quæ conſtantiæ ſuæ laudem inuiolatam ſemper retinuit. Etſi magnas ſæpe paganorum & hæreticorum perſecutiones, tentationes, inſidias pertulit: quas diuino præſidio honorificè ſemper ſuperauit. Vt de illa publicè in Eccleſia decantetur:

Gaude felix Agrippina, ſanctaq; Colonia,
Sanctitatis tuæ bina gerens teſtimonia.
Poſtquam fidem ſuſcepiſti ciuitas prænobilis,
Recidiua non fuiſti, ſed in fide ſtabilis.

Si Euphrata poſt in hæreſim incidiſſet, inde non conficeretur, ſynceram doctrinam Coloniæ interruptam eſſe, vt recidiua aliquatenus dici poſſet. Nam Agrippinenſe Concilium quod affertur, atteſtatur, & plebẽ Agrippinenſem, & Clericos, & fratres per caſtella conſtitutos rectè ſenſiſſe. Quàm pij, quàm ſe-

dulò

duli Epſcopi fuerint, S. Seuerinus, & illi⁹ ſucceſſores, omnibus notum eſt. De S. Euergiſlo S. Seuerini ſucceſſore in breuiario Colonienſi legitur: Quòd vrbem ipſam ita ornarit, vt aurea Colonia appellaretur.

Hi ad confirmandam & propagandam veram illam religionem tot ſcholas Theologicas erexerũt, quot collegia canonicorum inſtituerunt.

Clerici enim, qui Canonicæ inſtitutionis nomine cenſentur, ſub primis Epiſcopis intra clauſtra ſua Canonicè viuebant, à monachis habitu & profeſsione diſcreti: dabant & accipiebant tanquam ſua propria. Nam proprias res & Eccleſiæ cum humilitate & iuſtitia, dormitoriaque, refectoria, ſtufas, ſcriptoria, & cæteras habitationes vſibus fratrum, in vna ſocietate viuentium neceſſarias habebant, quemadmodum Cõcilium Aquiſgranenſe ſub Stephano Pontifice, & Ludoico Pio celebratum in genere de omnibus Canonicis abundè docet, ca. 115. 117. 125. & ſtructura collegiorum noſtrorum ſatis indicat.

Quæ autem Canonicorum officia & exercitia fuerint, ex eodem Concilio perſpicitur: & colligi poteſt ex antiquis quibuſdam precibus, quæ in hodie rnũ diem in collegijs recitantur. Apud omnia enim Canonicorum collegia ſcholæ habentur.

Dominicis ergo diebus quando officium dominicale, ſiue de dominica ſeruatur, ſacerdos hebdomadarius ſtãs in ambitu, è regione

ſcholæ,

ſcholæ inter alia in plerisq; collegijs, ſic precatur: Benedicere digneris Domine hoc ſcriptorium famulorum tuorum, & omnes habitantes in eo, vt quicquid diuinis ſcripturis ab eis lectum vel ſcriptum fuerit, ſenſu capiant, ore perficiant, per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Acceſſerunt deinde Monachi humanis & diuinis literis excultiſsimi, qui ſacrum ſtudiũ in cœnobijs ſeriò & accuratiſsimè tradiderunt. Vt Ruperti Tuitienſis, Alberti Magni, D. Thomæ Aquinatis, Ioannis Schoti, VVolphelmi, (quẽ S. Anno Archiepiſcopus Abbatẽ Bruvvilerenſem fecit) hiſtoria teſtatur. Quo alluſit VVolffgangus Lazius lib. 2 commẽtariorum Viennenſium cap. 6. vbi ait: Fredericũ Imperatorem anno 1237. Viennẽſis Academiæ prima fundamenta ieciſſe, nullaque Germaniæ gymnaſia, ſolo Colonienſi excepto, eam vetuſtatem referre.

Nam ex præmiſsis apparet Coloniẽſe Gymnaſium antiquiſsimum exiſtere. Tandem Vrbanum VI. P. M. anno 1388. XI. Kalend. Iulij, vt Coloniæ publicam omnium doctrinarum Academiam, qualis Lutetiæ Pariſiorum extabat, habere, honorumque ſcholaſticorum gradus conferre liceret, pro ſuo erga tam veterem florentemque Rempub. & adeò præclaram Pop. Rom. Coloniam amore, non ſolùm libenter permiſit, ſed eadem quoq; priuilegia, quæ mater ipſius Lutetia Pariſiorum habebat, indulſit, vt ex ipſius reſcripto apertè colli-

colligitur. Quo diſertis verbis ſignificat, cupere ſe illam vrbem, quæ multis præclariſsimis ornamentis referta erat, ſapientia etiam cæteris vrbibus prælucere, & longè quàm hactenus celebriorem ſtudijs liberalibus fieri. Decernit etiam, vt & vetera illa ſtudia amplificentur, & publica poſthac omnium diſciplinarum academia cenſeatur. Quocirca anno Domini 1389. in profeſto Epiphaniæ, in domo capitulari Eccleſiæ Metropolitanæ, præſente Clero & Senatu, Gerhardus Calcarienſis primo omnium prælegit caput ſexageſimum Eſaię Prophetę: Surge illuminare Hieruſalem. In Annalibus Colonienſibus ſcriptũ reperitur, quod anno Domini 1388. pro impetranda Academia ad Vrbanum Papam VI. miſſi fuerint monachi quatuor Ordinum mendicantium. Quodque prima lectio fuerit habita in ſacra Theologia per Theologum Pragenſem in domo capitulari Eccleſię maioris. quòd etiã Cancellarius Vniuerſitatis fuerit deſignatus Præpoſitus Colonienſis: primum verò Academiæ Rectorem crearint Hertlinum de Marca. Additur præterea quòd cùm hactenus Iudæi celebrem coloniæ Synagogã habuiſſent, anno Domini 1423. perpetuo decreto fuerunt eiecti, & Synagoga ad honorem Mariæ virginis anno 1426. conſecrata, quod ſacellum hodie Hieroſolyma vocatur, apud vicum Iudæorum. Vniuerſitas verò hæc quatuor membris, & partibus ſiue facultatibus conſtat: Theologica nimirum, vtriuſque Iuris,

ris Medicinæ, & Philoſophorum, quæ etiam Mathematicos, Poetas, hiſtoricos, & linguarum profeſſores complectitur. Harum vnaquæque ſemper clariſsimis viris abundauit. Singularum facultatum ſupremus Magiſtratus Decanus vocatur. Horum magiſtratus iam annuus eſt.

DE RECTORE.

VNiuerſitatis Rector ex ſingulis facultatibus per ordinẽ, quater in anno eligitur, in Profeſto Annuntiationis Mariæ ad Carmelitas: in Profeſto Apoſtolorum Petri & Pauli, ad Prædicatores: in die ſancti Dionyſij, ad Minores; in vigilia diui Thomæ Apoſtoli, ad Auguſtinianos.

Verùm ſicut is, qui ambiuiſſe illum magiſtratum deprehenditur, aut conſpiratione, & malis artibus quorundam aſſecutus, eo ipſo indignus redditur: ſic legitimè electus, niſi rationabiles cauſas adferre poterit, duarum marcarum argenti puri mulctam ſuſcipere ex ſtatuto cogitur. Ita tamen, ne quis propter hanc mulctam ex odio & inuidia eligatur, nec ſæpius contra ſuam voluntatem, quàm ſemel. Huic Bidelli duos argenteos faſces ad publicos actus ituro præferũt, eumq; ſingulis diebus ex perpetuo decreto obſeruare ac viſitare, ſi quid curatum velit, oportet. Eius officium eſt: Vniuerſitatem cogere, deliberanda proponere, omniumque ſententia atque conſilijs decreta perficere, & exequi, ius ex æquo & bono dicere, priuilegia

Nunc procul à Tanai ducentes agmina Turcæ
Danubij ferro depopulantur agros:
In tua graſſatur terrarum viſcera prædo,
Auſa nec hoſtiles es cohibere manus.
Te quibus oſtentas, nunc vtere grandibus haſtis,
Et quibus in circo ludicra bella geris:
His animoſa pias haſtilibus aſſere gentes,
Si quid in audaci pectore Martis habes.
Ah pudeat Scythicis egreſſum finibus hoſtem
Militiæ nobis præripuiſſe decus.
Mollia dum ſequimur nos deſidis ocia vitæ,
Aſpera bellator prælia Turca facit.
Dum cane venamur lepores, aut cuſpide damas
Figimus, ille ſuo milite regna capit.
Denique nos tantùm ſine ſanguine ludimus armis,
Illa gerit forti ſeria bella manu,
At generoſa tuis Germania conſule rebus,
Coge pharetratos vertere terga Getas.
Ipſa tuas vrbes è faucibus eripe lethi,
Et vetus Imperij Marte tuere decus.
Si ſecura mali non profligaueris hoſtem,
Triſtia crudeli vulnera clade feres.

Ingeuon Germanorum Rex, vt humaniores efficeret, publica bonarum artium gymnaſia inſtituiſſe fertur, quibus religionis veritate, & ſapientiæ ſtudijs perpolirentur. Quod præclarum opus alij Imperatores, Reges, & Principes diligenter promouerunt. Religio enim & ſapientia indiſſolubili vinculo inuicem cohærent. Vt ſciatur, quid & quomodo colendum ſit, idemque cognitum, re & actu impleatur. Vnde factum eſt, vt Germania florentiſ-

rentiſ-

rentiſsima euaderet. Vbi nulla auri, argentique, & margaritarum incognitus vſus eſt. Hic nulla non literarum cognitio, legum diſciplinarum bonarumque artium & doctrinarum ſtudia florent. Præclariſsimorum ingeniorum feraciſsima. Quę typographiam, calcographiam, tabularum ænearum, bombardarum, aduerſus Chriſtiani nominis hoſtes profligendos vtiliſsimi inſtrumẽti vſum, cæteraque infinita admiranda opera excogitarunt.

Ionas Aurelianenſis, ſuo tempore ſub Carolo Caluo, tam veram religionem quam ſapientiam in Germania floruiſſe teſtatur: Quod non ſolum Marſilij Ficini, Hermolai Barbari, & aliorum epiſtolæ & ſcripta confirmant, qui magnis famoſis fluminibus, omnique ornamentorum genere abundare fatentur, & Tyberim in Rehnum influxiſſe aiunt: ſed tam multæ, tamq; florentes Academiæ, & ſcholæ infinitaq; Doctiſsimorũ hominũ præſtantiſsima inuenta & ſcripta teſtantur. Multasq; rationes excogitarunt Germani, quibus iuuẽtus ad bonarũ artium ſtudia incitaretur. Nam Doctos viros præ cæteris mirificè honorant & colunt. Omnibus ferè ſcholis & parœcijs ſcholas adiunctas habent. Multa illuſtria & inſignia collegia ſunt, in quæ nemo recipitur, qui in celebri aliqua Vniuerſitate, aliquot annos non ſtuduerit. In alijs ad honores & dignitates aſcenſus non datur, niſi per gradationes & promotiones Academiarum.

Romanis amicitia coniunctiſsimam habuit. Et *M. A*grippa(à quo conditore nomen retinuit) Vbiorum Metropolim Coloniam extruxit. Idq́ue eo tempore opus inchoatum admirantur, quo Ieſu Chriſti omnis ſapientię auctoris mater virgo Maria naſcebatur. Nam ſicut illa poſt Chriſti aſcenſionem *A*poſtolorum & Euangeliſtarum magiſtra fuit, ita Colonia vicinarum prouinciarum ſapientiæ & doctrinarum ſtudia cõmmunicaret. Poſtquã verò Romani Colonos ſuos huc mittere cõſueuerunt, illi veterem Romanorum Theologiam arteſq́; liberales & ciuilia Iura ſecum huc ex Italia introduxerunt.

Vt nihil quod ad fulciendam ornandamq́; remp. pertineret, deſideraretur: ſed tam ſapientia & literis quãm armis inſtructi vtroq; pacis & bellorum tempore contra fortiſsimos Germanos ſortes ibi & ſapientes ciues haberent. Ideoq́; paulatim tam præſtans Coloniæ bonarum literarũ gymnaſium euaſit, vt nullum in Germania, quæ tunc adhuc ferocior incultiorq́; erat, florentius haberetur. Et ab eo tempore quo S. Maternus D. Petri *A*poſtoli diſcipulus veram eos Chriſtianam religionem docuit, ſacræ Theologiæ ſtudia minimè ibi neglecta fuerunt.

Quanquam enim ſtatim ab initio fieri non potuit, (tum præcipuè cùm perſecutio ſæpius indicta publicè & pro tyrannorum libidine renouata non ceſſaret) vt publicus idolorum cultus planè tolleretur: tamen Deo adiutore

veritas

veritas vicit, & numerus Chriſtianorũ auctus eſt, Quemadmodum S. Maternus, ita qui illum ſecuti ſunt, vſque ad tempora Conſtantini Magni tanquam vnius diocœſeos Epiſcopi diligenter præfuerunt ſimul, Treuirenſibus, Tungrenſibus & Colonienſibus. Multiplicatis verò fidelibus, diſtinctio facta eſt. Et S. Agritius manſit Treuiris; Agrippinenſes proprium tunc Epiſcopum acceperũt S. Maternum II. Tungrenſibus, ſi non ſimul, certè haud diu poſt datus eſt S. Seruatius. Hinc occaſionem habuit contentio Epiſcoporũ Treuirenſis & Colonienſis, Aquiſgrani in coronatione Ottonis I. Imperatoris. Quorum ille cõſecrationis honorem ſuum eſſe arbitrabatur, quod ſedes Treuirenſis fundata eſſet à S. Petro: Coloniẽſis ad ſe pertinere volebat, quod cõſecrationis locus in ſua diocœſi ſitus eſſet. Vt referũt. VVitikind. li. 2. Sax. Ditmar. li. 2. & alij. Maternus II. vnus fuit è tribus Epiſcopis Gallicanus, qui vocati ſunt ad Concilium Romanum, in cauſa Donati & Cæciliani, vt refert Optat. Mileuit. lib. 1. contra Parmen. & conſtat ex literis Conſtantini Auguſti ad Melchidem Pontificem apud Euſebium lib. 10. Idẽ poſtea ſub Sylueſtro Pontifice interfuit Concilio Arelatẽſi 2. Sic namq; habet Cathalogus Epiſcopum. Sub Materno hoc II. Paganiſmus valde labefactatus, & Eccleſia Dei confirmata eſt. Succeſsit Euphrata, non intruſus à Gothis Arrianis, (vt aliqui opinantur) ſed legitimè inſtitutus. Hic enim tanta

auctoritatis fuit apud Catholicos Epiſcopos, vt non tantum intereſſet Concilio: quod Sardicæ celebratũ eſt, ſub Iulio Pontifice contra Arrianos: verùm etiam vt à toto Concilio in cauſa Catholicorum legatus mitteretur Antiochiam, ad Conſtantinum Imperatorem. Qua in Legatione quomodo ſe geſſerit, & quid perpeſſus ſit ab Arrianis, honorificè referunt Athanaſius in epiſtola ad Solitarios, Theodoret. lib. 2. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 9. Nicephor. lib. 9. cap. 23.

Falſum ergo eſt, quod ab Arrianis intruſum, & per illum Coloniæ veram Chriſtianam religionem aliquot annis iterum extinctam fuiſſe aliqui ſine argumento opinantur. Quæ conſtantiæ ſuæ laudem inuiolatam ſemper retinuit. Etſi magnas ſæpe paganorum & hæreticorum perſecutiones, tentationes, inſidias pertulit: quas diuino præſidio honorificè ſemper ſuperauit. Vt de illa publicè in Eccleſia decantetur:

Gaude felix Agrippina, ſanctaq; Colonia,
Sanctitatis tuæ bina gerens teſtimonia:
Poſtquam fidem ſuſcepiſti ciuitas prænobilis,
Recidiua non fuiſti, ſed in fide ſtabilis.

Si Euphrata poſt in hæreſim incidiſſet, inde non conficeretur, ſynceram doctrinam Colonię interruptam eſſe, vt recidiua aliquatenus dici poſſet. Nam Agrippinenſe Concilium quod affertur, atteſtatur, & plebē Agrippinenſem, & Clericos, & fratres per caſtella conſtitutos rectè ſenſiſſe. Quàm pij, quàm ſeduli

duli Epſcopi fuerint, S. Seuerinus, & illi' ſucceſſores, omnibus notum eſt. De S. Euergiſlo S. Seuerini ſucceſſore in breuiario Colonienſi legitur: Quòd vrbem ipſam ita ornarit, vt aurea Colonia appellaretur.

Hi ad confirmandam & propagandam veram illam religionem tot ſcholas Theologicas erexerũt, quot collegia canonicorum inſtituerunt.

Clerici enim, qui Canonicæ inſtitutionis nomine cenſentur, ſub primis Epiſcopis intra clauſtra ſua Canonicè viuebant, à monachis habitu & profeſsione diſcreti: dabant & accipiebant tanquam ſua propria. Nam proprias res & Eccleſiæ cum humilitate & iuſtitia, dormitoriaque, refectoria, ſtufas, ſcriptoria, & cæteras habitationes vſibus fratrum, in vna ſocietate viuentium neceſſarias habebant, quemadmodum Cõcilium Aquiſgranenſe ſub Stephano Pontifice, & Ludoico Pio celebratum in genere de omnibus Canonicis abundè docet, ca. 115. 117. 125. & ſtructura collegiorum noſtrorum ſatis indicat.

Quæ autem Canonicorum officia & exercitia fuerint, ex eodem Concilio perſpicitur: & colligi poteſt ex antiquis quibuſdam precibus, quæ in hodie rnũ diem in collegijs recitantur. Apud omnia enim Canonicorum collegia ſcholæ habentur.

Dominicis ergo diebus quando officium dominicale, ſiue de dominica ſeruatur, ſacerdos hebdomadarius ſtãs in ambitu, è regione

ſcholæ,

ſcholæ inter alia in pleriſq; collegijs, ſic precatur: *Benedicere digneris Domine hoc ſcriptorium famulorum tuorum, & omnes habitantes in eo, vt quicquid diuinis ſcripturis ab eis lectum vel ſcriptum fuerit, ſenſu capiant, ore perficiant, per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.*

Acceſſerunt deinde Monachi humanis & diuinis literis excultiſsimi, qui ſacrum ſtudiũ in cœnobijs ſeriò & accuratiſsimè tradiderunt. Vt Ruperti Tuitienſis, Alberti Magni, D. Thomæ Aquinatis, Ioannis Schoti, VVolphelmi, (quẽ S. Anno Archiepiſcopus Abbatẽ Bruvvilerenſem fecit) hiſtoria teſtatur. Quo alluſit VVolffgangus Lazius lib. 2 commẽtariorum Viennenſium cap. 6. vbi ait: *Fredericũ Imperatorem anno 1237. Viennẽſis Academiæ prima fundamenta iecisse, nullaque Germaniæ gymnaſia, ſolo Colonienſi excepto, eam vetuſtatem referre.*

Nam ex præmiſsis apparet Coloniẽſe Gymnaſium antiquiſsimum exiſtere. Tandem Vrbanum VI. P. M. anno 1388. XI. Kalend. Iulij, vt Coloniæ publicam omnium doctrinarum Academiam, qualis Lutetiæ Pariſiorum extabat, habere, honorumque ſcholaſticorum gradus conferre liceret, pro ſuo erga tam veterem florentemque Rempub. & adeò præclaram Pop. Rom. Coloniam amore, non ſolùm libenter permiſit, ſed eadem quoq; priuilegia, quæ mater ipſius Lutetia Pariſiorum habebat, indulſit, vt ex ipſius reſcripto apertè colli-

colligitur. Quo diſertis verbis ſignificat, cupere ſe illam vrbem, quæ multis præclariſsimis ornamentis referta erat, ſapientia etiam cæteris vrbibus prælucere, & longè quàm hactenus celebriorem ſtudijs liberalibus fieri. Decernit etiam, vt & vetera illa ſtudia amplificentur, & publica poſthac omnium diſciplinarum academia cenſeatur. Quocirca anno Domini 1389. in profeſto Epiphaniæ, in domo capitulari Eccleſiæ Metropolitanæ, præſente Clero & Senatu, Gerhardus Calcarienſis primo omnium prælegit caput ſexageſimum Eſaię Prophetę: Surge illuminare Hieruſalem. In Annalibus Colonienſibus ſcriptũ reperitur, quod anno Domini 1388. pro impetranda Academia ad Vrbanum Papam VI. miſſi fuerint monachi quatuor Ordinum mendicantium. Quodque prima lectio fuerit habita in ſacra Theologia per Theologum Pragenſem in domo capitulari Eccleſię maioris. quòd etiã Cancellarius Vniuerſitatis fuerit deſignatus Præpoſitus Colonienſis: primum verò Academiæ Rectorem crearint Hertlinum de Marca. Additur præterea quòd cùm hactenus Iudæi celebrem coloniæ Synagogã habuiſſent, anno Domini 1423. perpetuo decreto fuerunt eiecti, & Synagoga ad honorem Mariæ virginis anno 1426. conſecrata, quod ſacellum hodie Hieroſolyma vocatur, apud vicum Iudæorum. Vniuerſitas verò hæc quatuor membris, & partibus ſiue facultatibus conſtat: Theologica nimirum, vtriuſque Iu-

ris,

ris Medicinæ, & Philoſophorum, quæ etiam Mathematicos, Poetas, hiſtoricos, & linguarum profeſſores complectitur. Harum vnaquæque ſemper clariſsimis viris abundauit. Singularum facultatum ſupremus Magiſtratus Decanus vocatur. Horum magiſtratus iam annuus eſt.

DE RECTORE.

VNiuerſitatis Rector ex ſingulis facultatibus per ordiné, quater in anno eligitur, in Profeſto Annuntiationis Mariæ ad Carmelitas: in Profeſto Apoſtolorum Petri & Pauli, ad Prædicatores: in die ſancti Dionyſij, ad Minores; in vigilia diui Thomæ Apoſtoli, ad Auguſtinianos.

Verùm ſicut is, qui ambiuiſſe illum magiſtratum deprehenditur, aut conſpiratione, & malis artibus quorundam aſſecutus, eo ipſo indignus redditur: ſic legitimè electus, niſi rationabiles cauſas adferre poterit, duarum marcarum argenti puri mulctam ſuſcipere ex ſtatuto cogitur. Ita tamen, ne quis propter hanc mulctam ex odio & inuidia eligatur, nec ſæpius contra ſuam voluntatem, quàm ſemel. Huic Bidelli duos argenteos faſces ad publicos actus ituro præferũt, eumq; ſingulis diebus ex perpetuo decreto obſeruare ac viſitare, ſi quid curatum velit, oportet. Eius officium eſt: Vniuerſitatem cogere, deliberanda proponere, omniumque ſententia atque conſilijs decreta perficere, & exequi, ius ex æquo & bono dicere, priuilegia

tueri, ſtudioſos recipere, & publicis ſtudiorum ſuorum teſtimonijs iuuare, quæ memoratu digna erunt, ac vtilem doctrinam habere videntur, in publicos annales referre, & poſtquam eo magiſtratu abierit, quatuorDecanis velut Cenſoribus, rationem addere, quæ geſſerit, quęq́, acciderint. Quoniam eos tanquam Tribunos addere ſupremæ auctoritati Maiores noſtri voluerunt, de quorum conſilio omnia peragerentur: ſine his Vniuerſitas per iuramentum præſtitum cogi non poſſet, niſi tanta eſſet cauſæ magnitudo, quæ nullam morã pateretur. Vbi Vniuerſitas cõuenerit, Rector rem proponit, quatuor Decani ſuos euocant ſeorſim, & ſingulorum ſententiam requirunt, ordinem dicendi dat ſenium promotionis; Rector ſuę facultatis concilio intereſt. Re confecta, Rector ad ſuum locum regreditur, auditurus Decanorum ſententiam. Inter quos primo loco dicit Decanus Artium, ſecundo Medicinæ, tertio Iuris, quarto Theologiæ. Rector concludit, & mãdat fieri: & quanquam pro electione Rectoris quatuor iſtis anni temporibus Vniuerſitas cogitur, ferè tamen nunc integrum annũ aliquãdo diutius retinetur.

De Gymnaſijs Colon.

Præter Theologorum, Iuriſperitorum, & Medicorum egregias ſcholas, tria hîc publica Gymnaſia habentur, quibus humaniorem literaturam, liberales artes, & philoſophiam cum bonis moribus doctiſsimi viri perpetuò

fra-

tradunt. Quorum primum *Montanum* noſtrum, à ſecundo Gymnaſiarcha D. *Gerardo* de monte denominatur: Alterum Gymnaſium à Laurētio Groningēſe, ſecūdo etiā Regēte, Laurentianum vocatur. Eius alumni doctrinam Alberti *Magni* ſequūtur, ſicut Montani doctrinam S. Thomæ Aquinatis: vnde vulgo hos quidem Thomiſtas, illos Albertiſtas appellant. Tertium olim Cucanum dicebatur, hodie Nouum coronarum Gymnaſium appellatur, ad differentiam veteris Coronarum collegij Iuriſconſultorum, in quo nouo coronarum gymnaſio nunc Patres de *So*cietate Ieſu profitentur. Habet quoque artium facultas egregiam domum in platea D. Gereonis, pro infirmis ſtudioſis atque magiſtris, quæ Rubra porta dicitur. Præterea magnifica Coloniæ ſchola trilinguis extat, apud cænobium Dominicanorum, quæ vulgo artium ſchola vocatur, vbi tres linguæ ſacrę, Latina, Gręca, Hebraica, ingenuæ artes, hiſtorię, & mathematicæ diſciplinæ publico ſalario traduntur. Medica facultas aliquandiu incultior fuit, iam verò in ſignibus Doctoribus effloreſcit, & ſcolæ artium contigua eſt. Antiquum etenim verbum eſt, Vbi Phyſicus deſinit, ibi Medicus incipit.

Brumali tēpore circa Feſtū S. Luciæ quodlubeticæ quæſtiones in eadem Artium ſchola exercentur, vbi tunc diuerſæ ex omni ſcientiarū genere materiæ & facetiæ proponūtur.

His Gymnaſijs aliæ peculiares domus

pro tenuioribus ſtudioſis, nup
Domus Rurænundenſis, Dom
mendatoris Ruſſenbergij apud L
domus domini Decani Ioannis S
mus Domini Decani Conradi or
tanos.&c.

Schola Theologorum vtitu
ex conceſsione Reuerēdi & Illu
Metropolitici,cui contigua eſt:I
à præſtantiſsimis Theologis tra
vtramque Theologiam pertine

In eadam quoque liberaliu
Philoſophiæ, Medicinæ atq; Iu
vel alterius Licentiati per Pro
Vniuerſitatis promouentur.

Collegium Coronarum apu
norum Monaſterium ſitum, du
domos, duaque ampliſsima aud
plectitur: alterum Iuris Canoni
que, alterum Ciuilis & Cæſarei
bus & exercitationibus attributu
logicæ enim & vtriuſque Iuris
blicæ & priuatæ exercitationes h
ingentem ſtudioſis vtilitatem
Quibus Dictator,Fiſcus,atque S
legæ preſident: qui iuniores reci
lis diſputationum materias aſsig
Ii in theſes digeſtas, & typis excu
unt. Theologi duplices Baccalau
biblicos & Sententiarum,ſiue fo
formes. Iuriſconſultorum Baccal
ſolennem Diſputationem,quę R

catur, duplex examen ſubire coguntur: priuatum coram ordinarijs profeſſoribus, & publicum coram toto duodecemuirorum celeberrimo collegio, in Capitulo Reuerendi & inſignis Capituli *S.* Andreæ, quòd pluribus horis durat. Nam duas materias, hora 6. matutina ſibi aſsignatas, hora 4. pomeridiana, velut ex tempore, cum textu, & gloſsis, ampliationibus & limitationibus, dubitandi decidendiq́ue rationibus exactiſsimè explicare tenentur, & Dominorum Doctorum obiectionibus reſpondere oportet.

Hoc examine finito, examinatus cum ſuo præſentante & aſsiſtente in cubiculum vicinum ſecedit, Decanus ſuffragia ſingulorum Dominorum Doctorum ſuper admiſsione exquirit.

Si admittitur, ſtatim præſentatio fit, procancellario ad Gradum licentiæ impartiendum.

Iuris Canonici vel Ciuilis Doctores Coloniæ raro promouentur, niſi ætate, Doctrina, prudentia, rerum vſu præſtantiſsimi. Ideoq́ue apud omnes vicinos plurimum ijs tribuitur, & grauioribus de rebus, à Regibus, Principibus, rebuſpublicis, conſuluntur. Cum tanta ſolénitate Doctoralis pileus rubeus imponitur, vt totam vrbem in admirationem rapiat, & vix alibi ſimilis cæremonia conſpiciatur.

Cum equitatu exornatiſsimo, inſtructoq́ue clariſsimo comitatu, Amicos & conuiuas per vrbem inuitant, & ſplendido Theatro in

Æde Metropolitica, heroicè promouentur, inde, Deo gratijs actis, ſalutatiſque tribus Regibus, ad epulum Doctorale honorificentiſſimè procedunt.

Quæ de gymnaſijs dicta ſunt, paulò altius repetenda videntur. Ex annalibus ergo facultatis artium atque vniuerſitatis perſpicitur.

Quod Coloniæ Agrippinæ diuerſa Collegia ſtudiorum erecta fuerint, quæ Burſæ vocabantur. Inter quæ antiquiſsimum fuiſſe videtur, Burſa Magiſtri Andreæ à Verdena, & M. Arnoldi à Klottingen. Cuius mentio fit lib. 1. annalium facultatis artium. anno 1416. Quæ Burſa adhuc durauit Anno 1445. vt lib. 2. annalium videre eſt. Ioannes Cuſtodius Attendarienſis, M. Pariſien. anno 1419. inſcriptus, aperuit Gymnaſium, quod ab illius ſucceſſore Cornelio Dordracenſi, poſtea Cornelianum dictum fuit. Sed hoc regimen continuatum fuit vſq; ad annum 1522. tunc interijt. Henricus Gorchemenſis anno 1420. Doctor in Theologia promotus, & in Rectorem Vniuerſitatis electus fuit, Hic ſcholam, poſt à Gerardo de Monte, Montanam dictam, aperuit. Etſi non eodem loco quo nunc eſt. Nam è regione templi Machabæorum habitaſſe dicitur.

Laurentiani. Laurentiani Gymnaſij primus moderator fuit Ioannes Hulshalt Mechlinienſis, Anno *1426*. promotus Magiſter. Hunc in regimine ſecutus eſt, Laurentius Groningenſis, à quo Gym-

Gymnaſium nomen retinuit. Laurentius in exercitio collegam habuit *M.* Ioannē Kuick, qui anno *1450.* à Laurentio ſecedens nouam ſcholam, Cucanam ab ipſo dictam, aperuit, in platea S. Maximini.

Sed iſta ſcola propter Velſij Hagani hæreſin anno Dom. 1556. fundationibus ad Gymnaſium Montanum & Laurentianum tranſlatis, clauſa eſt, non diu poſt, DD. Ioannes Rhetius Colonienſis, Henricus Dionyſius Neomagenſis, & Franciſcus Coſterus Mechlinienſis, Societatis Ieſu Theologi, qui Roma Coloniam venerant, ad nouam ſcholam ibi aperiendam admiſsi ſunt. Nouamque Coronarum vocarunt. Quod iam ad S. Agatiam, in platea S. Marcelli, plurimum floret.

Montani Gymnaſij primus moderator fuit Henricus Gorrichimenſis, Magiſter Pariſienſis Lutetia Pariſiorum huc veniens, anno 1419.

Eius in regimine collega & ſucceſſor, Gerardus Ther Stege, à monte Domini, à quo nomen Gymnaſium retinuit. Ille Magiſtros artium promouit, quanquam Magiſter noſter & Sacrę Theologię profeſſor erat. Cumque aliquam diu gubernaſſet, Lambertum à Monte Domini, ex ſorore nepotem, collegam aſſumpſit, & moriens ſucceſſorem reliquit, anno 1480.

Lambertus ille ædes Collegij, quas cōductas tantum habuerat, coemere, & propries facere cœpit. Nam domos diuerſas in hunc finem

comparauit, Groſſen Walde anno Dom. 1469. Neuwen Walde / Alten Walde anno 1498. denique anno 1499. paruam domum in anguſto vico, per D. Valentinum Engelhart. Fuerunt D. Lamberto in regimine varij collegæ, qui etiam Burſam non parum rebus & bonis ſuis auxerunt. Nempe Ego à Driel, emit ſibi domum, dictam ad Agnum, eamque Gymnaſio legauit.

Eberhardus à VVeſalia, Iacobus Scleger, Valentinus ab Engelhart à Gelterſhem, Lãberti Collegæ diligentiſsimi extiterunt. Quorum poſtremus, Valentinus, alijs domibus à Lamberto acceptis, adiecit, dictam ad Turrim, & omnes alias ædes, vna cum hac, in Gymnaſij perpetuum vſum conſecrauit, anno 1504. ſubiectis conditionibus. Primò, vt in eo doctrina S. Thomæ Aquinatis traderetur. Tum, vt liberum ſibi ſit, quoad vixerit, per ſe, vel per alium res Collegij adminiſtrare. Deinde, vt non ſibi modo, ſed etiam ſucceſſoribus ſuis Regentibus, libera perpetuo maneat facultas, in teſtamento ſucceſſorem & moderatorem, non quemcunque, ſed ad regendum aptum, & idoneum atque in Collegio promotum nominandi. Quartò vt poſſit ad arbitrium ſuum tam ipſe, quam ſucceſſor Magiſtros & Lectores, quoties res Gymnaſij poſtulet, & aſſumere, & iterum amouere. Quintò, Si contingat Regentem vel ſine teſtamento, aut nullo ſucceſſore deſignato, vel inepto ad regendum nominato, mori, eo

caſu

caſu adminiſtratio ad ſeniorem pro tempore Magiſtrum & lectorem qualificatum deuolueretur. Sextò, Si quando Regens vel prauis moribus, & vita, vel diſciplina nimis diſſoluta, vel ſimili quapiam ratione, collegium infamet, per Priorem Prædicatorum, conſilio & auxilio, vel Facultatis artium, vel Rectoris vniuerſitatis, amoueri, & alium ſubſtitui. Septimò, Ne Regens ædes Burſæ pro vlla re alicui oppignoret, ſed liberet potiùs, & ſarta tecta conſeruet, & tueatur. Poſtremò, Si inter Regentem, & magiſtros, vel pauperes ſtudioſos lis aliqua oriatur, illa auctoritate Domini Prioris Prędicatorum dirimitur. Copia huius fundationis, eiuſdemque approbatio tam per facultatem artium, quam Vniuerſitatem habetur lib. *1.* copiarum. Idem ille Valentinus anno 1516. fundauit elegans hoſpitale in patria ſua Gelterſſem: & voluit; Si fundatio ita in omnibus clauſulis ſuis non obſeruetur, tunc Collegio Montano in ſtudioſorum ſuſtentationem cederet. Quam fundationem Epiſcopus & Capitulum Herbipolenſe approbarunt, & ſe defenſuros promiſerunt. Valentinus moriens Matthiæ Cremerio Aquenſi executionem ſui teſtamenti cõmiſit, atque etiam ſucceſſorem in regimine reliquit. Qui me ad matriculã Collegij Montani aſſcripſit.

Hic moriens Gerardum Matthiſium Geldrienſem ſucceſſorem dedit. Cuius Collegæ fuerunt plurimi egregij & doctiſsimi viri,

Ioannes Habichorſtius Monaſterienſis, Gerardus Huttingius Dottekemenſis, Ioannes Vuchtius, Hermannus Fabritius, Marcus Tylanus, Hermannus Fleius Svvertenſis, Iacobus Middendorpius Tranſiſulanus, Qui cum anno *1564.* propter acerrimam peſtem tunc Coloniæ graſſantem, clauſiſſet Gymnaſium, & aperuiſſet iterum, propter altiora ſtudia, & publica negotia ex Gymnaſio diſceſsit, alijs peritioribus lampada tradens. D. Gerardus Matthiſius Gymnaſij ſucceſſorem deputauerat, D. Iacobum Burskenium, fratrem ſuum vterimum, ſacræ Theologiæ Licent. Canonicum in collegiata Eccleſia S. Andreæ, adhuc ſuperſtitem. Qui in D. Hermannum Fleium Svvertenſem, Sacræ Theologiæ Doctorem, & apud S. Vrſulam Canonicum, atque ad D. Cunibertum Decanum tranſtulit.

Ideoque Gymnaſij cura propter illius quoque occupationes & valetudinem peruenit ad Reuerendum & eximium virum, Dominum Gualterũ Xylandrum, Sacræ Theologiæ Doctorem, & Profeſſorem publicum, ad S. Andream Canonicum, & Gymnaſij Regentem vigilantiſsimum. Quem Deus in iſto munere ad ſui nominis gloriam, & animæ ipſius ſalutem, Gymnaſijque incolumitatem diu conſeruet. Multæ enim præclaræ fundationes ſuperioribus annis illo Regente Gymnaſio Montano acceſſerunt, & Gymnaſium ipſum pulchrè iam floret.

Gymnaſiorum iſtorum Præfecti, Regen-

tes nuncupantur;penes quos eſt auctoritas recipiendi profeſſores, admittendi diſcipulos, ordinandi ſtudia, ipſumq́; Gymnaſium cum conſilio Seniorum gubernandi. Si omnium Gymnaſiorum & Collegiorum fundationes, origenes progreſsiones incrementa, & viros Illuſtres ac ſcriptis claros huius Academię recenſere vellem, charta & tempus deficerent.

Memoratu dignũ eſt: quod de Nicaſio de Voerda narrat, Ioannes Trithemius de ſcriptoribus eccleſiaſticis, & Tho. Bozius lib. 22. de ſignis Eccleſiæ. Nicaſius de Voerda Mechlinienſis, natione Teutonicus, patria Brabantinus, captus à tertio ætatis ſuæ anno oculis, & ob id elemẽtorum quoq; omniũ naturaliter penitus ignarus, velut grãde miraculũ, ſecundum noſtra tẽpeſtate Didymũ Alexãdrinum exhibuit; dũ in omni doctrina & ſcientia tam diuina quã humana eruditiſsimus euaſit. Nam in Gymnaſio Colonienſi, vbi & mortuus eſt, iura publicè docuit: libros vtriuſq; iuris quos nunquam vidit, auditu didicit; tenuit mente, apertè recitauit. In Vniuerſitate Louanienſi gradum magiſterij in artibus primo ſuſcepit, ſcholas poſtea aliquanto tẽpore in Mechlinia rexit: deinde ad Louaniũ reuerſus, in S. Theol. Licentiatus conſtituitur, & ſingulari diſpenſatione apoſtolica ſacerdos ordinatur, prædicat publicè, audit confeſsiones, ad altare miniſtrat, Euangelium cœcus coram omnibus (mente vtens pro libro) recitat: tantùm ad altare diuina per ſe non celebrat.

Poſtre-

Poſtremo in Colonienſi Academia omnium Doctorum conſenſu Doctor Canonici Iuris factus eſt, & Legum quoque imperialium cautus interpres, edidit celeberrimum opus, quod in eadem vniuerſitate Colonienſi multis excipientibus extraordinariè legit. Moritur Coloniæ in maiori eccleſia ſepultus ſub Friderico 3. Imperatore, anno *1491. 17.* Calēd. Septemb.

Quod exemplum Coeci plures ingenioſi viri imitari cœperunt, vt in Philoſophia, in Iure, & in Theologia, coniunctiſsimis ſtudijs magni euaderent, & honores pileoſque ſcholaſticos cum laude conſequerentur, editiſq; libris clarerent.

Et ego illorum omnium minimus in tribus iſtis facultatibus, promotus, pluribus annis publicè profeſſus fui: vtinam tanto cum fructu, quanto labore & fide.

Habetque ea vrbs tria pariter excellentiſſima ornamenta; clerum, Academiam, & Senatum. Clerus ante has bellorum Clades, & diuturnas difficultates ornatiſsimus & florētiſsimus erat: ſiue pietatem, & mores, ſiue tēplorum multitudinem, amplitudinemque, ſiue Nobilitatem generis, doctrinam, opes, conſideres. Æde Metropolitica nullum in tota Germania Collegium, nobilius atque illuſtrius habetur. vbi ſummæ tantum Nobilitatis, Regum, Ducum, & Principum, Comitum, Baronumq; filij recipiuntur, prȩter octo presbyteros Canonicos, qui Sacræ Theolo-

giæ,

giæ, vel Iuris Doctores aut Licentiati ſunt: vt non modò Eccleſiam ſuam rectè gubernare poſsint, verumetiam Archiepiſcopo, cuius conſiliarij naturales, & viſcera ſunt, in conſeruanda Catholica religione, & adminiſtranda Republica vſui & auxilio eſſe queant. Sunt & alia ſeptem celeberrima canonicorum Collegia, D. Gereonis, Seuerini, Cuniberti, Andreæ, SS. Apoſtolorum, Mariæ ad gradus, & Georgij: nam S. Vrſulæ, & Mariæ in Capitolio atque Cecilię collegiũ, illuſtres & nobiles virgines cũ aliquot Canonicis poſsident.

Ad hæc 19. Parochiæ ſunt, plurimæque virorum & ſacrarum virginum cœnobia, atque domus pro viduis & pijs mulieribus conſecratæ. De pretioſiſsimis SS. martyrum reliquijs, ampliſsimiſque ſacris, atque templis nihil in præſens volo dicere, cùm ea res peculiare opus requirat.

Archiepiſcopus Colonienſis S. Rom. Imperij Princeps Elector, ac per Italiam Archicancellarius, VVeſtphaliæ, Angariæque dux eſt, qui cum ob prouincię amplitudinem omnibus rebus, quæ ad religionem & diuinum cultum politiamque ſpectant, per ſeſe vacare non poſsit, in Pontificalibus vicarium ſiue ſuffraganeum accepit, Epiſcopum Cyrenenſem. Qui iuri dicundo præſertim eccleſiaſticis Archiepiſcopi nomine præeſt, Officialis dicitur. In cuius conſiſtorio propter cauſarum multitudinem varij Iuris & iuſtitiæ

mini-

miniſtri habentur, quorum alij ius dicunt, alij cauſis patrocinantur, nonnulli tabelliones & ſcribæ ſunt, quidam etiam nuntij & promotores. Qui vt odium atque inuidiam ante iudicium deponerent, veræ iuſtitiæ & extremi iudicij ac propriæ ſalutis admonerentur, in Metropolitana Eccleſia ad altare S. Nicolai certa quædam ſacra fundata fuerunt, quæ Officialis iudex, cæteriqueaſſeſſores, & miniſtri antequam ad aulam progrederentur, audirent. Academia etiam celeberrima & florentiſsima eſt, & in omni doctrinarum genere viris præſtantiſsimis abundat. Ex qua Theologi, paſtores, animarum & corporum Medici, prudentiſsimi Iuriſconſulti pro Cancellarijs, Conſiliarijs, Iudicibus, Scabiuis, Magiſtratibus, & officiorum publicorum Præfectis, Philoſophi, Muſici, Mathematici, vicinis prouincijs, cum maximo earum fructu ſuppeditantur. Ideoque Colonienſem Academiam Summi Pontifices, & Imperatores, atque Reges & Principes præ cæteris Academijs Germaniæ ſemper honorarunt.

Leo 10. Pontifex Maximus tam hanc Colonienſem quam ipſius Filiam Louanienſem Academiam agri dominici pijſsimam glorioſiſsimamque cultricem appellabat. Ingolſtadienſes publico ſcripto Coloniam ſtudiorum parentem dixerunt. D. Cardinalis Hoſius apertè fatetur, Coloniæ Agryppinæ potiſsimum deberi quod reliqua ad

Rhe-

Rhenum Germaniæ pars à Catholica religione non defecerit: cùm in hanc velut Cynoſuram omnes intueantur. A. Philippo II. Rege Catholico, ex Hiſpanijs in Belgium Dux Albanus miſſus, anno 1569. edicto publico, ſubditos Regis, è Belgio Coloniam ſtudiorum cauſa proficiſci vetuit: ſed ſolidis argumentis informatus, quòd hoc Colonienſi Academia, tam præclarè de tota Eccleſia Dei merita indignum, ipſique Belgio pernitioſiſsimum futurum eſſet, acquieuit.

Ad Rempublicam ipſam quod attinet: pulcherrima, ornatiſsima, ampliſsimaque Germaniæ vrbs, ad Rhenum nobiliſsimum flumen ſita, Vbiorũ ſedes, & Inferiores Germanię Metropolis vocatur. Sex Conſules habet, ampliſsimos & prudẽtiſsimos viros, quorum bini, per vices, integro anno magiſtratũ gerũt Suntque hoc tempore Conſules, quos veteri Romanorum more faſces ſequũtur, Marcus Beyweg/ & Ioannes Lyßkirchẽ. Duo proximè futuri Conſules, iam Quęſtores ſunt: Ioannes Hardenradius, & Arnoldus à Segen. Reliqui duo proconſules Hildebrandus Suderman/ & Gerardus Angelmecher/ circa feſtum Natiuitatis Ioannis Baptiſtæ, faſces ex conſuetudine inueterata depoſuerunt. Quatuor ex illis Vniuerſitatis prouiſores ſunt. Senatus ampliſsimus ex grauiſsimis Iuriſconſultis, ex viris Nobilibus, & egregijs atque prudentibus conſtat. Nihilominus tres Syndicos vtriusq; Iuris, & maximarum artium

doctri-

doctrina, & rerum vſu clariſsimos dignis ſtipendijs alunt, quorum conſilio & opera domi & foris, vtantur. Sunt autem illi nunc domini collegę, & amici mei Guilielmus Hackſteinius, Adamus Hulſius, & Ioãnes Kroneburgius, ordinarij in vtroq; Iure profeſſores. Olim apud priſcos in paganiſmo Romanos ad arã eius Dei, in cuius templo Senatus habebatur, ſinguli patres pro bono conſilio & felici euentu prius ſupplicabant, vt in Academia Romana demonſtraui. coloniæ ante curiam ſacellum eſt B. *Mariæ* virginis (vbi aliquando ſynagoga Iudęorum fuit) in quo Senatores antequam ſenatum ingrediantur ferè ſacrum audiunt, & Deum orant, vt ſalutaria conſilia ipſis aſpiret, eorum conatibus adſit, ſepoſitisque affectibus eò ſtudia & cogitationes dirigat, vt tranquillam florentem rempublicã ad poſteros ſuos tranſmittant. Quod omnino ſperandum eſt, ſi Maiorum ſuorum virtutes, & prudentiam æmulari, & Sanctorum trium Regum pietatem, ſynceritate religionis, S. Vrſulæ, & vndecim millium virginum, atque SS. Machabæorum, quorũ corpora gremio ſuo complectitur, martyrio dignam puritatem, vitæ & morum honeſtate imitari perrexerit.

Tres illæ coronæ; vera religio, ſapientia, & iuſtitia, ſiue Clerus, Academia & Senatus Coloniam vniuerſo orbi celeberrimam reddiderunt. Funiculus iſte triplex, dum cohærent, difficulter rumpetur.

Quæ

Quæ tria Matthias Quadus nuper lib. 4. cap. 29. Geographicarum enarrationum, ſimul expreſſit: Coloniæ Agrippinæ prima forma (quemadmodum & vrbis Romanæ) quadrata fuit: cuius adhuc muri, turres, ac foſſæ pleriſque in locis videntur. Ac deinde anno 1180. amplificata, multa cœnobia, templa, atque ſuburbia, quæ extra mœnia poſita erant, ambitu ſuo comprehendit, vt à primordio penitus mutata, ſemilunaris eius nunc facies appareat. Splendore & elegantia ſumma eſt, validiſsimis & arcuatis cingitur muris. Qui oportunas ad defenſionem turres 83. in circuitu colligunt. Duplici foſſa, vtrinque muro veſtita; lata, atque præcipite, multarum arborum vmbra, & proceritate amœna cingitur: quæ iucundam obambulatiunculæ meditationibus & ſtudijs commoditatem ęſtiuo tempore præbet. Intra mœnia, paſsim amœna conſpiciuntur loca: quæ pomi, vineæ, aliæque fructiferæ arbores venuſtè conueſtiunt. Pręclaris etiam ac magnificis ædificijs tam pietati, quam priuatorum hominum neceſsitati paratis, pulcherrimè nitet. Ac primùm quidem (vt à religione exordiar) eſt maximum fanum, re ac nomine ſummum, ex lapide viuo, admirabili arte elaboratum, D. Petro dicatum, Cui ſi extrema artificum eſſet addita manus, nullum omnino vniuerſæ Germaniæ templum, elegantia & magnitudine non ſuperaret, meritoq; inter ſtupenda Europæ annumerandum veniret: intus multorum Prin-

cipum, Epiſcoporum, & Ducum, ex cupro & alabaſtro tymbis, atque adeò trium Magorum, itē Felicis, Naboris, & Gregorij corporibus illuſtratur. Quid de perpolito ac nitido Machabæorum templo; de *11.* millium Virginum baſilica referam? quarum ſacratiſsimo ſanguine irrigata, imò verò ſanctificata, hiſtoriarum documētis perhibetur Colonia, vt venerari eam magis, quam commendare quiſpiam poſsit. Reliquarum ſacrarum ædium, & monaſteriorum permagnus eſt numerus. Plebanica cenſentur templa nouendecim: Collegiata decem: Virorum Cœnobia quindecim: Virginum, quarum octo velatas habent, Viginti duo: Monialium & vetularum conuentus quinquaginta nouem: Sacella triginta: Loca item alia miſericordiæ & pietati conſecrata, plurima Colonia habet. Xenodochia duo. Noſocomia, in quibus rerum neceſſariarum abundantia, ſumma pietatis officia egenis præſtantur, duo. Gerontrophia octo. Brephotraphium vnum, mente priuatorum ergaſtulum vnum. Prætoriæ ædes hanc vrbem mirificè ornāt, quæ magna cum delectatione ſpectantium, præcelſam & rari operis turrim oſtentant, ex quadratis & formatis ad regulam ſaxis, venuſtè erectam, quæ artificioſiſsimis ſtatuarum ſignis circumquaque decoratur, quorum ſuprema ſummo tamen in loco poſita infimorum proportioni tam aptè reſpondent, vt omnes eiuſdem magnitudinis

tudinis eſſe videantur. Speculares in apice habet feneſtras, per quas viſus in omnes Ciuitatis partes panditur. Ante annos aliquot hilarula, & concinna meniana, ſingulari artificum induſtria fornicata, eximio mirificoque opere conſtructa, quæ columnis quindecim politè ſectis, ambulacrum tecto clauſum ſuſtentant, magnis Reip. ſumptibus, non parum ornatus prætoriæ domui acceſsit. Ex oppoſito ſacellum, vbi quondam Iudæorum Synagoga fuit, quod anno ſalutis 1426. D. Virgini nuncupatum, Hieroſolima dicitur: in quo tabula tanto artificio facta conſpicitur, vt eam excellentes pictores ſumma cum voluptate contueantur. Ab ea parte qua ſolis exortum curia ſpectat, Antiqui fori latus, ambulacrum aptum ex cãdido lapide, cum artificioſo horarum indice, exornat. Forum hoc præſtantiſsimis ædificijs vndique cinctum, frequentiſsimo populi conuentu hebdomadatim ter nundinis frequentatur. Iuxta eſt Fœnarium multò magnificentius & ipſum pulcherrimarum ædium ordine decenter circundatum.

Vrbis plateę latę, amplis directę ſpatijs, magnis ſunt ſtratæ lapidibus, & pulcherrimis ædificijs nitent. Huius porrò vrbis politia florentem Reipublicæ Romanæ gubernationem apprimè refert. Etenim ſi Conſulum, Proconſulum, Cenſorum, Tribunorum, Vigilum, Quæſtorum, annonæ

præfectorũ dignitatem conſideres: ſi rectum & inflexibilem iuſtitiæ baculum, faſcium loco vti vulgo exiſtimatur, receptum: ſi Tribuum ordines, ſi ciuilem Senatorum auctoritatem; ſi denique Captolium inſtar Romani ædificatum obſerues; quaſi effigiem & viuum quoddam ſimulacrum Romanæ vrbis, hanc Agrippinenſem videbis rempub. vt non immeritò notiuo quodam iure Romanorum dicatur. Præſtantiſsima etiam antiquitatis monumenta ipſa paſsim vrbe, inueniuntur. Eſt & hic optimarum quarumq́ue diſciplinarum vniuerſitas Anno Chriſti 1388. ab ampliſsimo Senatu inſtituta, primarum facultatum, artium, alijsq́ue inſuper Collegijs ad ſtudioſorum ſubleuandam inopiam, ab optimis viris fundatis. Ornatiſsima, ex hac Louanienſis pari dignitate filia, Anno 1426. prodijt.

De priuilegijs quæ Summi Pontifices, Imperatores, Reges, & Principes Colonienſi Academiæ indulſerunt quædam vlteriùs addere debui.

Vrbanus ergo VI. vt ante dictũ eſt, ad laudem Diuini nominis, & fidei Chriſtianæ propagationem, ac commodum non ſolum Ciuitatis Colon. ſed etiam regionum Circumiacentium incolarum profectum conſenſit, vt Coloniæ haberetur ſtudium generale ad inſtar Pariſienſis, tam in Theologiæ & Iuris Canonici, quàm alia quauis licita facultate. Quodq́ue ſtudentes & legentes in eodem, omnibus priuilegijs libertatibus & immunitatibus

bus conceſsis Magiſtris in Theologia, ac Doctoribus legentibus & commorantibus in dicto ſtudio Pariſienſi, gaudeant. Quodque ſtudioſi Coloniæ ſtudiorum ſuorum præmia, & magiſterij & Doctoratus honoré poſſunt adipiſci, per magiſtrum vel magiſtros aut Doctorem vel Doctores, illius facultatis, in qua ſtuduerunt. *Præpoſito* Eccleſiæ Colonien. qui pro tempore fuerit, vel ab eo deputato Vicario ſufficienti & idoneo, vel qui vacante præpoſitura per Capitulum deputatus fuerit, præſententur. Idemque Præpoſitus vel Vicarius deputatus Magiſtris & Doctoribus in eadem facultate actu regentibus conuocatis illos ſic præſentatos, in his quæ circa promouédos ad *Magiſterij* vel Doctoratus honorem requiruntur, iuxta modum & conſuetudinem, quæ ſuper talibus in generalibus ſtudijs obſeruatur, obſeruatis, examinare ſtudeat diligenter, ijsq; ſi idonei reperti fuerint, huiuſmodi licétiam tribuat, & magiſterij vel Doctoratus honorem conferat & largiatur. Illi verò qui in hoc ſtudio Colonien. examinati & approbati fuerint, ac docendi Licentiam & honorem obtinuerint, abſque examine & approbatione alia, legendi & docendi tam in Ciuitate Colon. quam in ſingulis alijs generalibus ſtudijs, in quibus voluerint legere ac docere, ſtatutis & conſuetudinibus quibuſcunque apoſtolica auctoritate, vel quacunque firmitate alia roboratis, non obſtantibus, plenam & liberam habeant facultatem.

tem. Datum Peruſij, *12* Calend. *I*unij, Pontificatus ſui anno vndecimo. Bonifacius.9, priuilegium dedit quod ſtudentibus vel legentibus in vniuerſitate Colonien. in quacunque facultate licita, beneſiciorum eccleſiaſticorum fructus, prouentus, reditus, reddi debeant, quàm diu ſtudio literarum inſtiterint. Datũ Romæ apud *S*.Petrum 5.*I*dus Nouemb. Pontificatus. anno.1.

Et alia Bulla iſtius Priuilegij perpetuos conſeruatores & executores deputauit, *A*bbatem *S*. Martini Colo. & S. Saluatoris Traiecten: ac *S*. Pauli Leodien. Decanos, eodem anno & die. *P*eculiariter ijsdem executoribus facultatem & mandatum dedit, priuilegia Legentium, & ſtudentium Colo: defendendi, contra quoscunque eorumque iniureatores, moleſtatores, oppreſſores, auctoritate Apoſtolica compeſcãt: Eodẽ anno & die. & quòd Vniuerſitatis Rectores in cauſis magiſtrorum, Doctorum, Scholarium & ſtationariorum ſuorum mandata vbique exequi poſsint, non obſtante priuilegio, quod aliqui Principes ſe habere aſſerebant, quod in ipſorum territorijs nullæ literæ apoſtolicæ executioni demandari poſſent, absque ſua examinatione, approbatione & vidimus. Romæ III. Nonas Nouembris, Pontificatus anno *4*.

Rectori quoq; & prouiſoribus vniuerſitatis perpetuo duraturũ priuilegium conceſsit: quod

quod ſemper Rector atq; Prouiſores viginti perſonas eccleſiaſticas quæcunque beneficia eccleſiaſtica obtinentes, eligere,& nominare poſsint, quibus per decennium leges ciuiles audire, & poſtquam Doctoratus honorem perceperint, regere & quoſcunque actus eccleſiaſticos exercere liceat, & permittatur. Romæ x. Calend. Septemb. Pontificatus anno. 5.

Eiſdem Rectori & Prouiſoribus alio priuilegio poteſtatem dedit, in Collegiatis Eccleſijs vnam perſonam idoneam, & ibi in aliqua facultate promotam, ad Canonicatum & præbendam nominandi, qui per dictos conſeruatores & executores collationem, & poſſeſsionem ſtatim conſequantur: quæ bulla Indultum de prima gratia vocatur. Romæ XVI. Calend. April. Pontificatus anno 5. Quam bullam Bonifacij, Eugenius. 4. confirmauit, ampliauit, & alteram adhuc præbendam adiecit, quæ de 2. gratia appellatur. Bohemiæ anno Incarnationis Dominicæ 1437. die 5. Iunij, Pontificatus anno 7.

Eam bullam ſuper præbendis de 2. gratia Nicolaus V. anno Incarnationis dominicæ 1451. die. 9. Calend. Iunij, Pontificatus anno. 5.

Et anno 1453. Idib. Mart. Pontificatus anno 7. confirmauit quidem, ſed alium conferendi modum induxit, qui adhuc obſeruatur.

Datis conſeruatoribus & executoribus, Leodienſi, Bonnẽſi, & S. Caſtoris Confluentiæ Decanis. Ne per aliquas preces hæ nominationes & prouiſiones impediantur, ſanxit Alexander Papa anno Incarnartionis dominicę 1492. die 12 Calend. Decemb. Pontificatus anno I. Per quæ apoſtolica Indulta, multi pij & doctiſsimi viri promoti fuerunt, qui non tantum in Ciuitate, & diocæſi Colonienſi, ſed vicinis etiam prouincijs eccleſiæ & republicæ plurimùm profuerunt.

Tertiam Gratiam addidit Paulus IV. an. 1558. ad triennium duraturam; ſed ſequentes Pontifices hactenus eam prorogando continuarunt; Conſeruatoribus & executoribus, conſtitutis, Abbate S. Martini, Decano S. Pauli Leodien. Priore Dominicanorum Inquiſitore apoſtolico. Aquenſi, S. Florini Confluentino Leodienſi, & Treuirenſi Decanis. Acceperant enim Summi Pontifices; nec tam ampla quàm profeſſorum labor & dignitas poſtulabat; nec tam multa, vt, pręlectionum numerus requirebat, ſalaria conſtituta eſſe : ideo per iſtam viam huic difficultati nonnihil obuiam ire voluerunt. Ne deeſſent viris doctis præmia, & profeſsionis ſolatia, Iulius II. indulſit, quòd Rector Vniuerſitatis dignitate & honore in quibuſcunque ſtationibus, proceſsionibus, ſeſsionibus omnibus prælatis & perſonis quacunque dignitate ſuffultis, præterquam apoſtolicæ ſedis legatis, & Archiepiſ. Coloniẽſi, ex conſuetudine pręſcripta

præ-

præferri deberet. Deinde vt idem Rector alijs conſeruatoribus ſupremus Conſeruator Iurium & priuilegiorum vniuerſitatis adiunctus eſſet: Doctoribus quoque & magiſtris ac ſtudioſis Ius ipſe in quibuſcunque etiã Ciuilibus cauſis, in quibus ordinaria potiretur Iuriſdictione, ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu & forma Iudicij, Ius diceret, & latas ſententias & decreta per cenſuras eccleſiaſticas, & alia Iuris remedia exequeretur.

Et Doctores atq; ſcholares, coram Rectore iuri ſtare volentes, extra Ciuitatem Colonienſem à nullis alijs Iudicibus, quauis auctoritate fungentibus, inuiti, euocari & trahi non poſsint.

Imo liceat Rectori cauſas eorum, in quacunque inſtantia actu pendentes, ab alijs auocare; illas ſummariè & de plano determinare contradictoreſque per cenſuras, & pœnas Iuris coercere.

Ac tempore peſtis, vel alia iuſta de cauſa Doctores & ſcholares extra Ciuitatem proficiſcentes iiſdem priuilegijs gaudeant, & eo loco quo conceſſerint, facultas artiũ, etiam extra tempora ſtatuta ſuos ad gradum baccalaureatus examinare, & recipere poſsit. *Romę*, anno incarnationis *1507*. *Sept*. *Idus Ianuar*. *Pon*tificatus ann. 5.

Fredericus Imperator omnes & ſingulos ex quacunque mundi parte, ſtudiorum cauſa Coloniam adeuntes, & redeuntes, cum familia & bonis ſub Regalem protectionem &

 tui-

tuitionem ſuſcipiendos nullaque de cauſa in itinere ſuo impediendos, arreſtandos, ab omni ſolutione pedagij, thelonij, ſeu talliæ, aut exactionis genere, immunes eſſe debere, ſub grauibus pœnis ſanciuit: & executionem Archiepiſcopo Colonien. Brabantiæque & Geldriæ ac Iuliæ Ducibus demandauit. Francfordiæ 4. Auguſti, anno *1442*. Regni ſui 3.

Carolus Dux Geldriæ hoc priuilegium, peculiari diplomate confirmauit, ſuiſque ſatrapis, telonarijs & miniſtris mandauit, vt Doctoribus & ſtudioſis Colonienſibus, amicis ſuis, auxilio & conſilio eſſent, vt cum rebus & bonis liberè ſine vllo telonio, faciliùs per ſuas prouincias tranſirent, pro ſe, & hæredibus ſuis, anno *1514*. die *25*. *S*eptemb.

Ijs autem priuilegijs ex Decreto perpetuo nemo fruitur, niſi ad matriculam Vniuerſitatis à Rectore aſſcriptus, & verè literis operam dederit.

Etſi prolixior fui, contrahendaque vela eſſent: noui tamen Collegij Theologici, fauore Reuendi Domni Ioannis à Svvolgen, IV. Doctoris Metropolitanę Eccleſiæ Canonici, Presbiteri, & ad *S*. Andream Decani anno *1578*. potiſsimùm erecti, obliuiſci non debeo.

NOVI

NOVI THEOLOGI COL-LEGII LEGES ET CON-ſtitutiones.

DE COLLEGIO.

I.

COLLEGIVM iſtud Theologicum, Mag. D. Rectoris ac eximiorum D. Theologorum fauore & auctoritate, eum potiſsimum in finem inſtitutum erit, vt Dei Opt. Max. gloriam, totiusque Eccleſiæ vtilitatem, digniſsimè curet.

2. Ac ſedulam proinde, operam dabit, vt, quod inſcitia quorundam, vitaque non ſatis probata, varijs in locis, hactenus perditũ fuit, ſacroſanctis Theologicis ſtudijs, aucto Profeſſorũ ac Studioſorum numero: gratia adſpirante diuina, cura, diligentia atque labore, reſtituatur.

3. Ordinariã diſputationem, de omnibus ijs quæ in controuerſiam nunc paſsim vocãtur, hebdomadatim iuuabit atque ornabit, quibuſcunque modis ac rationibus poterit.

4. Omni cogitatione & cura in id diligenter incumbet, vt ſcriptores Eccleſiaſtici, qui in Bibliothecis abditi latent, ad communẽ vtilitatem, venuſtiſsimis literarum notis committantur, & qui publici ſunt, politiùs, emendatiuſque edantur.

5. Commendatam ſibi vnicè habebit hæreſum, & ſectarum diuerſitate nefariè diſſectam, vtramque, æquè ſibi vicinã, Germaniam,

am, ſeduloque curabit, vt difficillimis hiſce temporibus, eorum quaſi Seminarium exiſtat, qui erudita pietate Achilles, & inuictos, pro Domo Domini Athlantes, ſe præbeant.

6. Religionem orthodoxam ſanctiſsime tuendam arbitrabitur, & pro ea, tanquam aris, focisque ſcripto, & ſermone conſtanter decertabit.

7. Diligentiſsimam pauperum eorum, qui Collegio nuncupati, ac proinde domeſtici ſunt, curam habebit, horum ſtudia, piosque conatus, modis omnibus in Chriſto promouebit atque ſolabitur: horum nullum inopiâ, & ęgeſtate premi concedet, ſed ſingulis, tanquam charis filijs tempore, loco, ac modo conuenienti, pro facultatibus ſuis, probè proſpiciet.

8. Etſi autem rarò ſit tam fœlix ſocietas (quemadmodum D. Auguſt. varijs ſcripturæ exemplis confirmat) in qua non reperiantur quandoque mali, nullum tamen Collegium feret, de quo locus ille Pauli. *1.* Cor. *5.* intelligi queat: Si quis frater nominatur &c. hoc eſt, cuius inhoneſta, famoſa, ac ſcandaloſa vita, aut ſuſpecta vel non approbata doctrina populo Chriſtiano, & Eccleſiæ Dei noxia eſſe queat.

9. Quicunque Collegio nomen dederint, ſub iuramento eius vtilitatem dignitatemque procurabunt, eiuſdemque ſecreta, iuramenti ſimiliter religione, non reuelabunt.

10. Quia verò, omnis virtus vnita ſibi maior

ior eſt ſeipſa diffuſa, nulla ratione expediet, vt exercitia vlla Theologica, puta, diſputationes, aut ſublimiores prælectiones alibi, quàm in publico iſto Collegio, & in ſchola huic Facultati deſtinata, admittantur, ne, vt plurimum fit, ex diuerſitate, aut turbæ, aut diſſentiones, aut etiam ſchiſmata tandum aliquando pertimeſcenda veniant.

11. Nullus etiam poſt hac Theologicæ Facultatis ſtatuto, ad vllum promotionis gradum admittetur, aut, ſi promotus ante fuerit, Baccalaureus habebitur, niſi qui Collegio nomen adſcripſerit, eiuſque ſimul onera tulerit.

12. Conceſſum inſuper à Doctoribus Theologis, vt pro Licentiæ gradu conſequendo, quater extra conſueta Collegij exercitia reſpondeatur, ad Beccalaureatum autem vtrunque obtinendum factis in Collegio reſponſionibus, ſatis factum fuerit.

13. Etſi verò ſaluberrimus Almæ Vniuerſitatis noſtræ Colonienſis legibus prudentiſsimè à maioribus cautum ſit, ne quidpiam, ad Theologiam maximè ſpectans, ab aliquo, in publica literarum monumenta referatur, quod ante ab eximijs M. N. diſcuſſum, approbatumque non fuerit, vt proinde nunc alijs idipſum conſtitutionibus cauere, ſuperuacaneum appareat. Vtile tamen, imo neceſſarium eſſe conſtat, vt ſcripturienti hoc ſæculo, accuratiſsimè obſeruetur: ne alicui Collegarũ liceat, quacunque etiam de re quidpiam edere, in quo promotionis Theologicæ titulum, nomini

nomini ſuo apponere ſtatuat, niſi id primum à Doctoribus Theologis, tum à Collegio cõceſſum, approbatumque fuerit.

14. Extraneis deniqne à Collegio nundum receptis (Theologicas etiamſi ſint promotiones adepti) quamdiu ad Licentiæ dignitatem euecti non fuerint, omnis ſit, vel minimum quidpiam ſcribendi, edendiue poteſtas ablata, quod aut Baccalaurei, aut Licentiandi titulo, illuſtrare cupiant. Cum ij, ex præcedenti capite, Promotorũ loco, nullatenus habeantur. Quòd ſi autem tales, Titulo Theologicæ Promotionis ſuppreſſe, hoc tempore, quo Librorum faciendorum nullus eſt finis, edere aliquid velint, liberum ipſis relinquitur, vt ingentia typographorum prælis volumina tradant, dummodo adulterina religione contaminata non fuerint, & lucem ferre queant.

DE DICTATORE, FISCO SEV Quæſtore & Senioribus.

I.

DIctatorem deſignandi poteſtas, penes Doctores Theologos, Quæſtorem autem, & Seniores eligendi facultas, penes collegas, erit.

2. Dictatori, Quæſtori, & Senioribus, omnis ſit commiſſa poteſtas admittendi quempiam ad Collegium, vel ex eodem remouendi: decernendi quidpiam in ſingulis eiuſdem cauſis, eius leges, & conſuetudines interpretandi. Quod ſi autem diſparia inter Collegas

vota

vota oborta fuerint, Dictatori integra controuerſias dirimendi auctoritas eſto.

3. Aequitas autem poſtulat, vt omnes in vniuerſum Collegæ, honorem ac reuerentiam Dictatori exhibeant: Quippe qui Collegij Præſes per iuniorem Collegam conuentus aget, proponet, accuſabit, veniam concedet, vota colliget, errata inſcribet, omniaque vt ſecũdum leges & conſuetudines fiant, curabit.

4. Quæſtor, Collegij cauſas, apud Dictatorem & Seniores, aut, ſi grauior incidat cauſas, & ſi Dictatori quoque viſum fuerit, apud Rectorem, aut Decanum, ſi in forum cõtentioſum non cadant, defendet: Mulctas, &, ſi quid alioqui Collegio debebitur, diligenter exiget: Pecuniam publicam in Collegij & ſcholæ vſum fideliter cuſtodiet: Accepti denique, & expenſi rationem Dictatori, & Senioribus ſingulis quatuor anni temporibus reddet.

5. Dictatorẽ aut Quæſtorẽ ſi aut valetudinis, aut negotiorum cauſa abeſſe contingat, illius quidẽ officiũ Baccalaureorum Senior obibit. Huius verò loco, Collegarũ aliquis ſubſtituetur.

DE COLLEGIS

I.

IN nouam hanc Theologicorum exercitiorum officinam, præter promotos Baccalaureos, quibus huius Collegij cura potiſſimũ demandata eſt, hi etiam admittentur Collegæ S. Theologicæ Licentiati, Artium Magiſtri, aut Licentiati, & viri Religioſi etiamſi promoti nõ fuerint.

Ita

2. Ita tamen, vt tam promoti, quam non
promoti Collegæ, editam in Concilio Tri-
1. dentino fidei profeſsionem, manus ſtipulati-
one coram D. Decano confirment: Tum, vt
decretis, & conſtitutionibus Collegij, & in
2 quibuſcunque eorum nomine, exortis con-
trouerſijs Superiorum cenſurę atque iudicio
ſe acquieturos, promittant. Tertio, vt duas
3 marcas rotatas, Collegij Fiſco pro inſcriptio-
ne perſoluant.

3. Dum Collegarum aliquis ad altiores dignitatum gradus euehitur, decens planè eſt, vt ſinguli Actum præſentia, habitu honeſto, & alia, ſi qua poſſunt, ratione, libenter decorent.

4. Si Collegarum aliquis in Licentiatum promotus fuerit, &iam porrò manere in Collegio velit, ab omnibus eius legibus liber erit, niſi quod ad Conuentus vocatus, lege conſtituta, veniet.

5. Collegij legibus nemo ſoluetur, niſi publica reſponſione, vel per ſe, vel per alium, debita cum gratiarum actione, prius Collegio renuntiet, & omne æs alienum perſoluat.

6. Quòd ſi Collegarum aliquem mori contingat, rationi Chriſtianæque pietati conſentaneum erit, vt omnes decenti habitu in funus prodeant, ſimul etiam in iugi Miſſarum ſacrificio, in quo Defunctus precibus Deo commendabitur, ſatis maturè, in adornatis Collegio ſubſellijs, compereant.

DE

DE DISPVTATIONIBVS.

I.

DIctator & Queſtor operam dabunt, vt diſputationibus interſint: quod ſi autem euidentiſsimis impediantur negotijs, quò minus adeſſe poſsint, pridie ante diſputationem ijs catalogum mittent, qui ipſorum, pro conſuetudine Collegij, vices ſuſtinebunt.

2. Feria ſexta, aut cæteris, quibus diſputabitur, diebus, *R*eſpondens cum opponente in puncto horæ octauę, cæteri verò Collegæ, ſtatim hora nona ſcholæ intererunt, neque ante diſcedent, quàm Collegarum vltimus, circa vndecimam, argumentum ſuum propoſuerit. Niſi fortè eiuſmodi facultas ipſi à Dictatore conceſſa ſit. Is namque & eam dare poteſt, & ab hoc, ſi quando opus erit, per ſchedulam propria manu ſcriptam, petere oportebit.

3. Nullius, cuius læſa valetudo, &, qui ex vrbe non fuerit, à diſputationibus ſe abſentandi excuſatio, tertio ex ordine admittetur.

4. Quicunque ſerius veniendi facultatem conſequuti fuerint, ſtatim atque acceſſerint, Dictatori, Quæſtori, aut primo Baccalaureo ſeſe exhibebunt, & Collegarum deinde ſubſellia occupabunt.

5. Catalogo lecto, iubente Dictatore, materiæ diſtribuentur, ac vnicuique pagina ex ordine porrigetur.

6. Diſtributione facta, omnes ſubſellia, pro

dignitate, & promotione ſibi deſtinata, modeſtè capient.

7. Nulli liceat, prius ab altero propoſitum argumentum vrgere, quàm ille ipſe, qui diſputat, ab inſtantia deſiſtat, aut alter ex Theologorũ mandato argumentari incipiat. Quod ſi tum fortè duo ſimul incipiant proponere, taceant omnes Dictatori, Baccalaureus Licentiato, Magiſter Baccalaureo, & in vnoquoque gradu, iunior ſeniori.

8. Vndecima hora audita, ſurgentibus eximijs M. N. finis diſputationibus imponetur.

9. In publicis diſputationibus, pro earum rerum, quæ in ijs tractantur, dignitate, ſilentium, modeſtiaq; ſeruanda, nec argumenta, vel argumentari incipiens, anteriore obiectione, anteuertendus.

10. Reſpondens, ſeptimana præcedenti, impreſſas, aut ſcriptas theſes ſuas, prius tamen à R. D. Decano viſas, & approbatas, Collegis diſtribuet. Reſpondedi autem, & opponendi ordo, ex Catalogo Dictatoris petetur, in quo inſcriptionis ordo inter Collegas ſeruabitur.

11. Reſpondens locum, & ſedem Præſidis vacantiarum occupabit: Breuiſsimam autem exegeſin, vt maior temporis pars diſputationibus tribuatur, præmittet.

12. Cuicunque diſputationis materia aſſignata, etiamſi ex improuiſo profectio, vel aliud quoduis impedimentum incidat, nihilo tamen minus, ſi non ipſe ſaltem alterius opera, reſpondendi muneri ſatisfaciet.

S

13. Si quis Theſium diſtributionem, aut reſponſionem, ſuo ordine intermiſerit, qui eum in Catalogo ſequitur, reſpondebit, modò præcedēti feria ſexta, ſignificatum ipſi fuerit.

14. Cui reſpondendi munus demandatum eſt, theſes præcedenti ſeptimana Collegis exhibebit.

15. In theſibus collocandis ita laborandum, vt acri iudicio omnes controuerſiæ deligantur, his deinde eæ materiæ ſubiungantur, quæ ad mores emendandos, & conſcientiarum caſus pertinere videbuntur.

16. Prior in diſputando opponens erit, qui proximè reſpondit: eum Collegæ ordine in ſcholis vſitato ſubſequentur.

17. In opponendo diligenter cauebunt Collegæ, ne quid extraneum, alienum, & παρεργον adferant, ſed omnia ita propoſito accommodent, vt cauſæ iugulus petant.

18. Extraneis, peregrinis, & non inſcriptis, omnis diſputādi poteſtas, penitus ſit adēpta.

19. Feria Sexta, feſtum Natiuitatis Domini proximè præcedente, abſolutis diſputationibus, eędem vſque in Feriam ſextam Feſtum Circumciſionis Domini proximè ſequentem ſuſpendentur. Quòd ſi pridie, vel poſtridie Feriæ ſextæ, vel in ipſam feriam ſextam Natiuitatis feſtū indicat, diſputatio vel aliquot dies anticipabitur, vel in ſequentem ſeptimanam differetur. Per totam Hebdomadam ſanctam, & Paſchatis, à Diſputationibus ſuperſedebitur. Feria ſexta aut die ſequenti poſt

octauam Paſchatis, rurſus, diſpudandi gratia, ad Collegium venietur.

20. Si aliâs ſummum aliquod Feſtum, aut aliud legitimum impedimentum in Feriam Sextam inciderit, eo quidem die diſputatio intermittetur, ſed die ſequenti aut præcedente, pro temporis oportunitate, hora in diſputationibus conſueta, ad Collegium redibitur.

DE CONVENTIBVS.

I.

DIctator conuentionum, per iuniorem Collegam indicendarum, facultatem habebit.

2. Indictis conuentionibus, hora à Dictatore deſignata, omnes Collegæ, ſub pœna in abſentes conſtituta, intererunt, ni ſe legitimè excuſauerint.

3. Ipſo die martis poſt quatuor anni tempora, hora ſecunda pomeridiana, ad conſtitutum à Dictatore locum, Collegæ conuenient: ibi tum mulctæ publicè legentur: eorum qui ſe iniuria notatos exiſtimabunt, cauſæ, à Dictatore & Senioribus audientur. Si quid controuerſiæ inter Collegas exortum fuerit, dirimetur, omniaque ea tractabuntur, quæ ad pacem, vtilitatemque Collegij pertinere videbuntur.

4. Promoti Licentiati Collegæ, non alijs Collegij legibus, quàm vt ad Conuentus vocati veniant, conſtringentur.

DE

DE MVLCTIS.

I.

QVi à diſputationibus citra veniam abeunt, trium alborum pœnam incurrent, vnius verò, ſi aut lectis nominibus venerint, aut, ſi abſque Dictatoris venia, ante, quàm Collegarum vltimus argumentum proponat, diſceſſerint.

2. Quicunque, niſi graui de cauſa, ſæpius, quàm bis cōtinenter, & immediatè ſe excuſauerint, aut iniquam, nec Dictatori probatam, abſentiæ cauſam adduxerint, duorum alborum mulcta notabuntur.

3. Si qui ſerius veniendi facultatem conſequuti fuerint, & ad ſcholæ Diſputationes accedentes, quinto, de diſputationibus, capiti non ſatisfecerint, abſentium loco habebuntur.

4. Qui Theſium diſtributione facta, deſtinata ſibi ſubſellia non occupabunt, vel cum alijs Auditoribus non Collegis ſteterint, quatuor albos luent.

5. Si quis ſine iuſta cauſa, aut non impetrata à Dictatore venia, Collegarum promotioni, habitu, & loco decenti non interfuerit, duorum alborum mulctam perſoluet.

6. Si quis præcedentis argumento nondum ſoluto, antequàm ipſum ordo contingat, impudentius ad diſputandum ſeſe ingeſſerit, arbitraria à Dictatore mulcta punietur.

7. A Collegij Conuentionibus, ſine venia, aut excuſatione probabili abſentibus, trium

alborum rotatorum: poſt horam verò à Dictatore præfixam, ſerius venientibus vnius albi rotati pœna imponetur.

8. Duos vltra menſes extra ciuitatem profecturus, omnia prius debita Collegio perſoluet: quod ni faciat, ad principale debitum, partẽ tertiã, mulctæ loco, adhibere cogetur.

9. Quòd ſi quiſpiam ſuo tempore, vel per ſe, vel per alium reſponſionem planè intermittat, is aureũ in auro ob negligentiam luet.

10. Si quiſpiam, ob præcedentis, in Collegarum ordine, abſentiam, Theſes diſtribuere, & Diſputationi præeſſe cogatur, idque monitus, intermittat, eandem cum præcedente mulctam, perſoluet.

11. Qui minorem, in theſium diſtributione, paginarum numerum attulerit, quàm præſentibus Doctoribus Theologis, atque Collegis ſufficiat, is, pro qualibet pagina, album Quæſtori pendet.

12. Quòd ſi verò is, qui lege conſtituta, prior opponet, argumẽtis paratus, inſtructusque nõ fuerit, ſex alborum rotatorũ: illi autem, qui hũc ex ordine ſubſequẽtes pari negligẽtia acceſſerint, quatuor alborũ pœnam incurrẽt.

13. Secreta Collegij ſi quis reuelauerit, vnius aurei pœnam incurret.

14. Qui Dictatori pertinaciter contradixerit, ei trium alborum mulcta conſtituta erit: qui autem verbis, aut factis iniuriam fecerit, is quatuor marcarum pœnam ſuſtinebit.

15. A die, quo mulctæ lectæ ſunt, ſolutionem

nem ad menſem differenti mulcta, duplicabitur: Ad alia verò quetuor tempora protrahenti, triplicabitur, & cum hac pœnæ accretione, principale debitum connumerabitur.

16. Quicunque extranei & non inſcripti, qui ad diſputandum ſe fortè ingeſſerint, argumentum aſſumet, is dimidiato dalero mulctabitur. Si quis verò peruicax, hac contẽpta pœna, cum extraneis diſputationibus miſcere publicè inſtituat, arbitraria in eum à Dictatore mulcta animaduertendum, & diſputatio demum omnis interrumpenda erit.

17. Qui ad Collegæ funus, ad Miſſam etiam eam, quæ pro ſalute Defuncti, ex more & cõſuetudine Eccleſiæ, inſtituetur, non venerint, duorum alborum rotatorum: Poſt decantatum verò introitum ſerius venientes, vnius albi rotati iacturam ſentient. Illi etiam, qui Collegio adornata ſubſellia non occupabũt, abſentium loco habebuntur.

5. Omnes illa pecunia, quæ ex his mulctis colligetur, non in alium quàm in pium, & Eccleſiæ vtilem vſum, conuertetur.

AD COLLEGAS SACRAE THEologiæ Candidatos, De S. Diſputationum capitibus.

SYnopſis hęc locorum Theologicorum, doctiſsimi & humaniſsimi Collegæ, vniuerſam futurarum diſputationum materiam & ſeriem exhibet. Hanc legibus adiunctam proponimus: quod ita &

Theologiæ profeſſoribus videretur, & plerique candidati expeterent. Secuti ſumus in ea plurimum D. Thomam Aquinatem, cuius Theologiam tribus partibus tractatam diffuſè, ad certas claſſes & capita redigimus. Nam quando omnes, qui ad veram eruditionis frugem aſpirant, vnum ſibi ſtudiorum ducem eligere debent, à quo & tyrones prima rudimenta percipiant, & exercitati prope toti pendeant: in noſtra Theologia nullum offendimus, cuius labores tam ſolidè traditos, aut accuratè digeſtos, ſcholis inſuper tam accõmodatos & receptos, doctorum hominum iudicio probare potuerimus. Quanquam ſic eum nobis propoſuimus, vt neque omnia, neque ſola, quæ apud ipſum ſunt, exprimamus. Pleraque capita ne attingimus quidem: non quòd ad ſcientiam perficiendam non pertineant, ſed quod vel ex Philoſophis repeti poſſint, vel in Theologia nihil controuerſum offerant. Quædam fuſius ab ipſo diſputata, ſub vno capite complexi ſumus, vt fertilior eſſet diſputationis campus, & ex multis vtiliora ſeligi queant. Nonnulla verò capita etiam adiecimus, ab ipſo vel tenuiter & preſsè nimis, pro iſtius ſeculi more tractata, vel prorſus omiſſa: quòd nullos tunc inuenirent, qui ijs contradicerent. Habet enim quodlibet ſeculum certas in doctrina offenſiones, quæ efficiunt, vt Theologia ſemper nouarum diſputationum varietate non modo amplificetur, ſed & quaſi nouam formam ſuſcipiat.

Quod

Quod cum apud Clementem Alexādrinum, Origenem, Auguſtinum, Damaſcenum, Lombardum videre ſit: quid mirum hanc ætatem, tot erroribus fœcundam, noua ſemper doctrinæ capita excutienda non tantum offerre, ſed & ingerere? Quanquam & in hac re modum tenuimus, vt quicquid vel in fidei ſententijs hæretici conuellunt, & in ſcholæ opinionibus diſputant Shcolaſtici, id omne intra bienniū, & priuato ſtudio percurri, & in publicam diſputationem produci poſsit. Qua in re ne quid prætermittatur, fecerint Collegæ operæ precium, ſi methodicam rationem cùm in tractandis ſtudijs, tū in formandis theſibus quam poſſunt accuratè ſibi ſequendam proponant. Quod ſanè difficilè non erit vel paruo ſtudio ex D. Thoma perficere. Equidem vt fiat vtile futurum, ne elabatur quicquam, cuius cognitio Candidatis fructuoſa eſſe poſsit: ne dicam neceſſarium ad Theologiæ ſcientiam abſoluendam. Huc verò eorum ſtudia, qui nomini ſuo reſpondere cupiunt, referenda, non eſt quiſquam qui ambigat, niſi qui artificem ſe fore ſperet, cum totam artis ideam animo complexus non ſit.

SYNOPSIS LOCORVM Theologicorum, in certas Claſſes Diſtributa.

PRIMA CLASSIS.

De Theologiæ principijs.

DE S. Theologia, ſeu verbo Dei.
De Scripturæ Canone & auctoritate.
De Scripturæ interpretatione & verſione.
De Traditionibus Apoſtolicis.
De Eccleſia & eius auctoritate.
De Eccleſiæ ex certis notis agnitione.
De Concilijs, & eorum decretis.
De Monarchia D. Petri, & vno Eccleſiæ principe.
De Romano Pontifice, eius auctoritate & decretis.
De Orthodoxis Doctoribus Chriſtianæ Eccleſiæ & ſcholæ.
De Philoſophia ſeu ſapientia humana.

SECVNDA CLASSIS.

De Deo.

DE diuinæ naturæ attributis, agnitione & nominibus.
De Scientia & præſcientia Dei.
De voluntate & potentia Dei.
De Prædeſtinatione & reprobatione.
De Trinitatis myſterio vniuersè.
De Perſonis Patre, Filio, Spiritu ſigillatim.

TERTIA CLASSIS.

De Homine.

De

DE Spiritibus, ſeu Angelis bonis & malis.
De Mundo & rebus corporeis.
De Hominis opificio, eiusq́; anima & corpore.
De Homine integro & iuſtitia originis.
De Homine lapſo & peccato originis.
De Prouidentia Dei & gubernatione hominis.
De Beatitudine hominis & eius obtinendæ mediјs.

QVARTA CLASSIS.

De Iuſtitia.

DE Voluntate hominis & libero arbitrio.
De Actionibus humanis, affectibus & virtutibus ante gratiam.
De Peccati natura, formis, cauſis, effectis.
De Lege, & maximè Moſaica.
De Euangelio.
De Gratia.
De Iuſtificatione hominis.
De Iuſtitia imputata & inhærente.
De Iuſtitiæ Certitudine & perſeuerantia.
De Officio hominis iuſti ſeu bonis operibus.
De Merito bonorum operum.
De Fide & eius profeſsione,
De his quæ cum fide pugnant, Impietate, hæreſi, ſuperſtitione.
De Spe, itemq́; deſperatione & præſumptione.
De Oratione & Inuocatione.
De Abſtinentia in ieiunio & caſtitate.
De Charitate & eius officijs in Eleemoſynis & correptione fraterna.
De his quæ Charitatē offendunt, odio, ſcandalo, &c.
De Contractibus humanis.

De

De Iudicijs.
De Magiſtratu & politia ciuili.
De Vita Oeconomica.
De Libertate Chriſtiana.

QVINTA CLASSIS.

De Chriſto.

DE Oeconomia Verbi in Incarnatione.
De Chriſto Mediatore Dei & hominum.
De D. Virgine Chriſti matre.
De Vita, doctrina, miraculis Chriſti.
De Chriſti in paſsione & morte ſubmiſsione.
De Chriſti per reſurrectionem & Aſcenſionem exaltatione.

SEXTA CLASSIS.

De Sacramentis.

DE Sacramentis Eccleſiæ Catholicæ.
De Baptiſmo & pædobaptiſmo.
De Circumciſione & baptiſmo Ioannis.
De Confirmatione.
De Euchariſtia ſeu Cœna Domini.
De veritate corporis & ſanguinis in Sacramento.
De conuerſione panis & vini, & Euchariſtiæ cultu.
De Miſſæ ſacrificio ſeu corporis Chriſti oblatione.
De Communione Euchariſtiæ.
De Pœnitentia & contritione.
De Confeſsione Sacramentali.
De Satisfactione.
De Clauibus & abſolutione.
De Excommunicatione.
De Indulgentijs.

De

De Extrema vnctione.
De Vocatione miniſtrorum.
De Ordinatione & ordinibus miniſtrorum.
De Matrimonio.
De Polygamia & diuortio.

CLASSIS SEPTIMA.

De Cerimonijs.

DE Cerimonijs Eccleſiaſticis.
De varijs Sacramentorum ritibus.
De Conſecratione rerum certarum vſitata.
De Monaſtico inſtituto & votis.
De Continentia Eccleſiaſticorum.
De Templis & eorum ornatu.
De Imaginibus ſacris.
De Canonicis ſeu horarijs precibus & Cantionibus Eccleſiaſticis.
De Ferijs Chriſtianis.
De Ieiunijs Eccleſiaſticis.

VLTIMA CLASSIS.

De Conſummatione.

DE Morte & Sepultura.
De Purgatorio & mortuorum ſuffragijs.
De Sanctorum cultu & interceſsione.
De Antichriſto & mundi fine.
De Reſurrectione mortuorum.
De Iudicio extremo.
De Vita æterna & præmijs bonorum.
De inferno & pœnis malorum.

AD COLLEGAS CARMEN paræneticum.

Quàm

QVàm pia conducant noſtris collegia rebus,
Gens diuum Solymi religioſa docent.
Huc venerè viri cunctis ex partibus orbis,
Viribus hîc æquis incubuêre libris.
Hic tu, qui tauri geſtas inſignia vultus,
Cum Stepano multos diſſeruiſſe canis.
Quin canis vt Chriſtus doctores ſederit inter,
Annus ab vndecimo cùm fuit alter ei.
Propoſuiße doces puerum miranda magiſtris,
Sollicitos animis magna putaſſe ſenes.
Mos erat & magno Synagogas viſere Paulo,
Mos intrare ſcholas patribus æquus erat.
Horum nos igitur legimus veſtigia bellè,
Nulla, quibus fauſtis, non mihi fauſta putem.
Quod fuit ante diu cæca caligine merſum
Emicat in varios dum ruit arte modos.
Nil adeò tenebris mixtum, ſic luminis expers,
Quòd, ſi diſceptes, non magis igne micet.
Abdita naturæ claris oſtenderit aſtris,
Quem iuuet in totos cædere verba dies.
Mens eſt quæ rerum veſtigat condita, menti
Cœptum, qui crebro diſputat, æquat iter
Si nobis igitur mens eſt obducta tenebris,
Huc ſimul vnanimes tendere vela iuuet.
Hos ego qui ſtudio dant fundamenta priores,
Ad clarum tollam laudibus vſque polum.
Incumbamus in paribus conatibus omnes,
Ardentes ſtudio, nos manet altus honor.
Moliri iuuet hoc ſtudium, ſubducite mentes
Sollicitas aliјs rebus adeſte pares.
Miremur patres, ſtrepitum miremur eorum,
Qui cupiunt actæ rumpere vela ratis.

QVAE-

QVAESTIO THEOLOGICA IN PRIMA COLLEGII THEOLOGICI COLONIENſis Inauguratione, anno Salutis M.D.LXXVIII. Iulij XII. diſputata.

An Theologia ſit ſcientiarum omnium præſtantiſsima?

Alij quidẽ per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, Alij autem ſermo ſcientia ſecundum eundem ſpiritum. 1. Cor. 12.
Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores & Doctores, &c. Epheſ. 4.

I.

VERAM ſcientiæ appellationẽ Theologicæ facultati tribuimus, quia firma ac ſtabilis earum rerum perceptio, & compræhenſio eſt, quæ è certis conſtantibusque principijs, manifeſta connexione nectuntur.

2. Quia verò ſciẽtiarum dignitas atque pręſtantia, ex obiecto, circa quod eius præcipuè verſatur tractatio, ex fine ſimiliter, cuius vel cognoſcendi, vel conſequẽdi gratia omni in eo labor ſuſcipitur, peruulgata eruditorum ſententia æſtimari ſoleat: Theologicæ autẽ facultatis propoſitũ ſit, & ſubiecta materia. Diuinæ eſſẽtiæ proprietates, cõditiões, vires, atque naturã, quateus humana id mẽte concipi poteſt, eo potiſsimũ fine indagare, vt obiecto ſuo

ſuo per intellectum tandem aliquando fruatur, Euidentiſsime conſtat, Sacroſanctam hanc Theologicam ſcientiam, Dominam & Reginam cæterarum omnium merito exiſtimandam

3. Etſi autẽ præcipuus Theologicæ ſcientiæ finis ſit, & quaſi vnicus, in quem Theologum collimare decet, ſcopus exiſtat, naturæ diuinæ cognitio & contemplatio, per Dei potentias, virtutes, proprietatesq́ue explicata, De rebus tamen à Deo creatis, de virtutum actionibus, ac moribus, de Legibus, de Sacramentis, & cæteris ad propoſitũ ſibi finẽ peropportunis medijs, copioſè etiam diſſerit.

4. Ex quibus hanc nõ incommodam Theologicæ ſcientiæ definitionem conflari poſſe exiſtimamus. THEOLOGIA eſt, de Deo rebusq́ue diuinis, & ab eo conditis, quatenus ad ſummam hominis felicitatem referuntur, & mente humana aſſequi poſſunt, certiſsima cognitio.

5. Quamuis autẽ ſacris admonentibus literis, Theologo maximè incumbat, ita de diuina eſſentia atque potentia cognitionem inueſtigare, ne ſcientiã hãc ſuã otioſam, & torpentem habitum, eſſe permittat, qui nullam charitatis operationem exerceat, ſed eam ad mores benè formandos, & ad præſtantiſsimarum virtutum exercitia conferat: Non tamen idcirco, Theologiam Practicam eſſe ſcientiarum profitemur.

6. Quin potius, quia omnes Chriſtianorum ſtudio-

ſtudioſæ actiones, labores, ærumnæ & qualeſcunque etiam difficultates, ea potiſsimum intentione ſuſcipiuntur, vt vltimum finem, ſummum bonum, Deum ipſum, hoc eſt, vitam æternam tandem aliquando conſequantur. Vita autem æterna, Veritate ipſa docente, hæc ſit, vt Deum ſolum, &, quem ad nos miſit Ieſum, dilectum Filium ſuum cognoſcamus. Hęc autē cognitio mente, ratione, intellectu, qui contemplationis ſedes eſt, perficiatur. Ea propter Theologicam ſcientiam non tam practicam, quàm contemplatricem eſſe putamus.

*P*orrò ſi quis hanc Academiam à Pariſienſi Matre, & Louanienſi, Duacenſi, cæteriſq; ue clariſsimis filijs commendare voluerit, nſinitam materiam illeeſt habiturus.

Quibus ergo alij ab amœnitate loci, vrbis frequentia, commoditate victus, hoſpiciorum & gymnaſiorū copia, à diuino cultu, cæremonijs ſacris, bonarumq; literarumq; linguarum, artium, omniumq; diſciplinarū gloria, à bibliothecis & typographijs ſuas Academias prædicant; ijs omnibus ornamentis hæc Colonienſis redundat. Vbi ſalubris aer, fertilis ager, iucunda rura facilis victus, cōmertiorum vbertas, inter vtramque Germaniam ſuperiorem & inferiorem media Colonia vtramq; linguam, & varios Germanorum dialectus, exoticarum linguarum cognitionem, & infinita ornamenta alumnis ſuis liberaliter ſuppeditat.

BASILEENSIS.

QVemadmodum ſcriptores de aliarum quarundam Academiarum, ſic de huius etiam erectione variè loquuntur: omnem tamen illam controuerſiam Pij PP.II. fundatoris epiſtola mihi dirimere videtur: Dudùm, cùm nos minor ſtatus haberet, par multorum annorum curricula, quibus grato incolatu in inclyta ciuitate Baſileenſi potiti fuimus, per euidentiam cognouimus, quòd ciuitas ipſa vberrima ac in partibus illis ſalubritate aeris, ex quibuſlibet vtilitatibus præelecta, necnon ad multiplicanda doctrinæ ſemina germinaque ſalubria producenda, apta & accommoda exiſteret. Proptereà nos, poſtquam ad ſummi apoſtolatus apicem prouecti ſumus, deſiderantes ciuitatem prædictam, ac illi adiacentem patriam, diuini muneris largitate conceſſa, inextinguibili ſapientiæ lumine illuſtrari, eaſque ſanis peritorum conſilijs & maturitate fulciri: generale ſtudium in eadem ciuitate ſtatuimus & ordinauim⁹ inchoandũ, & tã in ſacra pagina, & vtroq; iure, quàm alia quauis licita facultate perpetuis tẽporib⁹ vigere. Datum Mantuæ anno Dominicæ incarnationis, *1459.* pridie Calendarum Ianuarij: Pontificatus noſtri anno ſecundo. Nec inſtituit ſolùm hãc Academiam, & confirmauit Pius Pontifex Maximus: ſed ijſdem quoque priuilegijs honorauit, quibus Bononienſis, Coloniẽſis, Viennẽſis, cæteræq; in Germania

Vniuerſitates exornatę erãt. Quod verò aliqui in annũ Domini 1490. alij in annũ 1489. eius principiũ reijciunt, hoc non tã de illius exordio, quàm de inſtauratione atque augmento accipiendum eſt. Ioannes de Lapide, inquit, Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, doctrinam eorum Pariſiẽſium, qui Reales vocantur, primus ad Baſileẽſium Vniuerſitatem tranſtulit, ibidemque plantauit, roborauit, & auxit. Sub Maximiliano 1. & Adriano 6. anno Dom. 1494.

Chriſtianus Vrſtiſius in ſua epitome hiſtoriæ Baſileenſis, cùm Pij II. diploma commemoraſſet, ſubiungit:

Et quidem Academiam hanc ad exemplar Bononienſis eiſdem prorſus priuilegijs immunitatibusque perfrui voluit. Et Epiſcopum Baſileenſem Academiæ Cancellarium deſignauit. Cui, feſto Diui Ambroſij Anno 1560. in Maioris Eccleſiæ Choro, ſacris ſolennius paulo celebratis, Io. à Berenfels Conſul, in conſpectu totius cleri, Pontificale diploma exhibuit, vtque rei inſtituendæ fauorem & auxilium adderet, rogauit. Qui cùm aſſenſum prębuiſſet, Petrum Andelaum Canonum Doctorem, & Præpoſitum Baſileenſem primum deſignauit Rectorem, lætiſsimis pſalmodijs cantionibusque inauguratum, cùm mandato huic ſibi in inſtituenda ſchola laborem ſumẽdi. atque hic cum Senatu Baſileenſi, qui Academicos in tutelam ſinumque ſuum confouendo ſuſceperat, ampliſque immunitatibus

donarat, certis conuenit capitibus. Ne qui ſub ſtudioſorum ſpecie ſubingreſsi, alias fraudes nectere, cæteri que animi cultus gratia hîc cōmorantes tranquillè pacificeq; cum ciuibus agere poſſent. Eiuſdemque induſtria quatuor facultatum Theologicæ, Iuris, Medicinæ, & Philoſophiæ Decuriones deſignati ſunt. Profeſsiones præterea inſtitutæ, & leges paulatim conditę fuerunt.

Deligitur ſingulis annis ex procerum numero Rector, totius ſcholæ caput & anteceſſor. Qui præter dignitatis ſuæ peculiaria, munia, qualia ſunt gymnaſij commodis inuigilare, nomina in album recipere, fidem exigere, & in diſponendis definiendiſque diuerſis rebus conſilia tria agit. Quibus publica priuataque negotia ſingularum facultatum & totius Academiæ pertractantur.

Profeſsiones quatuor ſunt: Theologia, Ius, Medicina, artes. Quarum quęlibet ſuum preſidem conſiliumque habet; cui ſui ordinis rerum adminiſtrandarum plena poteſtas eſt: quęlibet item peculiarem Fiſcum atque Sigillum habet.

Qui ex triuialibus ludis (quorum tres ſunt) ad publica auditoria transferuntur, hi cæteris ſtudioſis ſpectantibus examine præmiſſo, ritibus quibuſdam Academiæ ſacris initiātur. Ligneis enim aſcijs, dolabris, terebris, forficibus, & neſcio quibus alijs inſtrumentis, acciduntur, dedolantur, tentantur, tonduntur, cornua item capitibus admota amputantur,

ijſque

ijsque cæremonijs à Maioribus acceptis admonentur, vt morum aſperitate relicta, ad elegantiam vitæque decus aſpirent, aures præceptoribus non obſeratas, ſed patulas atque ſitientes habeant, ante barbam, eruditionem conſequantur, cornibus, quæ ſcioli plerumque erigere ſolent, miſsis. Atque id rudimentorum poſitionem vocant. Quem ſingulæ facultates modum docendi obſeruent, quibus claſsibus qui auctores, quę exercitia proponãtur, ibi fuſi⁹ receſſet. In Medica profeſsione lectores publici duo ſunt, quorũ alter Theoriam alter, praxim tradit, humaniq́ue corporis anatomen ſubinde inſtituunt; & bis quotannis rei herbariæ cognoſcendæ gratia eos in proximos montes deducunt, diſputationibus denique ex ordine menſtruis exercent.

Iuriſcõſultorum Schola profeſsiones tres habet. Pandectarum, Codicis, & Inſtitutionũ. Theologica totidem, veteris & noui Teſtamenti, & linguæ ſacræ In quibus ſingulis ferè hebdomadibus diſputationes fiunt.

Et in omni ferè artium atque linguarum genere prę ſtantiſsimos viros floruiſſe declarat, & eorum epitaphia atque monumenta deſcribit. Inſigneſq́ue ibi bibliothecas exiſtere affirmat, antiquis & recentibus manuq́ue Scriptis Grę cis & Latinis codicibus refertas.

Quinetiam excuſoriam & Typographicã artem, cuius inuentio Ioanni Guntenbergh Argẽtinenſi circum annum 1440. aſcribitur, & Moguntinos primùm docuiſſe fertur, præ-

ſertim chartaceam Baſileæ per Gallitiones, ex Gallitia oriundos Hiſpanos mirificè auctã & propagatam ait, circa annum Dom. 1470. Et præſtantiores Baſileenſes Typographos, cæterosque rei literariæ adminiſtros recenſet.

Nec prætermiſit quo ordine, loco & modo Baſileenſes in deſignandis Magiſtratibus conſilijsque publicis vtantur.

DILLINGANA.

HAnc Academiam Otto Truchſeſſeus, Cardinalis Auguſtanus, Germaniæque protector, pro ſuo ſingulari erga religionem Catholicã & bonas artes amore, maximis ſumptibus erexit: vt in ea humaniores literæ, & ſacra Theologia à viris doctiſsimis traderetur. Nihilq; optimus Princeps prætermiſit, quod ad rei literariæ inſtaurationem, & ipſius Academiæ ſplendorem, bonorumq; ſtudiorum, quæ tãtoperè neceſſaria animaduertebat, promotionem pertinere videbatur.

DVACENSIS.

DVacenſis in Belgio, ſuperioribus annis à Philippo I I. Rege Catholico grauiſsimis de cauſis inſtituta. Ne Belgica Iuuentus literarum cauſa ad exteros proficiſci cogeretur, hęreſeſque imbiberet, nouam Duaci Academiã erexit, vbi omne artium atque linguarum genus doctiſsimi viri docerent, Gallicæ quoque linguæ ſtudioſi non minorem diſcendę, quàm in ipſa Gallia, occaſionem haberent. Eam verò et-

rò etſi Rex ſatis liberaliter dotârat, optimorum tamen hominum fundationes plurimæ acceſſerunt. Vt nihil quod ad florentiſsimi Gymnaſij gloriam pertinet, in eo nunc deſideretur. Duo quidam optimi Abbates, duo celeberrima collegia exædificarunt, quorum alterum Marchenſe, alterum Aquæcinctenſe vocatur, quod Dominis de Societate Ieſu attributum eſt, vt pietatem in eo & bonas literas profiteantur.

Quæ doctiſsimus Boetius Epo, Duacenſis profeſſor, meus olim in Svvollana ſchola, in humanioribus literis venerandus præceptor, in Oratione funebri, in laudem Philippi ſecũdi Regis Catholici Fundatoris, nomine Vniuerſitatis Duacenæ, tertio Nouembris, anni *1598.* habita, his verbis deſcribit.

Vniuerſitas hæc Duacena cœpit exordium anno Chriſti *1562.* fuitq́; quinto die Octobris pompa ſolenni per omnes ordines inaugurata, memetipſo cum cæteris publicis Profeſſoribus primis, huc Louanio, quaſi Colonia quadam, Regijs auſpicijs deducta, ſimul præſente, nunc etiam ſolo per longæuitatem diuini muneris benignitate relicto. neque ſolum dos profeſſoribus publicis decreta per optimum Regem fuit, ſed & propriam domum commodiſsimo totius vrbis loco ſitam Rex in vſum Gymnaſij conceſsit, quod Regium nunc meritò nominatur Collegiũ; varijs quidem fluctibus aliquantiſper agitatum, ſed nouo, non ita pridem beneficio pijſsimi Regis

locupletatum, indiesque magis ac magis efflorescens. Ad cuius æmulationem procul dubio laudatiſsimam, pijſsimi liberaliſsimique Præſules duo, rei literariæ ſtudioſiſsimi, Marchianenſis & Aquiſcinctenſis, alia duo condiderũt Gymnaſia; quorum hic ſuum Patribus Societatis Ieſu tradidit excolendum, Sacræ Catholicæ Maieſtati commendatiſsimũ ſemper ac vnicè dilectum, ſæpiusque pro re nata coadiutum, propter ingentia ſingulariaq; Patrum eorundem & in ſcholas, & in Eccleſiam, & in Remp. & in omne mortaliũ genus merita.

Quales autem quantoſque Catholica Religio ſenſerit, quotidieque ſentiat ex hac Vniuerſitate tota fructus, res ipſa loquitur, nec meis eget iudicijs. Hæc Boetius, vbi Philippo Regi tale epitaphium aſſcripſit:

PHILIPPO REGI CATHOLICO, TOTIVS NAVICVLAE DIVI PETRI (VIGILES INTER ARMATOS) PRORETAE SEV PROTOREMIGI, FIDEI CHRISTIANAE INTER GENTES ATQVE MAHVMETANOS PROPAGATORI, TVRCARVM REPRESSORI, SCHISMATICORVM, ET HAERETICORVM DEBELLATORI.

Diſtichon erat hoc.

Relligionis Amor, latè Rex orbe fideli
Remige te ſurgit preſſa carina Petri.

Iaco-

Iacobus Marchantius libro primo deſcriptionis Flandriæ: Duacum, inquit, propter ſtabile aduecti ex vicinis agris frumenti emporium, atq; Gymnaſium, ob ſitus aeris, & idiomatis Gallici oportunitates vniuerſis diſciplinis illic collocatum à Philippo Caroli Maximi filio, euocatis per honeſta ſtipendia, quæ Græci διδακτρα Latini Minerualia appellabât, Louanio Doctorib⁹, collegijſq; literarijs, quæ Græci σπουδαιτροφεῖα, nominant. Quæ beneficentia publicè vtiliſsima, non minus honorifica tanto regi exiſtimanda eſt, quàm M. Antonio Philoſopho, Auguſto, conductos annua mercede omnis diſciplinæ Doctores, Athenis inſtituiſſe: aut Carolo Magno, Academiam Pariſienſem magnis ſumptibus excitaſſe: aut Franciſco primo Gall. Regi, publicos trium linguarum profeſſores luculentis honorarijs illuc acciuiſſe, Anno 1525. Budæo & Bellaio ſuadentibus: quem eo facto ſcribunt Galli maiorem & diuturniorem gloriam peperiſſe, quàm tot geſtis confectiſque bellis. Docendi verò hîc principiũ honorarium, anno Sexageſimo Secundo poſt ter quingenteſimum Menſe Octobri, auſpicatus eſt Franciſcus Richardotus, Atrebatenſis Epiſcopus, cuius Diœceſi Duacum continetur, magna vir doctrina, probitate, ac facundia. Cuius nepos Ioannes Richardotus, Iuriſconſultus, eques, non ita pridem Senatus Arteſij præſes, haud minoribus virtutibus ſcientijſque, quàm Senatoria in arcano regis concilio dignitate eſ-

 floreſcit.

floreſcit. Duo hîc ſunt Canonicorum collegia, Petri & Amati, cum Abbatia, Pratenſi fœmin. Cœnobijs Crucigerorum Trinitatis, Franciſcano & Dominicano viril.

Diſtat Lila circiter ſeptem, Gandauo octodecim, Cameraco quinq;, Atrebato ſex, Tornaco octo miliaribus.

Caſtellania Duacena cum Orchienſi viginti octo pagos comprehendit, fœneratum ſeminium reddentes, & vbi Scarpo inclinant, apprimè paſcuos.

Pater Arnoldus VVion Duacenſis, *M*onachus ordinis *S*. Benedicti, præfatione Ligni vitæ ad *P*hilippum II. Regem Hiſpaniarum: Natus, educatus, ac literis, ait, imbutus ſum, in *C*omitatus Flandriæ ciuitate Duaco, quam ſingulari beneuolentiæ ac munificentiæ tuæ beneficio deuincire tibi voluiſti. Dum erecto ibi Gymnaſio, atque literarum omnium ſtudijs introductis, *A*cademiæ & Vniuerſitatis nomine celebrẽ reddidiſti. *E*xtructo etiã collegio, quod ipſo nomine, ſcilicet collegij Regij, humanitatis & liberalitatis regiæ memoriam renouans, eandem etiam poſteris relinquet.

ERPHORDIENSIS.

ERphordienſis in Thuringia à Dagoberto Francorum Rege, circa annum *D*omini *1391*. fundata, & à Bonifacio *9*. & *P*io II. varijs priuilegijs ornata eſt. Iacobus *M*eierus narrat: Quòd Bonifacius *P P*. anno Domini *1392*. tunc

primùm

primùm inſtitutæ ſcholæ Erphordienſi, præcipuè verò Theologicæ facultati, priuilegia conceſſerit. Nicolaus de Bibera, Henricus de Erphordia, Conradus de Monte puellarum, in omni artium genere clariſsimi viri plurimum ſplendoris & gloriæ pepererunt. Godtſchalcus de Meſchede, & Ioannes de Mylbach ſacrarum literarum eximij profeſſores, partim viua voce, partim eruditis ſcriptis illuſtrauerunt, auctore Trithemio.

Quando Germani profeſſores ex Pragenſi Academia Lipſenſem erigebant, magnus ſtudioſorum numerus ad hanc Erphordienſem migrare maluit. Cochleus lib. 2. hiſtor. Huſsit.

Vniuerſitatis Rector quolibet anno ſtudioſis leges & ſtatuta prælegit, & tūc, ſicut etiam alijs feſtiuitatibus anni ſolemnem aliquā orationem recitat. Quod ex Antonij Molleri orationibus, programmatis, intimationibus, & philoſophicis quæſtionibus, quæ circumferuntur, apparet.

Quarum orationum vna de dignitate, neceſsitate, & vtilitate ſcholarum, & iucunditate vitæ ſtudioſorū, anno 1566. calend. octob. haud ineleganter perorauit. Et inſtauratione Academię inſeruit: Hæc eō tendunt, vt omnes agnoſcant, & prædicent, bonitatem omnipotentis Dei, qui hanc noſtram Academiam Erphordienſem reſpexit, eamq; quaſi tenebris erutam, quibus aliquandiu tecta & obſcura latuit, illuſtrare cœpit, & profeſſoribus doctis

ctis & fidelib᾽, auctiorem & ornatiorem reddidit. Siquidem hodie Dei beneficio, quod fuit à multis diu exſpectatum, collatis à quibuſdam ciuibus liberaliter ſumptibus, non ſolùm vniuerſa Philoſophia, verùm etiã Theologia, cũ linguis, Latina, Græca, Hebraica purè docentur.

Altera oratione de graduationum & promotionum myſterijs diſſerens, non aſpernandas admonitiones reliquit. Promouendos artium Magiſtros cathedram aſcendere iubet, locum eminentiorem, dignitatis inditium & ſedem profeſſorum, vt ab auditoribus melius conſpici & exaudiri poſsint.

Hic ritus ſignificat, vos iam eſſe vocatos ad munus docẽdi, ne putetis nomen Magiſterij ideo conferri, vt ſit otioſus tantùm titulus. Monet inſuper cathedra vos ad vitæ integritatem, qua eruditio condienda commendandaque eſt diſcipulis, qui eos, qui in erectis à terra cathedris docent, accuratius intuẽtur, ipſorumque vultũ, vocẽ, geſtus, mores, vitã, curioſius obſeruant. Proinde oportet magiſtros non ſolùm fideliter diligenterque docere, ſed etiam diſcipulis honeſtę vitæ exemplis prælucere, ne ſi alterutrum deſit, inſtitutio ſit mutila & mãca Si enim bene docetur, malè autem & turpiter viuitur, pondus doctrinæ detrahitur, & quod vna manu extruitur, id deſtruitur altera.

Quæ ex meo libro primo officiorũ ſcholaſticorum deſumpta ſunt: vbi vtrumque hoc ex profeſſo declaraui.

Pileos capitibus imponi aſſerit in ſignum præſtantiæ & dignitatis ſanctiſsimi muneris docendi, quo diſcernerentur ab alijs hominibus. Cumque in capite ſit ſedes rationis & intellectus, inde diſcăt vitandas eſſe omnes corruptelas, & contra iudicium rectæ rationis & principia naturalia nihil eſſe temere docendum.

Formam pileorum ait eſſe ſacerdotalem; qua moneătur, humanis ſtudijs adiungi debere Philoſophiam cæleſtem, quæ eſt pabulum & medicina animæ. Colorem pileorum dicit eſſe violaceum, vt ſciant, morum, & ciuilitatis, atque virtutum ſuauiſsimo violarum odore, doctrinam eſſe condiendam: quod titulus ille indicat, quo doctiſsimi & humaniſsimi nominantur.

Annulus aureus digito inſertus declarat, ipſis ſapientiam quaſi caſtiſsimam venuſtiſsimamque virginem eſſe diſponſatam, vt ea nō corpus, ſed animum oblectent: quæ dotem inæſtimabilem affert, auro, gēmis longè præſtantiorem.

Aurum metallorum omnium præſtantiſſimum eſt: doctrina, quam Magiſtri profitētur, pura, ſolida, & incorrupta eſſe debet: quæ vt annulus rotūda, & nullo fine circumſcripta terminataque eſt. Sicut Socrates aiebat: Seneſco plurima diſcens. Vnde artes circulares vocantur, quod ad finem perductæ ab initio repetantur.

Liber, inſtrumentum eruditionis, exhibetur

tur clauſus, vt multa memoriæ mandanda; nec ſolis libris, qui facilè amitti poſſunt, nimis fidendum norint.

Aperitur idem liber, vt ſciatur: Memoriæ non eſt nimium fidendum, vtpote quæ labilis fragiliſque eſt, ſed libros euoluendos. Nam teſte Plutarcho, inſtrumentum eruditionis eſt, non poſſeſsio, ſed vſus librorum. Magni ſunt in libris theſauri reconditi, quos diligenti lectione exhaurire oportet.

Inuehiturque in eos, qui indignè iſtas graduationes petunt, vel conferunt.

De qua materia cum lib. 1. cap. 13. commentarer, vnus pulcher locus ex Marſilij tractatu de bannitis, incuria prætermiſſus fuit, quem refert Rutgerus Rulandt lib. 1. de Commiſſarijs Cameræ Imperialis cap. 14.

Plurimi hodie velut aſini Doctorantur, qui ſunt bufali, vel honeſtiore vocabulo, oues & boues, & pecora campi, qui meritò legum dolores dici poſſent, & illarum proditores & aſſaſsini: qui etiam venalitiarij poſſunt nuncupari. Vendunt enim leges, non quas habent, ſed quibus nō ſunt digni, velut rem alienam furtiuè, & peſsima fide, eaſque pretio nummario dehoneſtant. Quin potius pro adminiſtrandis officijs vendunt ſeipſos ad pretium participandum, modico ære ſeu ſalario contenti: per quod alijs doctis & ſelectis viris præiudicium generatur. Hi etiam doctores nomine, non re ſilentiarij, legumque ſecretarij vocabuntur. Habent namque omnia Iura in ſcri-

in ſcrinio pectoris, ſed in confeſsione, quam nefas ſit alijs reuelare. *A*ut Iudices baliſtarij: quia ſententias fulminant ſicut ſagittas. Hoc vno nomine gloriari poſſunt: Domine Neceſsitas, non habens legem.

Et tales indoctos etiamſi promoti ſint, non gaudere priuilegijs Doctorum pluribus probat. Maximè autē Bullatos: qui eo ipſo, quòd examinati nō ſunt, pro indoctis habeātur. Nec ad beneficia pro doctis ordinata recipiantur.

FRANCFORDIENSIS.

DE inſtitutione Gymnaſij Francfordienſis ad Oderam, per Ioachimum & Albertum Marchiones Brandenburgenſes, fratres, Conradi VVimpinæ Rectoris primi oratio extat, habita anno 1506. 26. Februarij. Qua omnes ſtudioſos eò diligenter inuitat, profeſſorumq́ue virtutes, vrbis optimum ſitum, aeris clementiam, frugum, & omnium rerum neceſſariarum vbertatem, commoditatemq; hoſpitiorum extollit, & *A*cademiam tam Apoſtolica quàm Imperiali auctoritate pulchrè priuilegiatam, & Reuerendiſsimo Epiſcopo Lubecenſi Cancellario, & conſeruatore exornatam dicit: eoque anno 1506. die Dominica 26. Aprilis, publicandam & inchoandam ait.

*A*ddito hoc carmine:

Marchia tergeminis vbiuis habitata colonis,
Quæq; ſub Eôo Francia culta iaces,
Audi, dum præſtas cunctis pietate vel armis,
Iuſtitia, atque fide, & relligione Ducum.

Quàm

Quam es nimium felix, nimium dilecta Tonanti,
Quo tua tam creſcunt gloria, fama, ſalus.
Marchia quæ fueras ſtatio fidiſſima mergis,
Nunc nitidas aquilas gignis, & accipitres.
Quæq; olim rudibus fueras habitatio Sclauis,
Ingenio illuſtres nunc colis ipſa viros.
Hoc tibi Francfordum, quo cum ſapientia venit,
Contulit, & meniorem hoc te iubet eſſe ſui.
Ergo ades, ô generoſa cohors, ſtudioſa iuuentus,
Et mage quàm olim, artes hic venerare bonas.

AD PALLADIS AMATORES PRO Commendatione gymnaſij literarij Francfordianorum, Georgius, Crebitus Croellianus.

Inter Marchiticas Francfordia præſidet vrbes,
Moribus, & ſtudijs, artibus, atq; viris.
Odera vbi rapidis fluidus prælabitur vndis,
Irrigat herboſos flumine pronus agros.
Sunt ibi vitiferis contermina collibus arua,
Quæ ſegetes magna fertilitate ferunt.
Atque feris ſylua, replentur piſcibus vndæ,
Alitibus varijs perſonat aura leuis.
Dant arbuſta bonas fruges, & Pampinus vuas.
Purpureos flores hortus abunde gerit.
Larga tibi pleno fert omnia copia cornu:
Inuenies vitæ quæque petita tuæ.
Vrbs hæc Gymaſium muſis erexit honeſtum,
Quòd Francfordiaca nomen ab vrbe trahit.
Nomen habet, longos pariter durabit in annos:
Huius enim maior gloria ſemper erit.

Parthe-

Parthenope toto fermè celebratur in orbe,
Hæc in literulis quod ſtudioſa fuit.
Hanc ſimul ob cauſam doctæ celebrantur Athenæ,
Totaq; concordi Græcia laude nitet.
Non minus Auſoniæ memoratur gloria terræ,
Eſt ita Romani cognita fama ſoli.
Has poſcit meritò celebris Frācfordia laudes,
Nam viget in ſtudijs ſedulitate bonis.
Hic vbi diſcipulos veterum nunc dogmata ritu,
Artibus omnigenis magna caterua docet.
Sunt qui ſcripturæ relegunt oracula ſacræ,
Emeritæ vitæ ſunt, operumq; duces.
Multi ſanctarum profitentur munia legum,
Quæ diuina ſinunt, quæ quoq; iura vetant.
Hic (nemo dubitet medicas pollere medelas)
Pæonium Phœbi fulget ab arte decus.
Ingenuas artes, ſophiæq; documina diuæ,
Hic tenet egregij turba perita chori.
Forſan Apollineos cupiet quis cernere vates,
Aut ſibi Phœbæum carmen habere velit.
Ille quod exoptat ſubitò, vel tempore paruo
Accipiet: voti ſic quoque compos erit.
Rhetoribus docili ſi quiſquam pectore gaudet:
Francfordum vigili mente animoq; petat.
Quo nunc Cecropiæ migrarunt dona Mineruæ,
Ac ſimul Arcadij munera chara Dei.
Pan Deus, aut Fauni, Satyri, Dryadeſúe puellæ,
Si ſunt ingenio numina grata tuo.
Non deerunt: nec Hamadryades facileſúe Napeæ,
Nec ſacræ Nymphæ Pierideſúe nouem.
Nanque ſcio cunctas huc perueniſſe Camœnas,
Atque modò noſtros incoluiſſe Lares.

Candida non aberunt triuia monumenta Dianæ,
Non hic Dictæa Palladis arma latent.
Cynthius hic venit Muſis comitatus Apollo,
Totus Pegaſidum, Theſpiadumq́; chorus.
Et Cyrrhe patulus collis, Permeſſidos vnda,
Mons Heliconiadum, Caſtalidumq́; iugum.
Pocula nectareis ſpumant hic fontibus, atque
Ambroſiæ ſucci fercula lauta replent.
Aurea ſunt verè noſtri puto tempora ſecli,
In quibus & ſtudium, litterulaq́; vigent.
O nimium Francfordia terq́; quaterq́; beata,
Cui nunc perpetuò gloria tanta manet.
Pulpita tu veterum ſtudijs & laudibus æquas,
Non minor Auſonijs Cecropijsq́; viris.

Ex veteri laudata conſuetudine in celebrioribus feſtiuitatibus publica oratio ad ſtudioſos habebatur.

Sicut Conradi VVimpinæ orationes in feſto Paſchatis, in die Natiuitatis, & Aſſumptionis B. Mariæ Virginis habitæ editæque declarant. Quos tamen dies præuenire, & vel ſequi licebat, ſi iuſta impedimenta obſtarent.

Extat quoq; ipſius VVimpinæ oratio pro auſpitio diſputationis quodlubeticæ: & alia exſpectatoria quodlubeticæ diſputationis, de Anno 1510. Calend Septemb.

Ab Alexã. 6. & Iulio II. P. M. & à Maximiliano I. Imperatore pulchra priuilegia habere dicitur.

FRIBVRGENSIS.

Fribur-

FRiburgenſis Briſgoiæ ab Alberto Auſtriaco circa annum Domini *1460*. vel, vt quibuſdam videtur, anno *1450*. fundata. Quæ anno *1467*. non ſolùm leges & ſtatuta, verùm etiam Theologiæ & iuris canonici atque ingenuarũ artium profeſſores, Vienna euocauit, ſicut in Viennẽſis Academiæ annalibus perſcriptum reperitur. Tandem verò ſub Frederico Imperatore Romanorum, anno 1472. non parùm inſtaurata & aucta eſt. Vdalricus Zaſius iuriſconſultus quorundam Friburgenſium ſtatutorum ſe authorem eſſe prędicat: nam multos annos magna laude Friburgi docuit, & varia in ius ciuile commentaria reliquit, vt ipſius Epitaphium declarat:

Hinc ſuo tantum neq; vate quondam
Pindaro Thebæ, neq; ἰῶν Homero
Fulſit, hoc quantum duce nunc Friburgum
Nobile claret.
Ille Germanis, Italis, Britannis
Notus, & cunctis celebratus oris,
Zaſius noſtri decus & perenne
Ille Friburgi.

Inſignis illa domus Sapientiæ, quæ doctiſſimorum hominum procreatrix eſt, an collegium appellari debeat, ab ipſo Zaſio diſputatum reperitur, in commentarijs ff. quòd cuiuſcunque Vniuerſitatis.

GRipſuualdẽſis in Pomerania ab Vratiſlao IX. Pomeraniæ Duce anno 1456. inchoata. Etſi Munſterus eius inſtitutionem nõ tam ipſius Principis, quàm doctoris cuiuſdam & cõ-

ſulis liberalitati aſſcribere videtur: libro enim Coſmagraphiæ tertio: Gripſuualdi, inquit, circa annum Chriſti 1456. floruit vir quidam integer, literis inſtructus, eius oppidi Proconſul, veteri familia ortus, legum doctor, qui cũ multa ei oppido cõmoda cõparaſſet priuilegia, tũ ibi publicum Gymnaſium inſtitui procurauit. Quod Philippus Pomeraniæ Dux anno 1547. inſtaurauit.

HAFNIENSIS.

HAfniẽſis ſiue Koppenhagenſis Daniæ: De qua fortè loquitur Iouius, cùm Cobenã omnium diſciplinarum Gymnaſio inſignem ait. Huius Academiæ inſtituẽdæ occaſionem & facultatem Ericus Rex à Martino V. prim⁹ impetrauit, ſed bellis implicatus perficere nequiuit, tandem Chriſtianus Oldenburgicus, permiſſu Xiſti Ro. Pontificis anno 1478. ad optatum finem perduxit, & vt Bononienſis Academiæ priuilegijs gauderet impetrauit. Primam Academiæ erectionem fundatoris filius Ioannes Rex confirmauit, & noua fundatione ſtabiliuit, anno 1498. Chriſtianus verò III. anno 1539. eã profeſſoribus & lectionibus adauxit, additis redditibus certis, quibus XX. ſtudioſi alerentur. Tandem Fredericus II. Rex Daniæ, anno 1569. profeſſorũ ſalaria munificentiſsimè auxit, & ipſis redditibus quibus XX. illi ſtudioſi alebantur, tantùm addidit, vt 80. alij liberaliter ſuſtẽtari poſſent. Ita vt 100. ſtudioſi nunc ibi Regia munificentia alantur & viuant. Adr. Ro. in theatro vrb.

HEYDELBERGENSIS.

HEydelbergenſis in comitatu Palatino Rheni, à Ruperto II. anno Domini 1346. inſtituta. De qua Munſterus libro tertio: Anno Chriſti 1346. Rupertus ſenior Princeps Palatinus fundauit Gymnaſium Heydelbergenſe, vbi temporum ſucceſſu in omni ſcientiarum genere multi docti floruerunt viri. Ego quoque anno 1524. vſque ad annum 1529. primus Hebraiſmi profeſſor, publicè ibi ſacram linguam docui, &c. Et Abbas Spanheimenſis de ſcriptoribus Eccleſiaſticis Marſilius, inquit, de Ingen vir in diuinis ſcripturis exercitatiſſimus, & in ſeculari Philoſophia nobiliſsimè doctus, primus Heydelbergenſis Gymnaſij plantator, quod Rupertus Dux Bauariæ, & Comes Palatinus Rheni inſtituens, magnificè dotauit, & Vrbanus VI. inſtar Pariſiorum cõfirmauit. Præterea, Marſilium iſtum apud diuum Andreạm Coloniæ Canonicũ & theſaurarium fuiſſe probat. Vt meritò poſteriores quidam Comites Palatini iſtud Collegium S. Andreæ, cui Deus me Decanum præfecit, honorarint. Inter præcipuos verò profeſſores doctiſsimus ille, & de bonis literis egregiè meritus Rodolphus Agricola recenſetur, id quod ipſius epitaphium ab Hermolao Barbaro, conſcriptum, demonſtrat:

Hũc Marſylium Angli ſuum fuiſſe prædicant. Io. Caius li. 1. de antiq. acad. Cãta.

Inuida clauſerunt hoc marmore fata Rodolphum,
Agricolam, Friſij ſpemq; decusq; ſoli.
Scilicet hoc vno meruit Germania quidquid

Refert Matth. Quadus, lib. 4.

Laudis habet Latium, Græcia quicquid habet.

Extat oratio Petri Antōij Finariē. Cancellarij Academiæ Heildelbergen. de inſtitutione & laudibus vrbis, & Gymnaſij: *Eſt*, inquit, aer humanæ naturæ nutrimentum magnum, & neceſſarium. Quàm ſuaui, quàm dulci, quā delicato aere hoc oppidum ſit ornatū, nemo veſtrum eſt, quem latere poſsit. *Adeò* egregiè conſtitutum, & ſaluberrimo aere refertū, nobiliſsimo Neccari fluuio munitum, dulcibus fōtibus, vino, frumento, reliquorumque fructuum copia abundantiſsimum, vt auſim dicere, nullum, aut pauca, cum hoc veſtro Heildelbergenſi Oppida comparari poſſe. *Eſt* autem pulcherrimis, vberrimisque Collibus circumſeptum, plāitie decora, & ſpecioſa valde decoratum, Eccleſijs autem, & reliquijs Sanctorum, Sacerdotum prudentia, & ſanctitate, & eorum cantus ſuauiſsimo ordine, quātum ſit inclyta, non facilè edixero. In hoc oppidum quantum oportet, quantum decet, quantum opus eſt, Phœbus ſuos emittit radios. In hoc mores cultiores, viri prudentes, bellicoſi, in armis ſtrenui, officinarumque cum liberalibus artibus eruditi. Quo quidem iure optimo factum fuit, vt ille Excelſus, & literarum ſummus amator, *R*obertus ſenex Princeps Optimus, eum, in quo Vniuerſitas non ſine quadam diligenti maturitione vocaretur, elegit. Intelligebat enim, tanquam ſapien-

pientiſsimus, nonnullis Chriſtianis nationibus, Galliæ, Burgundiæ, Lotharingiæ, Flandriæ in hoc præclariſsimum oppidum expeditiſsimũ iter patere. Philoſophiam, & liberales artes Phyſicam, & Medicinam, ſacras legens, Pontificium Ius, & ſacram Theologiam à viris præſtantiſsimis diligentiſsimeque tradi affirmat. Et quòd hæc tria, quæ Academiam maximè exornant, inueniantur; doctrina excellens, ordo ſingularis, diligentia maxima.

ILLI ORATIONI ADIVNCTVM eſt Roberti Baguini Gallorum regis oratoris Elegiacum, in laudes Ciuitatis Heildelbergenſis, & Principis Philippi, &c.

Heidelberga ſitu multum contermina Rheno,
Viſa mihi felix flumine, colle, duce.
Neccarus hanc reddit vndis & piſce beatam,
Binus quem collis non ſinit eſſe vagum.
Nec ſe præcipitem violento murmure voluit,
Lintribus ad ciues commoda multa vehens.
Collis ad vtramque mediocri vertice ripam
Surgit, & arboribus vndique vernat ager.
Et fœcunda mero: læto ſe palmite vitis
Induit, & ſerpit per tabulata virens.
Hinc mira vbertas, & Bacchi plurima merces
Funditur, vnde caput ferueat, & ſtomachus.

AD

AD STVDIOSOS GERMANIAE Adoleſcentes, Sapphicum Ioannis Gallinarij in laudem Ciuitatis & Archigymnaſij Heydelbergenſis.

SI quis ad ſacram volitare Cyrrham,
Atque Romanæ cupit eſſe linguæ
Cultor: hic pergat pede Budorinas
Lætus ad oras.
Hic locus pulcher, placidusq́; muſis
Bini vbi colles bene ciuitatem
Fronde circundant: viridiq́; Bacchum
Palmite geſtant.
Per nemus dulces ſtrepitare lymphæ,
Murmur è duro fremitare ſaxo
Semper auditur, volucrisq́; ſuetas
Pangere voces,
Hic decus vatum, decus omne Phœbi,
Sancta plebs diuæ pariter ſophiæ
Sedulo tota hic recubat caterua,
Philoſophorum,
Hic ſacræ leges ſtudio & fauore
Canones hic nunc celebrantur omni
Paginæ ſanctæ celebriqúe ſcripta
Dogmate florent.
Hic ſalubris iam medicina ſplendet,
Circuli lunæ nitidiqúe ſolis
Cuncta conuexi ſimul hic notantur
Sidera cœli.
Hic ſequi niſu viridis iuuentus
Firmiter gaudet Tulium loquendo,
Verſibus formam didiciſſe certum eſt
Virgilianam.

Italus multo fugiat pudore,
Gallus & vafram teneat loquelam,
Quiqúe ſe ſolos ſaliendo iactant
Eſſe latinos.
Hinc procul quos oceanus gubernat,
Hinc & Hiſpani, gelidæqúe turmæ
Voſqúe qui littus colitis marinum
Cedite doctis.
Ergo Germani ſtudioſa pubes,
Huc veni iam iam celeri meatu,
Si iuuat doctum redolere vatem,
Philoſophumúe.
Hucqúe concedat vocitatus omnis
Qui cupit rhetor bonus olim haberi,
Huc tuos mittas Alemane natos
Indolis aptæ.
Qui poëtarum recolis camænas,
Quiſquis & pulchras coluiſſe muſas
Appetit, tandem hinc redimitus ibit
Tempora lauro.

Adiuncta quoque his eſt Oratio, vel potius Relatio, ipſius Rectoris & Vniuerſitatis pro conſeruatione Academiæ in antiquo ſtatu ad Philippum Principem.

INCLITISSIMIS BAVARIAE DVCIbus Comitibuſq́ Rheni Palatinis Philippo electori, Patri, Ludouicoq́ & Roberto: cæteriſq́ eius filijs, nobiliſſimis Dominis & Principibus ſuis Clementiſſimis, atq́ colendiſſimis Doctores & Magiſtri moderna via ſtudij Heydelbergen. ſeſe commendant.

NOn dubitamus excellentiſsimi Principes, veſtrę claritudini iamdudum perſuaſum eſſe, huius veſtræ ciuitatis incrementum: omnium terrarum veſtrarũ ſalutem, & veſtram ampliſsimam gloriam, ſplendoremque ſempiternum, ex Heydelbergenſi Gymnaſio nõ mediocriter pendere: quod haud ab re inclytiſsimus Dux Robertus Roberti Romanorum Regis auus inſtitui curauit: proſpiciens in eo viros ſemper eſſe futuros, qui rebus, corporibus, animabus, & iuſtitię miniſtrandę cõſulere poſſent: accerſito ad ſe à Pariſijs primũ optimo pręſtãtiſsimoq; Philoſophię, ſacrarũque literarum monarcha Marſilio: qui multo nimirum labore hanc veſtram litterariam vineam plantauit, coluit, fructiferamq; fecit: nec ingenij, neque corporis viribus, ſed neque rei familiari pepercit: quin optimè Gymnaſium inſtitueret, bona ſemina iaceret, voluminibus locupletaret: leges ſanciret, monumenta in Dialecticis, in Phyſicis, ac in ſacris literis poſt ſe relinqueret: quæ vel exteri aiudiſsimè petunt, & non paruo ære exſcribi ſibi curauerunt. Tandem verò vita piè defunctus Marſilius, & in templo Diui Petri ſepultus, plurimos acutiſsimos ſuæ doctrinæ ac diſciplinæ ſectatores reliquit: & in hodiernum vſque diem propagauit. Qui tum in diuinis literis: tum in ſacratiſsima Medicina, tum in nodoſi iuris ambagibus: tum in Philoſophia hic palam docuerunt, diſputauerunt, præclaraq; ſuorum ingeniorum monimenta poſteritati prodi-

prodiderunt. Nec ſolùm huic gymnaſio: veſtroque clariſsimo Ducatui, toti patriæ & reipublicæ, diuerſis ſuis laboribus profuerunt: ſed etiam veſtræ maximè nobilitatis gloriã, atque amplitudinem illuſtrarunt, immortalemque reddiderunt. Quippe qui nunc apud ſacroſanctam ſedem Apoſtolicam oratorum munere functi ſunt, nunc eiuſdem ſedis Oratores ac legatos honeſtis orationibus exceperunt. Multi ad exteras nationes, ad regna longinqua, ad concilia generalia miſsi, negotia ſibi demandata fideliter ſunt executi. Multi denique veſtrorum progenitorum Pædagogi, prædicatores, epiſtolarum magiſtri; Medici, Conſiliarij fuerunt: ſicut & hodie ſunt. Plerique toti Palatio in magnis tempeſtatibus contra fulmina potentum ſuis conſilijs feliciter aſtierunt. Nonnulli ad præclaros Epiſcopatus: ad reliquas Eccleſiarũ dignitates, ad officia prædicationis, ad nouas Vniuerſitates plantandas, & ad alia rerum publicarum officia, ab exteris vocati ſunt & aſſumpti. Nonnulli præſtantiſsimis voluminibus, beneficiorum Eccleſiaſticorum domus Dionyſianæ, cæterarumque rerũ vtilium fundatione & inſtitutione huic veſtro Gymnaſio benefecerunt: & hi quidem omnes ex Marſiliana palęſtra prodierunt. Igitur, ô Clementiſsimi Principes, propter tanta & longè maiora tam præſtantium Philoſophorũ in veſtros progenitores, veſtrumque Gymnaſium officia: & propter liberaliſsimã munificentiam exactiſsimoſq;

optimi

optimi: Marſilij labores, nolite deſerere eos, qui ſuæ viæ ac diſciplinæ inhærent: ſed veſtra poteſtate maneat hic, creſcat vtraque via: ſit æqua præbendarum & ſtipendiorum inter bene merentes diſtributio: ne in vnum omnia flumina transferantur molendinum: ſicut & Nobiliſsimi principes veſtri progenitores decreuerunt. Quibus perſuaſum fuit vtiles eſſe pro exacuendis ingenijs diuerſas philoſophãtium opiniones ſimul cõfoueri: veluti ſequẽs oratio probè declarat. Neque enim vel Marſilij doctrina, vel modernorum via reijcienda eſt: quam non ſolum in magnis Germanorum vniuerſitatibus, Viennenſi, Erfurdenſi, cæteriſq; , verumetiam hac veſtra ætate apud Pariſienſes certo conſtat, florere, ac in precio eſſe. Eam ſi hic ſuppreſſum iri cõtinget: gymnaſium veſtrum magna ex parte truncabitur, inque duobus Collegijs ſiue Burſis, quæ non reddunt paruum Vniuerſitatis membrum deficiet atque labeſcet. In quibus ſi alia quàm hæc modernorum diſciplina docebitur: non ad vos quidem, ſed alias Academias multi in dies diſcipuli ab eis, qui viæ Marſilianæ afficiuntur indubiè tranſmittentur. Proſpiciant ergo nobiliſsimæ veſtræ manſuetudines incremento gymnaſij, iacturam hanc caueant, tueantur ac defendant totam Academiam, ac omnes eius partes atque filias ſub alas protectionis æqua beneuolentia & communi patrocinio recipiant: Sic enim creſcet nobile veſtrum, & in Germania primum Gymnaſium,

honor

honor Dei ampliabitur, acutiores philoſophi euadent, reſpublica firmior, ciuitas opulentior, & veſtrarum illuſtriſsimarum benignitatum laus, fama, memoria futura eſt ſempiterna. Quod eò præſtantius veſtras excellentiſsimas Dominationes admonemus, quo nihil vnquam nobis iucundius in terris eſſe poteſt, quam veſtrum ampliſsimum principatum, veſtros populos, & omnem rempublicam, veſtram denique gloriam florere, creſcere, atq; perpetuari. Dominus Deus immortalis veſtras excellentiſsimas dominationes pro felici terrarum veſtrarum regimine, diu ſaluas conſeruet. Quod petimus & deuotis precibus impetrare cupimus. Datæ Heydelbergæ, VI. Idus Iulias Anno Chriſti, M.CCCCXCIX.

In primo actorum Vniuerſitatis libro, charta 31. facie ſecunda, legitur.

ANno Domini M. CCC. XCVI. die 20. menſis Auguſti, obijt venerabilis vir Magiſter Marſilius de Inghen, Canonicus S. Andreæ Colonienſis, & theſaurarius, fundator huius ſtudij, & initiator, in ſacra Theologia Doctor egregius; qui multa volumina in Theologia & in artibus, vnà cum alijs clenodijs noſtrę legauit Vniuerſitati: tūc Rector, ſepultus apud S. Petrum in choro ante altare magnum, cuius anima in pace requieſcat. In eius exequijs orationem habuit Nicolaus Prouuin Magiſter in Theologia, cuius thema erat. Omnia bene fecit. A pręcone admoniti Aca-

demiæ

demiæ alumni, diuerſa epitaphia certatim ſcripſerunt.

Quis te Marſili ſumma non laude celebret
Gymnaſij primus, qui ſator huius eras.
Pariſios linquens, in noſtros confluis agros,
Barbariem pellens, vir venerande vale.

Alius.

Marſilij aduentu ſol clarior æthere ſurgit;
Heydelbergenſes qui pepulit tenebras.
Carmine ſunt digni noua gymnaſia inſtituentes;
Iudeq; Marſilius carmine dignus erit.

Alius.

Rumpatur quiſquis, viuit tua fama per orbem;
Viuit, & æternum docta per ora volat.

Alius.

Marſilium quicunq; ſuo defraudat honore,
Indignus radios cernere ſolis erit.
Marſilio quicunq; ſuum defendit honorem,
Lætus & intrepidus hinc ſuper aſtra volet.

Alius.

Marſilio quiſquis meritos ſubducit honores,
Ridiculum doctis ſe facit ipſe viris.
Siue quòd argutam cytharam non curat aſellus;
Siue quòd ardenti carpitur inuidia.
Felix Marſilius, qui tam bona ſemina iecit,
Quiq; tot ad Muſas excitat ingenia.
Qua tot habet doctos, tam nobilis artis alumnos,
Heydelbergenſis, eſtq; beata ſchola.

Alius.

Gymnaſij noſtri primus plantator & auctor,
Doctrina dulci pectora noſtra rigans.
Germani fundi ſpecimen, lux Philoſophorum,

Marſili

Marſili felix, viue, quieſce, vale.

Ioannes quoque Erneſti Heydelbergenſis Gymnaſij decus & Rector fuit, illudque doctrina ſcholaſtica, & eruditiſsimis libris editis illuſtrauit, tempore Concilij Baſilienſis, anno 1440. teſte Trithemio.

HERBIPOLENSIS.

DE origine & nomẽclatura vrbis VVirtzburgenſis, ſiue Herbipolenſis, diuerſæ inter Auctores ſentẽtiæ reperiuntur. De Cathedralis Eccleſiæ prima fundatione, præſtantia, ſplendore, & progreſsionibus, Epiſcoporumque ſucceſsione, electione, inauguratione, ſepultura & exequijs, deque Eccleſiæ & Ducatus auctoritate, ſitu, opulentia, & rebus memorabilibus, Sebaſtianus Munſterus libro 3. Coſmographiæ ex profeſſo pertractauit.

Quoniam verò illa prouincia fertiliſsima, amœniſsima, & Muſis atque literis commodiſsima erat: dubium non eſt, quin bonarum artium ſchola ibi ſemper ab initio extiterit. Quæ cum tempore aucta, Academiæ nomen & authoritatem accepit. Nam doctiſsimos Epiſcopos, & præclariſsimos Principes multos habuit, qui ſtudia literarum amarent. Ioãnes autem ab Egloffſtein, qui inter illos 55. loco collocatur, auctoritate Bonifacij IX. & Ruperti Regis anno Domini 1403. VVirtzburgenſem Vniuerſitatem erexit: vocatiſq; Doctoribus & Magiſtris ita fundauit, vt vehemẽter

ter excreſceret, quamdiu auctor & fundator ſuperuixit. *Ille* cùm anno Domini *1410*. diem ſuum obijſſet, grauiſsimæ controuerſiæ inter clerum & ciues exortæ fuerunt: ipſaque Vniuerſitas cum ſeptem annis floruiſſet, ingens detrimentum accepit.

Quia enim *Muſis* inter arma & ciuiles diſcordias verſari non ſat tutum videbatur: præcipui Doctores *Erphordiam* tam diu migrare maluerunt, donec iſti motus ſedarentur, & meliora tempora affulgerent. Varias interim Illuſtris hæc *Eccleſia* & celeberrima *Franconia* mutationes & afflictiones perpeſſa eſt. Quas primùm à bello ſeruili ruſticorum, deinde à vicinis populis, acceperat. Vrbs deinde anno 1563. actu quodam capta, vehementerque deformata fuit. Reuerendiſsimus ergo & Illuſtriſsimus Herbipolenſis *Epiſcopus*, & princeps. Fridericus, vrbem & prouinciam inſtauraturus, à religione, & à literis, quæ vnà ferè interierãt, exordium duxit, & anno *1564*. dum adhuc fluctuabat Societatis Ieſu patres euocauit, illiſque Iuuentutem tam in bonis literis quàm pietate & moribus erudiendam inſtituendamque commiſit. Huic anno *1572*. Illuſtriſsimus & Reuerendiſsimus Princeps Iulius bonis literis atque liberalibus ſtudijs, quibus ab infantia in celeberrimis diuerſarum Nationum *V*niuerſitatibus ſemper diligentem, cum nominis ſui maxima commendatione, operã nauarat, addictiſsimus ſucceſsit.

Qui ſtatim à principio, & quaſi in ipſo ſui regiminis

regiminis primo limine, Academiam Herbipolenſibus, quam ante habuerant, reddere animo concepit, omnibuſque modis conatus eſt, ac in eum finem biennio poſtquam epiſcopatum inierat, Gregorium XIII. Pontificem maximum, & Maximilianum II. Imperatorẽ inuictiſsimum, literis & legationibus, pro nouis priuilegijs, atque Academico iure impetrando interpellauit. Facilis fuit vtriuſque Monarchæ aſſenſus; ab illo Romæ, exeunte Martio: ab hoc Pragę, ineũte Maio anno 1575. obtentus. Interim dum hæc auctoritas & priuilegiorum confirmatio expediebatur, Princeps ædificia Academica moliebatur, regio ſumptu, & eâ magnificẽtiâ, vt eam, quotquot in vrbem peregrê accedunt, defixis oculis admirentur, ac qui omnia totius Europæ regna, regiones, atque ditiones perluſtrârunt, ſe nec in Italiâ, nec Germaniâ, nec Galliâ, aut Hiſpaniâ, aut vſquam alibi hoc noſtro ſeculo vnius principis ſplendidiora, tam literarum, quàm religionis monumenta (ſolâ Hiſpaniæ illâ Diuo Laurentio dicatâ ſtructurâ exceptâ) reperiſſe profiteantur. Priuilegijs iam impetratis, moræ impatiẽs Princeps, etiam antequam cœpta ædificia, ad faſtigium educeret, 4. nonas Ianuarij, in ipſo anni 1582. ingreſſu fauſtè feliciterque Academiam eſt auſpicatus, Deo literarios conatus palam comprobante: cùm tantâ vini & frugum copiâ annos aliquot cõſequentes, ex vinetis & agris affluerent, quantam omnibus retro annis nunquam fuiſſe, in-

colæ meminerant. Publicatio hac forma ritu & ordine celebrata, atque peracta fuit.

Reuerendiſsimus & illuſtriſsimus Vniuerſitatis fundator, horam circiter octauam, in D. Franciſco conſecrato templo: (Academico necdum abſoluto:) ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, quo tanti momenti negotio Spiritus ſancti gratiam, & opem conciliaret, auguſtiſſimè, & religiosè operari cœpit. Eo confecto cum Domino Suffraganeo, Abbatibus, & diuerſarũ Eccleſiarum Prælatis varijs, Reuerẽdis & illuſtribus Dominis Capitularibus, nobilibus, conſiliarijs, & aulicis plurimis, varijs variarum diſciplinarum Doctoribus, Magiſtris, viris conſularibus, & ſenatoribus pluribus, in extrema eiuſdem ędis parte, quæ eam in rem ſubſellijs & periſtromatibus inſtructiſsima erat, frequentiſsima iuuentute reliquam ędis occupante conſedit. Habita deinde à SS. Theologiæ Doctore Halenio, de ſumma, quæ ab Academia expectari poteſt ac debet, vtilitate, Latina oratione: legit è conſtructo altius ſuggeſto magno cum ſilentio, tum expectatione de eiuſdem Academiæ conceſſa approbatione, & priuilegijs diplomata Pontificia & Cæſarea SS. Theologię Doctor Frãciſcus Rapedius. Deinde actæ Græco Latinoque carmine à duobus Adoleſcentulis, pro tãto in Franconicam rempublicam beneficio ipſi Reuerendiſsimo Principi, ipſius Vniuerſitatis parenti, & fundatori gratiæ, varioque vocum & tubarum concentu, Deo immorta-

libo-

li bonorum omnium auctori hymnus ille ſolennis: Te Deum &c. decantatus. Datum ad extremum ab eodem Reuerendiſsimo in aulâ vrbanâ, quo E. Celſ. honoris cauſa omnes comitabantur, magnificum epulum. Remotis menſis, ſeuocauit Abbates, Decanos, atque Prælatos diuerſorum Monaſteriorum atque Collegiatarum Eccleſiarum, monuitque, vt ſuos ſinguli clericos ad literas hominibus Eccleſiaſticis, ſi vnquam, tum hoc potiſsimum exulceratiſsimo ſeculo, magnoperè vtiles excitarent. Egit & cum ſenatoribus, & conſulibus, qui aderant, vt Academiæ dignitatem, progreſſum, quod maximo ciuitatis commodo fieret, curæ pro virili habere vellent. Ipſis verò nonis Illuſtriſsimo Principe ac fundatore præſente, habita eſt antemeridianis horis in ſocietatis Ieſu collegij ſchola maiore, de pœnitentia diſputatio, circiter horam decimam: ex ea ſchola in vicinam aliam Illuſtriſſimo præeunte ſeceſſum. Ibi ex præſentibus Doctoribus & Magiſtris Academicos ordines condidit, conditis Decanos propoſuit. Theologorum quidem Dominum Antonium Reſchium Suffraganeum; Iuriſperitorum, clariſſimum virum Vitum Gebſerum, Cancellarium; Medicorum, Doctorem Ionam Canonicum noui Monaſterij; Philoſophorum, Michaelem Suppan, collegiatæ Eccleſiæ Haugenſis Decanum. Singuli deinde ordines ſuis cum Decanis, Principis iuſſu, ad Academię Rectorem feliciter eligendum conſilium inierunt.

Vna omnium ſententia & voce ipſe reuerendiſsimus fundator, & parens Vniuerſitatis Herbipolenſis, eiuſdem primus Rector eſt ſalutatus, & aurea epomide vtrumque humerum tegente eſt inſignitus. Moxque in eiuſdẽ collegij templum itum & Hymno ſacro religioſiſsimè Deus, tanti beneficij auctor, delaudatus eſt, omneſque Academici nouo epulo, quod eodem in collegio E. Celſ. apparari mandârat, accepti. Poſtero die, qui Idus Ianuarij octauus erat, eâdem in ſcholâ de animo diſputatum eſt: ſicque Academiæ Herbipolẽſis initium datum eſt.

Quod autem ad ſtudia attinet, omnes in hac Vniuerſitate magna cum ſedulitate, ſinè vlla intermiſsione, à quatuor facultatum publico ſalario conductis, & peregrè euocatis profeſſoribus, liberales docentur ſcientiæ. Claſſes, qui humaniores tã Latinæ quàm Græcæ, accuratiſsimè quotidie traduntur, ſunt quinque. A quatuor liberalium artium magiſtris, diligentiſsimè Philoſophia perdocetur, quæ triennij curriculo circumſcripta eſt, nouo profeſſore nouum quotannis curriculum ineunte. Horum quartus quaſi ſubſidiarius, qui coniunctis claſsibus, nunc Ethica, nunc Mathematica, alternis docet horis. Theologia quoque à quatuor SS. Theologiæ Doctoribus explicatur, quorum duo circa Scholaſticam Theologiam quadriennio expediendam occupantur. Tertio caſuum conſcientiæ (vt vocant) explicatio eodem abſoluenda tempo-

tempore demandata eſt. Quarto interpretando ſacræ ſcripturæ onus incũbit, cuius profeſſio, cùm propter immẽſitatẽ, & profunditatẽ certo aliquo tempore circumſcribi nequeat, ei liberum eſt, reciprocantibus annis, nunc ex veteri, nunc ex nouo inſtrumento, aliquot libros perlegere. Iuriſprudentiæ anteceſſores exiſtunt quinque, quorum vnus Iuris canonici, alter Codicis, tertius Inſtitutionũ, reliqui duo Pãdectarum lectionibus præſunt. Inſtitutiones Iuſtinianeæ ea traduntur methodo, vt quolibet anno abſoluantur, reliqui quatuor ordinarij: ita quoque vniuerſum Ius, inter ſe diſtributum habẽt, vt omnes celebriores, vtiliores atque frequentiores totius Iuris materiæ quadriennali ſpacio prælegantur, præcipui quoque iuris tituli, ordine Pandectarum ſeruato, ſingulis Septimanis die Iouis, à ſecũda poſt prandiũ, in quintã vſque ordine ſuo præſidentibus profeſſoribus, in publico auditorio diſputandæ, diſcutiendęque proponũtur. Tyrones die ſabbathi ijſdem horis in elementis Iuſtiniani diſputatione Inſtitutionum ordinarius exercet. His accedunt repetitiones pro gradibus capeſſendis, diſputationes extraordinariæ, quibus quæuis pro arbitrio Iuris Theoremata diſcutienda aſsignantur, & ſimilia priuata & publica Scholaſtica exercitia.

Profeſſores Medicinæ ordinarij ſunt tres, quibus accedit quartus extraordinarius, qui totum ſuæ profeſsionis curriculum biennio

hâc methodo conficiunt. Vnus Phiſiologiam, & de ſex rebus non naturalibus tractat; alter Galeni de differentijs, & cauſis morborum, & ſymptomatũ libros ſex interpretatur, quibus & de differentijs febrium libros duos, & tractatum de pulſibus, & vrinis (in quantum temporis ratio patitur) ſubiungit; Tertius curationem febrium & morborum particularium profitetur. Extraordinarius æſtate de ſimplicium, & herbarum natura edifferit, hyeme anatomiam, in autumno ad chirurgiã ſpectantia proponit. Tria quoque ab illuſtriſſimo fundatore Academica ædificia ex fũdamento extructa extant: quorum vnum eſt collegium Diuo Kiliano ſacrum, quod quilibet propter eximium ſplendorem Regium alicuius ſummi monarchę potius, quàm collegium iudicaret.

Huic præter Theologiæ, Medicinæ, atque Iuriſprudentiæ ſpatioſiſsima auditoria, & aulas, hypocauſta, aliaque promotionibus, examinibus, Conſilijs, prandijs, ærario, atque alijs Academicis vſibus deſtinata, inſtructiſsima inædificata receptacula: adiectum eſt ſumptuoſiſsimum ſimul & ornatiſsimum Diuinis Apoſtolis dicatum Vniuerſitatis templum. In hoc Kilianæo præter maximam commenſalium frequentiam, nunc quadraginta, nunc quinquaginta partim Philoſophi, partim Theologi, impenſis Reuerendiſsimi prolixè aluntur ſtudioſi, annuo ſumptu centum florenorum in ſingulos conſtituto.

Secun-

Secundum eſt collegium B. Mariæ, in quo pari, ſi non maiori numero humaniorum literarum ſtudioſi, licet victu ac ſumptu tenuiori, à S. Celſ. ſuſtentantur.

Tertium eſt collegium Iuriſprudentiæ, in quo legum atque iuris ſtudioſi recipiuntur, facilioribus expenſis, & maiori ſtudendi cõmoditate, quam paſsim apud ciues excipiantur. Huic ferè vnus ex Profeſſoribus Iuris, auctoritate & exemplo ſtudioſis præeſt, qui eos tum priuatis diſputationibus, ac domeſticis collationibus, tum etiam in menſâ de iure propoſitis quæſtionibus, alijſque ſimilibus medijs exerceat, atque ſtudia promoueat. Accedit his de nouo erectus hortus amœniſsimus & ampliſsimus ſtudioſorum, qui altiſsimis vndiq; mœnibus ſeptus, tribus turribus inſtructis, quarum vna templo ſiue orationi ſacrata, altera refectioni, tertia habitationi ipſius hortulani deſtinata eſt.

Diſsipata hac forma ad exteros, maxima frequentia non tantùm quauis ex parte Germaniæ: ſed & ex omnibus ferè totius Europæ prouincijs atq; nationibus, Italiâ, Galliâ, Hiſpaniâ, Lotharingiâ, Scotiâ, Belgio, Poloniâ, Ruſciâ, Lithuaniâ, adoleſcentes ſtudiorum cauſa, longis itineribus, tanquam ad inſtructã literarum officinam, vndique huc aduolarũt: inter quos Duces aliquot, Comites, & Barones plurimi, Palatinides, & heroum filij Poloniæ copioſi, infinitiq́ue genere & familia nobiles, atque illuſtres alij iuuenes extiterunt.

Francones quoque hac ſui principis magnificentia excitati, ad ſcholas frequẽtes venerũt, tãtũq; operę in ſtudia proximis annis poſuerũt, vt habeãt nunc, & habituri ſint deinceps, ſi velint, plures Celtas, Cuſpinianos, Nauſeas, Naſos, Feuchtios, Clauios, Goltzios, Viros à ſe oriundos, quos hęreticis opponãt, qui quoq; ex Franconia ſua orti, veterũ Francorum auitã fidẽ abuſi literis, impiè prodiderunt. *A* primo fundationis tempore plurimi hinc prodierũt, ac etiamnũ indies emergũt viri doctiſsimi, vt ſatis in omni facultate frequentes teſtantur promotiones. *E* philoſophiâ enim quotannis abeunt Laureati plures. In *I*uriſprudentia iam à decennio ſingulis annis promotiones ad minus tres, ſæpius quatuor, nonnunquam quinque aut ſex extiterunt, in quarum qualibet aliquot ferè poſt accuratiſsima examina, laurea licentiæ aut docturæ donati fuerunt.

In cæteris facultatibus, licet non eodem numero, aliqui tamen, aut Licentiati, aut Doctores quotannis renuntiantur. Quorum alij iam in celeberrimis Vniuerſitatibus, magna cum laude profeſsiones obeunt; alij Cancellarij, officiales & Decani exiſtunt; alij regibus & principibus à conſilijs ſunt; alij in Gallia, Lotharingia, VVeſtphalia, Hollandia, Friſia, Geldria, Cliuia, atque omni ditione Germaniæ, publicis muneribus funguntur, atque reipub. magno cum honore operam ſuam nauant.

Clariſsimus *I*uriſconſultus, *I*uſtinianei Codicis

dicis ordinarius in Herbipolenſi Academia profeſſor,& illuſtriſsimi Principis Iulij Conſiliarius,D.Antonius Salicetus, amicus meus, de præſenti ſtatu illius Vniuerſitatis à me interrogatus,nuper, in hanc propemodum ſententiam reſpondit.Sciebam prius, quòd Reuerendiſsimus & Illuſtriſsimus Princeps omni ornamentorum genere admirandus Iulius eam ſic exornaſſet, vt cum præcipuis Germaniæ Academijs, ædificiorum ſplendore, bonarum literarum gloria, & egregiorum profeſſoru m copia certare poſſet.Herbipolenſis Eccleſia & tota Franconia illum Principem pacis,& libertatis, & bonarum literarum inſtauratorem,ac Patrem Patriæ meritò appellare debeat.Quippe,qui non modò ex grauiſſimis difficultatibus eam eripuit: ſed longè quàm vnquam fuit,florentiorem reddidit,& ſub quo iſtis difficilimis & turbulentiſsimis temporibus,in vera religione & ſapientia, iuſtitiaque,& omnium bonorum affluentia cõquieſcit. Huius autẽ principis ſingularis prudentia,ſynceritas,& in maximis negotijs pertractandis dexteritas,maximè anno 1579.Coloniæ Agrippinæ,in pacificatione Belgica eluxit.Qua ego cum ſtupore, illius virtutes noſſe cœpi,& omnes cordati viri demirabantur. Ideoque Cæſarea Maieſtas in alijs grauiſsimis legationibus & prægnantiſsimis negotijs publicis pertractandis,cum nominis ſui & familiæ ſuæ maxima gloria,& totius ſacri Romani Imperij incredibili fructu,ſæpius vſa fuit.Di-

uina prouidentia retribuat illi longam vitam in terris, & Coronam ſalutemque ſempiternam in cælis.

INGOLSTADIENSIS
IN BAVARIA.

HAnc ex Viennenſi magna ex parte originem ſuam ducere, annales *Viēnenſes* teſtantur.

Valētinus Rotmarus in Academia Ingolſtadiēſi, & Ioānes Croeſelius *Academiæ* eiuſdem Bibliothecarius in *Elogijs* atteſtantur: Quòd Ludouicus Diues Henrici auari filius, ex ingentibus à patre relictis opibus, Academiam Ingolſtadienſem inſtituerit. Qui obierit anno 1479. die 8. Ianuarij cum hoc epitaphio.

Nunc quoque ſed meriti cælo ſtat gratia tanti,
Et poſitus ſuper aſtra heros in pace triumphat,
Aſpectuq́; Deûm fruitur: ſecluſit acerbas
Pectore iam dudum curas, humanaq́; cuncta
Negligit, æthereæ media inter gaudia ſedis,
At bene quas ſtatuit Princeps, nos poſtera turba
Seruemus tantas, veneremur, amemus Athenas,
Promeritisq́; Duci fundamus pectore grates.

Ludouici optimi patris exemplum imitatus Georgius Diues; Collegium nouum, quod ab ipſius nomine Georgianum vocatur, ædificauit, & in eo 12. ſtipendia, pro diuerſis Bauariæ oppidis, piè ac benignè fundauit, & ſalutaribus legibus, ac ſtatutis, quibus Iuuentus

uentus, ad pietatem, integritatem morum, & bonas literas perduceretur, ſapienter muniuit. Obijt anno 1503. die 5. Decemb.

Georgius Zingell Procãcellarius in Georgiano hoc collegio, alia duo ſtipendia fundauit, quibus ſtudioſi eiſdẽ legibus viuerent, eiſdemque commodis fruerentur, quibus Ducales alumni fruebantur. obijt anno 1508.

Martinus Eiſengrein, Superintendens, alia duo ſatis opima collegia adiecit.

VViguleus Hund à Sultzenmos, Præſes Monachij, in ſua Metropoli Salisburgenſi, ea omnia ſimul his verbis cõplexus eſt: anno *1472.* Ludouic⁹ Dux Bauarię inferioris, pręhabito conſilio ac auctoritate Summorum Pontificum, Pij Secundi, ac eiuſdem Succeſſoris Pauli Secundi, primus inſtituit generalem Vniuerſitatem in ſua Ciuitate Ingolſtat, iuxta Danubium, ad formam Vniuerſitatis Viennenſis, ijsdemque priuilegijs: quam dotauit Capella ac Domo Præbendaria, vulgariter Pfrundthauß, quam Ludouicus Dux Bauariæ, dictus Barbatus, ac Comes Martaniæ, agnatus ſuus, paulo ante pro *12.* pauperibus laicis conſtruxerat: quæ adhuc nomen veteris Collegij retinet, vnà cũ ſuis redditibus ac cẽſibus, nec non illis, quæ præfatus Dux Ludouicus Ingolſtadienſibus pro 12. Choralibus, qui die noctuque in templo B. Mariæ Virginis, à ſe ex fundamentis magnificè conſtructo,

cto, Sacerdotijs ſignis ac ornamentis pretioſis decorato, Pſalmos alternatim legerent, deſtinauerat. Additis inſuper ijs redditibus, quos fratres Sancti Franciſci ibidem ante reformationem Iure proprietatis poſſederant, cum alijs in fundatione contentis, quæ ad ſuſtétationem Doctorum ac Profeſſorum ibidem ſufficere videbantur: Quorum ab initio non magnus erat numerus, ſcilicet vnius ad minus Theologi, duorum Canoniſtarum, vnius Logiſtæ, vnius Medici, ac ſex profeſſorum Philoſoſophiæ, ac artiũ liberalium, qui tunc Collegiati nominabantur, in ſupra dicta domo ac communi conuictu commorantes: quę ad hęc noſtra tempora, vſq, ad Annũ 1540. ferè durarunt. Erant quoque exigua tum ſalaria Profeſſoribus conſtituta, nempe ad Summam 130. Florenorum, ac infra.

Secundùm primam inſtitutionem tota ſchola in quatuor nationes diuiſa fuit. Prima fuit Bauarica, ſub qua comprehenderetur Bohemia, Morauia, Auſtria, Stiria, Carinthia Sclauonia, Italia, Atheſis, ac Sueuia.

Secunda natio erat Rhenenſis, comprehendens vltra Rhenanum tractum ea parte, qua Argentoratum, Spira, VVormatia, &c. ſunt ſita.

Tertia natio Franconica, ſcilicet Francorum, Haſſorum, Vveſtphalorum, Turingorum, Anglorum, Danorum, Noruuegiorum, & Sueuorum.

Quarta natio Saxonica, complectens Saxones,

nes,Miſnios, Sileſios, Luſacios, Marchiam Brandenburgenſem,Pomeranos,Stetinenſes, Grunlandios,ac vicinos Oceano Septentrionali,Pruſsios,Ruſcios,Lithuanos,Samagitios, ac Polonos. Quælibet harum nationum ſuũ proprium habebat Procnratorem cum poteſtare ſingulis ſemeſtribus Rectorem eligendi.Hæc ex ſcholis Italiæ ac Galliæ profecta nationum ac procuratorum diſtinctio,nobis in Germania minus apta,ſtatim abolita; ac in Senatum Academicum tam Rectoris eligendi,quàm omnis reliqua poteſtas, reiecta eſt: Creuit quoque paulatim numerus Profeſſorum,ac Scholarum,vna cum augmento ſalariorum ac reddituum, quibus ex decima Eccleſiaſticorum prouentuum, conſenſu Summorum Pont. iam altera vice impoſita, non leuis acceſsio facta eſt.Cancellarius Vniuerſitatis à S. Pont.delectus eſt Ordinarius loci, Epiſcopus nempe Aichſtetenſis, qui ſuum vicegerentem ſeu vice cancellarium Ingolſtadij habet, vnum, ac illum quidem præcipuũ Theologiæ Profeſſorem.

Georgius Dux Bauariæ, Filius Ludouici prædicti,confirmans & ſubſcribens patris inſtitutioni,adiecit ac conſtruxit aliud collegium,quod nouum,ſeu Georgianum,prope vetus vocãt:In quo ſub Regente pauperes ſcholares à Ciuitatibus Bauariæ ſuæ ditionis præſentandi, ac alij ſtipendiati, vt vocant,artium liberalium ſtudioſi vſq; ad gradum Magiſterij alerentur.

Albertus

Albertus Dux Bauariæ, piæ memoriæ nuper defunctus, hũc pauperum numerum auxit, diſciplinæ Ieſuitarum, quos idem Dux pio zelo huc collocauit, in veteri Collegio ſubiecit, ac Theologico ſtudio incumbere iuſſit, vt hinc tãquam ex ſeminario ſubinde viri pij ac docti, Parochijs ac Concionibus verbi Diuini præfici poſſent; quia alumni Principis vocantur.

Deficientibus paulatim ac frigeſcentibus alijs Germaniæ Vniuerſitatibus, hæc noſtra Catholica ſchola creſcere ac florere cœpit, præſertim in Theologico ac Iuridico ſtudio. Omnipotens ipſam ad ſui nominis gloriam, ad ſalutem Eccleſiæ ſuæ Catholicæ, ac communem vtilitatem totius Reipub. Chriſtianæ, præſertim noſtræ Germaniæ, quam diutiſsimè florentem ac incolumem conſeruare dignetur, Amen. Hactenus ille.

Vbi quoque fundationem pręſtantiſsimi Collegij *Monachienſis*, anno Domini 1559. per prędictum Principem Albertum inchoatam, & in hunc ſplendorem perductam refert.

De Erneſto Duce ſcribit Vrban⁹ Regius ad Fabrum: Credo equidem te non latere, quanto amore, & benignitate pluſquàm paterna Dux Erneſtus, Bauarorum Princeps Illuſtriſsimus, Gymnaſium noſtrum Angepolitanum foueat, excolat, ditet, vt cum ſummis Academijs contendere poſsit. Eſt enim hic gratiſsima cæli amœnitas aeriſque, quantam nõ facilè alibi repe-

reperias, mira quædam ſalubritas, vt meritò ſtudioſorum ſedes appellari poſsit.

Cæterique Baioariæ Reguli eam ſemper diligentiſsimè coluerunt. In primis verò, Sereniſsimus Albertus Dux Catholicus, eam ſic amplificauit, vt inter celeberrimas Academias Germaniæ numeretur. Nam peculiare Collegium, ab ipſo tanquam fundatore Albertinum appellatum, erexit, & inſigne pædagogium fundauit: adeoque inſignem bibliothecam in omnibus artibus, ſcientijs & linguis inſtituit, quæ cum celebratiſsimis aliorum têporum & locorum comparari queat. Qua forma inſtauratio illa anno Domini 1571. facta ſit, ex ſequenti deſcripto apparet.

RECTOR, CAMERARIVS ET SENATVS ACADEMICVS benigno Lectori S.

Scholarum publicarum inſtitutum, apud omnes omnium gentium populos, rectè inſtitutos, tum perantiquum eſſe hiſtoria docet, tum plus quàm neceſſarium ratio conuincit, & euincit. Si enim diuinus ille Plato pro ſuæ ſapientiæ lumine rectiſsimè cenſuit, nullo alio tam gaudere, ac affici Deos, quàm multitudinis hominum in vnum populum cõtractæ Repub. bonis legibus, ac moribus rectè conſtituta: quàm nos gratas Deo iudicabimus ſcholas publicas, hoc eſt docentiũ ac diſcẽtiũ cœtus publicos: in quibus nulli alij rei, quàm artiũ liberalium, ac altiorũ diſciplinarum ſtudio, &, vt ſummatim dicamus, diuinarum ac humanarum rerum ſcientia, in literario otio liberaliſsimè maxi-

meq;

meq; ingenuè vacatur. Vnde tanquã ex ſeminarijs vtriusq; rei, hoc eſt, Eccleſiaſticæ & Politicæ rectè gubernãdæ idonei adminiſtri haberi ſemper ac depromi poſſunt. Quod ſanè dũ prudentiſsimè olim expẽderẽt Chriſtiani orbis Reges ac Principes, præ cæteris ſeculis ſub id maximè tẽpus, quo in Occidentis imperio Catholica Romana Eccleſia à perſecutionum procellis pacatior eſſe cœpit, ad erigendas ſcholas publicas, in ſuis quique regnis & prouincijs certatim contenderunt. In quo laudatiſsimo æmulandi genere, inter reliquos Chriſtiani orbis proceres, Germanicorum Imperij Principum, & inter hos rurſus Boiariæ noſtræ Illuſtriſsimorum Ducum, præcipuum ac regium planè enituit ſtudium. Hanc enim ſcholam Ingolſtadienſem olim feliciſsimis auſpicijs fundatam, ac regali munificentia ſemel dotatam liberaliſsimè ſemper hucuſq; auxerunt atq; conſeruarunt. Qua in re non tãtum de ſuæ prouinciæ hominibus, ſed etiam vniuerſo Germaniæ Imperio publicè bene meruiſſe iudicandi ſunt. Ex noſtra enim ſchola (abſit inuidia & iactantia dicto) tãquam ex equo Troiano tot ſemper prodiêre viri docti, vt iam ferè in orbe Germanico, ne quicquã interim de exteris dicamus, nulla Eccleſiaſtica vel ſecularis Reſp. floreat, in cuius Curia non noſtræ ſcholæ alumnus vnus pluresue, rebus gerendis ac conſultãdis aſsideant, vel etiam præſideant. Hanc igitur artiũ & diſciplinarum famigeratiſsimam officinam, ac doctorum virorum altricem optimam ſcholam, tanquã prouinciæ ſuæ ſingulare κειμήλιον, Sereniſsimus noſter Dux Catholicus, pro ſuo in vtramq; Rempub. regio ſtudio, imprimis ſartam tectamq; dum cuperet, curauit nuper clementiſsimè, ſtudium noſtrum Vniuerſale,

uerſale, pro temporum variantium ratione, proq́ optimo diſcentium progreſſu reformari. Quam diſcendi, docendiq́ formam, ac normam hic expreſſam, voluimus etiam typis euulgari, vt quinam, quasq́ lectiones, qua methodo, quoue diſcentium ſperato fructu docerent, tāquam in ſpeculo cerni poßit, pluresq́, qui forſan ſiniſtriore de nobis noſtraq́ ſchola, maleuolè fama ſparſa, deterreri potuiſſent, benignè à nobis inuitarentur, dum hoc ſcripto publico teſtatum facimus ac confirmamus, etiam diuerſæ ac à nobis diſſentientis religionis hominum filios, cuiuſcunq́ ſtatus, conditionis, ac ætatis ſint, poſſe tutò liberrimeq́, apud nos hic in ſtudio verſari, accedere, recedere, ac dum hic agunt, artibus, linguis, diſciplinis, & facultatib. quibus velint, & quandiu velint, ſtudere: ac cum ſummo docentium ac ſcholarcharum patrocinio & fauore omnibus ſtudioſorum priuilegijs, plenè vti & frui, extra omnem examinis, ac fidei ſuæ profeßionis aleam, ſeu etiam inquiſitionis periculum, dummodò in Eccleſiaſticam rem noſtram, tāquàm alienam meſſem, quod etiam ius, ratio, ac omnium quoq́ aduerſantis religionis prouinciarum ac ſcholarum conſuetudo non admittit, falſem ſuam curioſius non immiſerint, ſed quæ ſtudioſorum propria ſunt, rectè curauerint. Quod tibi benigne lector, pro noſtra omnium, ſcholæq́ noſtræ ac Reformationis benè fideliterq́ inſtitutæ excuſatione, publicato hoc ſcripto publicè conſtare voluimus. Datum in ſenatu noſtro Academico 13. Martij. Anno reparatæ ſalutis ſupra ſeſquimilleſimum, ſeptuageſimo primo.

ORDINARIARVM PRAELECTIONUM, *exercitationum & Profeſſorum Theologorum, in celebri & Catholica Academia Ingolſtadiana Elenchus.*

IN Sacroſanctę Theologię ſtudio cum multa ſunt, quæ iure commendari poſsint: tum illud poſtremum cenſeri meritò non debet, quod ex publicis prælectionibus, & exercitationib⁹ Theologicis, maximos fructus percipiant illi, qui vel cōcionandi muneri vel prę-legendi officio aliquando vacabunt. Nam cũ in pertractatione Theologicorum ſtudiorũ plures grauiſsimæ materiæ ſtudioſè ac diligē-ter diſcutientur, habebit diligens auditor ad omnem ſui officij partem præſidia certè maxima. Quod autem ad has lectiones attinet, ſic ſeſe habent.

Prima lectio verſabitur in Scripturarum Sacrarum veteris Teſtamenti explicatione: cui cùm per publica licebit negotia, præerit Reuerendus ac Magnificus vir D. Martinus Eiſengreynius, Eccleſiæ Cathedralis Paſſauienſis, & Collegiatæ Oethingenſis Prępoſitus, nec non almæ huius Academiæ Patronus ac Procancellarius. Porrò in gratiam eorum, qui ob inopiam rei familiaris in hoc Theologiæ ſtudio diu ſatis hærere non poſſunt: in initio ſuarum pręlectionum breue quoddam totius Theologiæ compendium proponet: vt habeant futuri Sacerdotes facilem & ſuccinctam admi-

adminiſtrandorum Eccleſiæ Catholicæ Sacramentorum rationem.

Altera Sacræ ſcripturæ lectio erit Noui Teſtamenti: quam profitebitur D. Rudolffus Clenckius S. Theologiæ Doctor & Iuris vtriuſque Licentiatus. Et hoc quidem primo reformationis anno, grauem illam D. Pauli ad Romanos Epiſtolam explicabit: Qua perfecta eiuſdem Apoſtoli Epiſtolas, aut aliam noui Teſtamenti partem tractandam ſuſcipiet. In his quidem duabus ſacræ Scripturæ prælectionibus, ita verſabuntur Doctores, vt & loca ſacræ ſcripturæ præcipua, & controuerſiæ de fide, ac Chriſtiana religione, tractata & explicata, diligenter habeant ſtudioſi auditores, vt oppugnatoribus religionis ac veritatis, diuinarum literarum præſidio reſiſtere fortiter poſsint.

Et quoniam ſapientum omnium & doctorum hominum iudicio ſacrarum literarum Profeſſores non ſolùm in ſcripturarum interpretatione, ſed & in Gymnaſtica Theologia occupari publicè debent: Laudatum Hiſpaniorum & Italorum atq; adeò veterum Germaniæ Theologorum exemplum ſecuti Profeſſores, Theologorum Scholaſticorum ſcriptis explicandis, hoc ordine vacabunt.

Prima inter ordinarias Scholaſticas prælectiones, eſt primæ partis D. Thomæ: qui cũ de Vniuerſis Theologię partibus egregio certè ordine, & ſingulari eruditione ſcripſerit,

hanc Theodorus Peltanus S. Theologiæ Doctor explicabit.

Altera lectio Scholaſticæ Theologiæ eſt tertij Sententiarum, quam Hieronymus Torrenſis S. Theologiæ Doctor interpretabitur. ea abſoluta, reuertetur porrò idem ad intermiſſam D. literarum interpretationem.

Tertia, eaque poſtrema eſt, Primæ ſecundæ partis D. Thomæ, quam D. Albertus Hūgerus S. Theologię Licentiatus accuratè & diligenter perſequetur.

Cæterū quòd Eccleſiæ neceſsitas ſit maxima, ne ſtudioſis Theologię aliqua ex parte defuiſſe videamur: vnus Theologorum Dominicis & feſtis diebus, cæteriſque, quibus ab ordinarijs prælectionibus vacatur, ex Patrum & Pontificum ſanctionibus, ea priuatim explicabit, quæ in frequentiori interioris fori vſu potiſsimum verſantur.

Habebunt Theologiæ auditores frequentes, tam publicas, quàm priuatas diſputationes & exercitationes. In illo verò Collegio Theologico, quod Illuſtriſsimus Princeps pro ſua inſigni liberalitate, & ſingulari in Chriſtianā religionem amore magnis ſumptibus iā dudum extruit, & iā penè abſolutū cernit, quotidie diſputationes & repetitiones inſtituentur, quas ijs etiam adire licebit, qui extra Collegium habitauerint.

Verùm cùm maximi referat, vel ad retinēdam auitam religionem, vel ad eandē inſtaurandam, habere pios & eruditos Paſtores, & Con-

Concionatores, curabitur ſedulò, ne adultioribus deſint occaſiones Latinè & Germanicè declamandi, & concionandi. Nec quicquam omnino omittetur, quod ad rem Theologicam promouendam quouis modo facere videbitur. Fortunet Deus opt. Max. hos pios noſtros conatus.

ORDO ET RATIO PRAELECTIOnum publicarum, Et Nomina Profeſſorum Collegij Iuridici Almæ Vniuerſitatis Ingolſtadienſis.

LEctiones in vtroque Iure, tum ex ſtatutis Collegij, tum ex laudabili ac diuturna cōſuetudine ſic inſtitutæ ac diuiſæ ſunt, vt ordini legendi, qui in Italicis Gymnaſijs ſeruatur, per omnia, vel quàm maximè fieri poteſt, reſpondeant. Quod à maioribus noſtris eo conſilio introductum, vt ſtudioſi Iuris, qui ex hac ſchola in Italiam quandoque proficiſcuntur, ibi non eaſdem, quas hic audiuerunt, materias denuò audire cogantur (id enim tędioſum nō minus, quàm graue & ſumptuoſum eſſe ſolet, ijs præſertim, qui & expenſarum & temporis rationem habendam cenſent) Sed eò peruenientes, ſtatim inueniant Profeſſores omnes tractantes materiam nouam in ordine noſtro ſubſequentem, vt quam hic, ſi manſiſſent, audituri fuerant, in Italia, prius auditis coniungant atque continuent, quo ſeruato perpetuo hoc ordine, ſtudioſis Iuris, qui iam principia huius ſcientiæ ex Inſtitutionibus Imperialibus fideliter hauſerunt, facilè ſit, Curſum to-

tum ordinariarum Lectionum in vtroq; Iure quadriennij ſpacio abſoluere.

Prima eſt autem ordinaria Canonum prælectio, in Libris decretalium, ex quibus ea potiſsimum legi conſueuerunt, quæ ad praxim Vtriuſque fori ſpectant, & in vſu quotidiano ſunt frequentiſsima. Hanc lectionem in æſtate hora octaua, in hyeme verò hora nona antemeridiana profitetur Nicolaus Euerhardus I.V. Doctor, Et Illuſtriſsimi Principis noſtri Conſiliarius, ac pro tempore Collegij Iuridici Decanus, qui nunc verſatur in interpretatione celeberrimi illius c. quoniam contra falſam. ex. de probatio. in quo velut ſumma & compendium quoddam traditur totius proceſſus Iudiciarij. Eo finito, ſequentes materias docebit, nimirum de teſtibus, de fide Inſtrumentorum, de Iureiurãdo, de exceptionibus, de præſcriptionibus, de ſententia, & re iudicata, de appellationibus, & quæ in ordine ſunt reliquæ.

Altera lectio eſt ordinaria matutina, quam in æſtate hora ſexta, in hyeme verò mane hora ſeptima docet Clariſsimus Vir Dominus Bartholomeus Romuleus Florentinus I.V. Doctor II. profeſſor Primarius, Protonotarius Apoſtolicus, Comes Palatinus & Eques, atque pro tempore huius Almæ & celeberrimæ Vniuerſitatis Rector Magnificus, qui diuerſis in lucem editis tractatibus, quales ſunt tractatus de omni homicidij ſpecie, de Mora, de iure accreſcendi, de Conſtituto poſſeſſorio, de

Teſta-

Teſtatorum præceptis,quibus vetatur,qui relatus eſt in primo tractatuum tomo diuerſorum recentiorum nuper excuſo, diuerſisque alijs in varias leges exactiſsimis commentarijs,tam ſibi celebre comparauit nomẽ, & profitendi gloriam, vt nuper conditionibus honeſtiſsimis,& ampliſsimo ſalario inuitatus ſit ad profitendum in antiquiſsima & celebri Etruriæ Academia Piſana. Qui hoc Anno LXXI. ſuſcepit interpretari nobiliſsimam & vtiliſsimam in Iudicijs circa libellorum materiam l.edita C.d. eden. cui ſubiunget titulũ de pactis,de quorum fontibus & origine ante aliquot annos edidit elegantem ſummam, deinceps verò occupabitur in explicatione quotidianæ & vtiliſsimæ tranſactionum materiæ: Anno verò ſequenti nimirum LXXII. aggredietur Deo volente ex prima parte ff. Vete. Iuriſdictionum & Imperij materiam. LXXIII. redibit ad ſecundam partem Codicis, ex qua bonorum poſſeſsionum & teſtamentorum,ac vltimarum voluntatum materiã,in qua plura ſcripſit, proponet. LXXIIII. Anno ad ſecundam partem ff. veteris ab eodẽ veniet explicandam.Quibus abſolutis de more Italicarum Academiarum ad curſus enarrati principium redeundum erit.

Tertia eſt lectio ordinaria pomeridiana, quam à prandio hora ſecunda profitetur Clariſsimus vir Dominus Caſparus Lagus. I. V. Doctor,& Illuſtriſsimi Principis noſtri Conſiliarius. Is hoc Anno LXXI. verſabitur in tra-

ditione optimarum & vtiliſsimarum quarũcunque materiarum,& legum,quæ habentur in prima parte Infortiati. Anno *LXXII.* ſubſequenti, primam partem Digeſti noui aggredietur. Anno *LXXIII.* ſecũdam partem Infortiati. Anno verò *LXXIIII.* ſecundam partem Digeſti noui explicabit, eoque abſoluto per ſubſequens proximum quadriennium ab Anno *LXXV.* vſque ad finem Anni *LXXVIII.* eundem curſum eo, quo iam dictum eſt, ordine denuò incipiet ac finiet, ſicque deinceps annis reliquis.

Quarta eſt ordinaria lectio Inſtitutionum, quæ hora duodecima pomeridiana prælegitur per Clariſsimum virum Dominum Georgium Euerhardum *I.V.* Doctorem, qui hoc tempore verſatur in explicatione Tituli de actionibus, quo finito redibit is ad titulum de rebus Corporalibus & Incorporalibus, eundemque titulum de Actionibus, cum nõnullo gloſſarum & Doctorum apparatu interpretabitur, ac finiet ſecundùm ſtatuta per ſpacium biennij.

Quinta eſt alia lectio Inſtitutionum, textualis, quæ omiſſo apparatu circa textũ maximè & notabilia vel ſingularia, quæ colliguntur ex textu, ſuccinctior eſt & breuiori temporis ſpacio pro Iuris tyronibus abſolui conſueuit, à principio Imperialium Inſtitutionũ, vſque ad earundem finem.

Hanc poſt meridiem hora quarta prælegit Clariſsimus vir Dominus Ioannes Richardus Oſſana-

Oſſanæus Siluæducenſis, I. V. Doctor, & Ducalis Conſiliarius, qui nuperrimè Inſtitutionum interpretationem denuò à principio eſt auſpicatus.

Sexta eſt lectio Codicis extraordinaria & textualis, quam idē Clariſsimus Doctor Oſſanæus hora octaua in æſtate, hora verò nona in hyeme docet, ijs diebus, quibus vel propter vacationes, vel propter feſta Collegij ordinariè non legitur.

Cæterùm quia ſcientia eſt longa, vita autē & tempus breue, Ideo ne horæ vlla in parte inutiliter tranſigantur, receptum eſt, vt triū primarum ac ſupremarum lectionū profeſſores, in partibus Decretalium, Pandectarum, vel Codicis, quæ ſingulis annis ordine ſupra dicto ſingulis obueniunt, non aſtringantur ad omnium & ſingulorum titulorum, capitum, vel legum explicationem (quæ res abſurdam & inutilem quoque infinitatem eſſet paritura.) Sed facultas eis conceditur, ex partibus eorum ordinarijs ſelegendi optimas quaſque, difficillimas, pulcherrimas, & in vſu practico frequentiſsimas materias & leges, in quarum interpretatione ſic illi verſantur, vt eorum auditoribus ſtudioſis, non ſit difficile, aliorū capitum aut legum ſententiam, Doctorumq́; opiniones & argumenta proprio marte aſſequi, ſimilemq́ue ad exemplum eorum, quæ à ſuis Præceptoribus audiuerunt, interpretationem facere.

Lectiones porrò ſumma, qua poteſt fieri,

diligentia continuantur, nec vnquam vacare licet, niſi vel impediat valetudo, vel habeantur in ſtatutis permiſſæ vacationes, quæ tamẽ exiguæ & perpaucæ ſunt, ita vt affirmare liceat, multò plures & frequentiores hîc haberi in Iure lectiones, quàm vllis in Gymnaſijs, neque verò & vacationum tempore ſtudioſis omninò otioſis eſſe licet. Nam codicis prælectio textualis ideò eſt inſtituta, & cùm ordinarij continuis laboribus defatigati, per vacationes nõnihil remittunt, ſeſeque colligunt, habeãt interim ſtudioſi, vel hanc lectionem, qua inſatiabilem diſcendi cupiditatem aliqua ex parte expleant.

Quemadmodum autem Illuſtriſsimus & Clementiſsimus noſter Princeps, hactenus ſumma gratia ſummoque fauore Profeſſores omnes tum vel maximè Iuriſconſultos proſecutus eſt, ita ipſi viciſsim ſummo ſtudio elaborant, vt quàm diligentiſsimè, acutiſsimè, non minori quoque fide ac facilitate ſingula tradant, ſeque ita ſtudioſorum captui & ingenijs accommodent, vt qui vel mediocriter eruditi ſint, magnum ſe fructum ex lectionibus auditis capere ingenuè fateantur.

Omnibus autẽ Iuris auditoribus liberum eſt, imò & à Præceptoribus ſuis ad hoc ſæpè prouocari ſolent, vt poſt lectiones auditas, vel aliquid opponãt, vel ſi quid nõ rectè perceperint, aut aliqua fortè quęſtio ſeu dubium ipſis incidat, interrogent, quibus profeſſores non ſolùm reſpondere tenentur, ſed libentiſ-

ſimè

ſimè id faciunt. Id enim ſummo ſtudio ſibi efficiendum cenſent, vt quamplurimi, & doctiſsimi viri ex ſcholis eorum prodeant.

Exercitia denique in eadem facultate ſunt eiuſmodi, vt præter priuatas, quæ à diligentioribus ſtudioſis inſtitutæ ſunt, etiam publicæ diſputationes & frequentes quidem habeantur. Quibus non ij ſolùm ex profeſſoribus præſident, quibus ex ſtatutis neceſsitas eius muneris incumbit, ſed alij etiam in ſtudioſorum gratiam, priuilegijs ſuis ſpontè renuntiantes, libenter hunc in ſe laborem ſuſcipiũt: adeò vt ſi reſpondentes non deſint, vel temporis iniuria non prohibeantur, ſingulis bimeſtribus, aliquando etiam ſæpius publicæ ſint diſputationes, quæ non paucis abſoluuntur horis, ſed continuantur per integros dies, durantque tam diu, donec nulli amplius inueniantur, qui Theſes propoſitas oppugnare velint. Interſunt autem his ipſis diſputationibus non præſidens tantùm, ſed etiam cæteri vtriuſque Iuris profeſſores, qui tam reſpondenti, quàm alijs ſtudioſis opponentibus animum addere, & argumenta ab ijs propoſita confirmare & vrgere, aliquando etiam, ſi opus ſit, partes ſuas interponere, & incidẽtes difficultates explicare & diſſoluere conſueuerunt.

His nimirum & alijs ſimilibus ſic in vtroque Iure eruditur iuuentus noſtra, vt qui ſeipſum nõ negligit, à præceptoribus ſuis ſe neglectum aut diſcendi occaſionem defuiſſe ſibi, quæri non poſsit.

SERIES

SERIES LECTIONVM ET EXERCItationum in Facultate Medica.

CVm ea ſit horum temporum conditio, vt quæ quondam arctiſsimis inter ſe vinculis erant cõnexa diſciplinarum optimarum ſtudia, peruerſorum quorũdam hominum improbo conſilio multis in locis, aut diſſoluantur aut deprauentur. Mirum profectò non eſt, ſi non ſolùm in hac celebri ſchola cùm conſeruanda, tum aliquo modo reſtauranda Theologiæ ac Iuriſprudentiæ Profeſſores ſuis prǽclariſsimis diſciplinis optimè proſpectũ cupiant, ſed Medicinæ quoque Doctores cõſpirantibus ſententijs in id ſedulò incumbãt, vt vetuſtioris ſolidioriſque medicinæ integritas tam contra prauas vulgi opiniones, quàm aduerſus recentiorũ quorundam apertas calumnias ſarta tectaque aſſeratur.

Quamobrem quod in pleriſque alijs rectè conſtitutis Gymnaſijs laudabiliter obſeruari conſueuit, diligentem in hac quoque Academia poſthac operam nauabunt Medicæ facultatis Profeſſores, vt quicũque nobiliſsimæ iſtius ſcientiæ diſcendæ gratia huc commigrant ſtudioſi, nihil planè deſiderare poſsint, quod ad conſequendã perfectam rei Medicæ cognitionem neceſſarium exiſtimatur. *Tres Medicinæ profeſſores.* Tres igitur futuri ſunt in poſterum (vt & totidem fuerunt hactenus) rerum omnium ad medicã artem ſpectantium aſsidui interpretes, qui, quẽadmodum hucuſq; diligẽtiſsimè factũ eſt, ſum-

ſumma fide, cura ac perſpicuitate totam medendi rationem ita ſuis anditoribus illuſtrabunt, ac familiarem efficient, vt in Philoſophia mediocriter excitati præcipua eius profeſsionis dogmata ad Theorian & praxin accommodata triennio, vel ad ſummum quadriennio cumulatè perdiſcant. Id quod ſtudioſos re ipſa malumus experiri, quàm temerè noſtris aſſentiri pollicitationibus.

Primus D. Ioãnes Lonæus Boſcius.

Primas itaque in hoc pulcherrimo & vtiliſsimo labore partes obtinet Doctor Ioannes Lonæus Boſcius, qui perget in Phyſiologia Medica de ſenſibus: Deinde fauentibus ſuperis auſpicaturus Hippocratem de genitura: de natura hominis, Galenum de arte Medica: De differentijs morborum: de morborum cauſis: de arte curandi, de febribus, de antidotis. Hippocratis aphoriſmos, præſagia: Meſuem de medicamentis purgantibus, Noni, vel Tralliani practicen, Diſpenſatorij examen. De vrinis, de pulſibus, de lepra ſeu elephantiaſi, de catarrho, de calculis & ceteris.

Secundus D. Adamus Landauus Isleuenſis.

Secundum locum in hac Medica claſſe tuebitur Adamus Landauus Medicinæ ac Philoſophiæ Doctor, mediciq; collegij nunc temporis Decanus. Qui quicquid iam longo tempore diuerſis in Academijs Germaniæ atque Italiæ præſtantiſsimorum virorum inſtitutione ſibi doctrinæ vel experientiæ comparauit, id vniuerſum diſcipuls ſciendi cupidis optima fide communicaturus eſt, veterem-

que

que medicinam, quam nõ immeritò Catholicam appellare licebit, ea ſemper explicabit induſtria, vt principiorum eius immota veritas tam huius profeſsionis tyronibus, quàm cæteris vniuerſis auditoribus perſpicuè innoteſcat, falſitas autem medicinæ paracelſicæ principijs quibuſdam imaginarijs extructæ, conſtantibus argumentis ſubuerſa corruat. Enarrabit autem aliquot Galeni, vel Auicennæ libros phyſiologicos de Elementis, temperamentis, Naturalibus facultatibus, & pleroſq; alios, quibus principiorum artis Medicæ perceptio continetur: His anno ſequenti atque etiam tertio Pathologicos quoſdam adijciet, præſertim ſex libros Galeni de locis affectis.

Nonnunquam extraordinariè certis anni temporibus explanabit Dioſcoridem, Vigonis aut Guidonis chirurgiam, vel aliam quãcunque materiam ad anatomes progymnaſmata neceſſariam.

Tertius in locum Ioannis Agricolæ breui ſubſtituendus.

Quia verò Deus Opt. Max. anno ſuperiore Clariſsimum virum Dominum Doctorem Ioannem Agricolam Hammonium Medicũ excellentem ac collegam noſtrum amantiſsimum, ex his mundi miſerijs ad beatiorem vitam euocauit. (Quam ſanè manibus ipſius pijs optamus ac gratulamur) atque viri huius in arte medica perpolienda præclarum ſtudium, & eruditio maxima iam diu partẽ ſcriptis, & in lucem editis monumentis (quorum plurima recenſentur in Geſneri Bibliotheca)

partim

partim profitendi fide atque induſtria ſic viris omnibus doctis paſsim innotuit, vt non parum ſplendoris & ornamenti huic Academiæ laboribus eius egregijs, & nunquam intermorituris acceſſerit: Princeps Illuſtriſsimus propediem in locum ipſius ſurrogabit alium medicum non minus celebrem, qui quæcunque ad bonæ valetudinis curam ac ſtudium requiruntur, vt ſunt ſex libri Galeni de ſanitate tuenda, libri Hippocratis de ſalubri diæta, de victus ratione in morbis acutis, de facultatibus alimentorum, de victu attenuante, de cibis euchymis & cacochymis, huiusque farinæ plures alios vnà cum Galeni libris de differentijs & cauſis morborum ac ſymptomatum, deque nonnullis alijs ad eandem materiam pertinentibus, ampliſsimè diſertiſsimeque expoſiturus eſt. Quod quin breui futurum ſit, non dubitamus. Neque verò ſolùm opera dabitur, vt in doctrinis Græcorum & Arabum diſcipuli quàm accuratiſsimè inſtruantur, vbi finita lectione ſcrupulus aliquis in illorum animis reſidebit, aut de difficilibus ac dubijs auditę doctrinæ locis difficultas exorietur, quam ipſi non ſatis intelligant, liberum erit ſtudioſis planiorem eorum, quæ ſunt ambigua, declarationem à pręceptoribus expetere. Qui ſanè cùm hanc gliſcentem in auditoribus ſuis diſcendique cupiditatem animaduerterint, poſthabitis omnibus negotijs non ſolùm humaniter ijs, quæ diſſentanea videntur, auſcultabunt, verùm ad interroga-

Exercitia Medicorum varia.

Primū quod ſtudioſi finitis lectionibus poſsint proponere dubia.

ta quoque reſpondere, & quicquid perplexum, intricatum aut obſcurum erit, clarius explicare parati ſunt.

II. Diſputationes publicæ. Quin etiam, vt nullus omnino dubitandi locus cuiquam relinquatur, & ea, quæ prælegũtur in ſcholis, certa veriſsimaque eſſe, multorumque inſignium virorum iudicijs approbari conſtet, publica diſputationum exercitia nequaquam intermittentur: Sed ad minus ter ſcriptæ theſes in diſputationem erunt proponendæ, mutuaque argumentorum collatione diſcutiendæ, donec inde veritas eliciatur. Solent autem huiuſmodi literariæ medicorum palæſtrę totum diem, paucis exceptis horis, continuari.

III. Anatomiæ ſolemnes & priuatæ. Cæterùm, ne quid ad abſolutam corporis humani locorumq; laborantium cognitioné deeſſe videatur, Anatomen ſeu diſſectionem artificioſam tam maris, quàm fæminæ, nec nõ interdum ex incognitis abſtruſiſque morbis mortuorum corporum, aut etiam brutorum quorundam animalium, vt ouis, canis, porci, ſimiarum aut cercopithecorum viuam inciſionem profeſſores, quandocunque temporis ſeſe dabit opportunitas, ad oculum ita clarè demonſtrabunt, vt harum rerum ſtudioſi adoleſcentes partiũ ſingularum conformationem, texturam, ſitum, magnitudinem ſub-

Artificium incidendi. ſtantiam, connexionem exactiſsimè perluſtrare poſsint. Quòd ſi diligenter & animũ & oculos adhibuerint, eadem opera veram ſecandi corpora rationem non niſi medicis exerci-

ercitatiſsimis in hac arte cognitam atque perſpectam, à Tonſorib⁹ verè pleriſq; prorſus ignoratã, perdiſcẽt. Videbũt etiam præter illud exquiſitiſsimũ artificiũ ſecãdi in hac corporis humani pulcherrimæ fabricæ orthotomia, quãto ſtudio ac ſolertia ſit op⁹, cùm ad venas, & arterias, & neruos probè diſſoluendos, tum quoque ad diſiungendas arctiſsimas oſsium compagines, eaſque ſic præparandas, ne epiphyſes illorum abſcedant, aut ſuturæ planè dehiſcant, aut aliqua alia inconcinna deformitas ſceleto ex oſsibus ijs reædificando concilietur. Quemadmodum in hunc vſum iamdũ ante paucos annos elaboratiſsimũ corporis ex oſsibus humanis compacti ſimulachrũ fabrefactum extat, quod ſtudioſi nõ ſolùm in auditorio medico, quotieſcunq; volunt, contẽplari, oſsiumq; colligationes, numerũ, figurã, cæteraſq; qualitates ad ſatietatẽ inſpicere & obſeruare poſſunt, verũ etiã ſingulis annis, eo maximè tempore, quo ſolennis Anatomia monſtrabitur, elegans illa oſsium compago publicè erit declaranda, vt eò facilius muſculorũ ortũ, baſin, proceſſum ac finẽ, cæterarũq; partiũ ſedes & connexiones Anatomię ſpectatores percipere valeãt. Quæ quidẽ Anatomes exercitia & oculis ſubiectę demõſtrationes maximum in arte medica habent vſum, potiſsimum verò frequens illa diſſectionum inſpectio chirurgicẽ, (quę vt antiquiſsima, ſic certiſsima medicinæ pars exiſtit) promouet ac illuſtrat, ſiquidẽ eius præcipuũ officiũ ver-

ſatur in vulnerum, vlcerum, luxationum, fracturarum, tumorumque ſedibus accuratè cognoſcendis. Qua in parte quantum ab hominibus nonnullis imperitiſsimis hoc tempore delinquatur, quotidiè manifeſti & craſsiſsimi illorum errores oſtendunt.

Eos autem vel non animaduertere, vel nõ poſſe corrigere & emendare, Medicis profectò valdè probroſum eſt. Proinde vt hanc fœdam ignominiæ notam medicinæ ſtudioſi tam ſibimetipſis, quàm vetuſtiſsimæ arti nõ aſpergant, optimi profeſſores vnicè poſthac cauebunt.

Vtiliſsimum quoq; & Medicis omnibus apprimè neceſſarium & mirabili cum voluptate coniunctum rei herbariæ, lapidum, totiusque materiæ medicæ ſtudium, quo nihil vnquam à mundi origine ſplendidiorem iucũditatis ac vtilitatis opinionem, maioremq; dignitatis laudem apud præſtantiſsimos quoſque homines promeruit, hoc pacto Medicorum opera reſtaurabitur, vt diligentes & ingenioſi diſcipuli optatiſsimam ſint habituri occaſionem ſtudium illud ſtrenuè tractandi & excolendi. Præter lectiones enim de hac materica publicas opportunis anni tẽporibus eos ſubinde in apertos campos, ſyluas, montes, aliaq; cõmoda loca, vbi præclaræ, nec vbique locorũ obuiæ ſtirpes pullulant, producemus, illisq; monſtrabimus diuerſi generis arbores, frutices, ſuffrutices, herbas. Audemus enim verè hoc affirmare, vix in Germania Gym-

naſium

naſium vllum inueniri, cuius amœnior exiſtit ſitus, vbi temperies aeris ſalubrior, plantarumque non ita vulgarium maior vbertas, quàm eſt Ingolſtadium. Nam vndequaque ciuitatem hāc in planiſsimo loco poſitam ambiunt, æquo ferè ſpatio diſiuncti colles optimis ac rariſsimis ſtirpibus referti. Nec deeſt commoditas in alijs etiam adiacentibus locis non cliuoſis, imò fertilioribus perquirendi innumeras plantarum differentias. *Etenim* paluſtria loca *S*cordium, Lyſimachiam luteam & purpuream, hydropiper, nymphæam triplicem, ſparganium, ophiogloſſum: *Mon*toſa Chamędryn veram, polium montanum, fraxinellam ſeu dictamnum album. Gentianam, Amelum: Cāpeſtria *S*curzoneram, Peucedanum, Rhamnum, oxyacantam, chamepytin, Chamędryn fęminam, vt alias innumerabiles ac inſigniores plantas omittamus, copioſiſsimè ſuppeditant. His exercitaeionibus accedent aliæ non minus vtiles, nimirū quòd ſtudioſi nō ſolùm domi in viridarijs pulcherrimè cultis & ingenti ſtirpium peregrinarum varietate perornatis, ſed etiam in ſcholis plātas plurimas chartis agglutinatas cognoſcendi habebunt facultatem. Quando inſuper, vt non rarò contingit, in iſta plantarum ſolenni perueſtigatione conſpiciēdæ ſe offerent animātes, feræ, volucres, piſces, amphibia, de his omnibus magno diſcipulorum fructu diſputabitur. Hæc enim rerū ſingularium αὐτοψία longè plus vtilitatis adfert, quàm quæ ſolam

Horti Ciuitatis

Plātæ chartis affixæ.

Animaliū notitia.

exprimunt ſuperficiem, pictæ delineationes, aut etiam fictę contemplationes. Si verò quis metallorum lapidumque notitiam expetat, nuſquam ferè cogitari poteſt, quod non aut mõſtrari, ſi petatur, aut verbis explicari queat harum rerum ſtudioſis diſcipulis.

V. Pharmacopoliorum luſtratio. Porrò cùm non ſatis ſit medicinæ ſtudioſo vernaculas & huius loci proprias ac genuinas ſtirpes exactè cognouiſſe, ſed peregrinorũ quoque ſimplicium ac compoſitorum medicamentorum naturas eum inquirere oporteat, quotannis inſtituetur præſentibus Medicinæ ſtudioſis vtriuſque pharmacopolij in hac vrbe perluſtratio. Tunc autem de vera legitimaque componendi pharmaca ratione, de antiballomenis, de nouo quodam mirificoq; deſtillandi artificio, de materiæ medicæ corruptione, adulteratione, integritate, aſſeruatione, valore, pretio, cæteriſque ad pharmacopoliorum conſtitutionem pertinentibus officijs plurima vltrò citroque dici ac conſiderari immenſa ſtudioſorum vtilitate conſueuerunt.

VI. Praxis medica. Poſtremò, quis dubitet ea, quæ hactenus prolixè commemorata fuêre, huc omnino referri, vt miſeri ægrotantes à morbis liberẽtur, qui ſani ſunt, conſeruẽtur? Vt igitur vſum rerum & experientiam, quam πρᾶξιν vulgò vocant, medicinæ candidati hac etiam noſtra in ſchola ſibi comparent, id, quod in *A*cademijs *I*taliæ & Galliæ more receptum eſt, hîc quoque in poſterum obſeruabitur, vt qui iam

aliquo-

aliquouſq; progreſsi ſunt in arte medica diſcipuli, ſi velint, ad ægros varijs laborãtes morbis quaſi manuducantur, & non ex libris tantùm, ſed αὐτοψίαν & aſsidua rei pręſentis obſeruatione, quid in morborum methodicis curationibus agendum ſit, intelligant, & vſu quotidiano deprehendant. Quin etiam ex inſpectione eorum, qui de Elephantiaſi ſuſpecti ſunt, & medicorum cenſuræ ſæpe ſubijciuntur, multum commodi percipient artis medicæ alumni, modò huic examinationi ſemper interſint. *Lepr. inſp.*

Atque hac conditione medicum ſtudium poſthac in Gymnaſio noſtro docebitur, vt re ipſa ſtudijs addicta iuuentus intelligat, ſe non minorem hîc fructum capere poſſe, quàm ſi ad remotiſsimas Europæ ſcholas grandibus expenſis, ſummoque vitę diſcrimine diſcendę medicinæ gratia proficiſcatur.

RATIO PRAELECTIONVM ATQVE Exercitationum Collegij Philoſophici, in Catholica atque inclyta Ingolſtadienſi Academia.

PHiloſophiæ cognitio cùm ad omnem vitæ partem inſtituendam, tum, ad Theologiæ præclarum ſanè ac Diuinum ſtudium, cæterasque doctrinas percipiendas apprimè ſit neceſſaria, debet à nobis hæc pars eò ſtudioſius ac diligentius abſolui, vt Philoſophię ſtudioſi deſideratos & expectatos fructus, iu-

cundiſsimè tandem aliquando percipere queant. Quare vt reliquarum doctrinarum, ſic & noſtræ profeſsionis Philoſophicæ rationem perſpectam ac planè cognitam omnibus eſſe cupimus, quò intelligant omnes, quid in hiſce Philoſophiæ ſtudijs à ſingulis profeſſoribus in hac publica Ingolſtadienſi Academia pertractetur.

I.D. Ioannes Lonæus Boſcius Mathematicus.

Prima itaque Philoſophici Collegij lectio eſt Mathematica, communis quidem omnibus Logicæ ac Phyſicæ & reliquis ſtudioſis. Quam accuratè ſanè & diligenter prælegit D. Ioannes Boſcius Medicinæ Doctor: declaraturus Spheram Ioannis de Sacrobuſto Procli, & propriam nouam, Geographiam Henrici Glareani, & nouam ſuam, Theoricas Planetarum Purbacij, Euclidem, Ptolemæum, Inſtrumentorum Mathematicorum fabricam ac explanationem &c. Librum de mathematicis figuris & menſuris à ſe conſcriptum. Arithmeticam Gemmæ Friſij &c.

Altera in illa Philoſophiæ parte, quę de vita & morib. agit, verſatur. Hanc interpretatur Dominus Vuolfgangus Zettelius artiũ ac Philoſophiæ Magiſter, huius Academiæ Camerarius. Abſolutis Ethicorum ad Nicomachum libris, eiuſdem Ariſtotelis Oeconomica & Politica, cæteraque ad hanc Philoſophiæ partem ſpectantia perſequetur.

In pertractãdis Philoſophiæ naturalis partibus, duo Profeſſores publici diebus ſingulis horas duas occupantur. Paulus quidem Vi-

zanus

zanus Bononienſis, artium ac Philoſophiæ Magiſter in ſecundo Ariſtotelis de Anima libro verſatur: Alterum perſecuturus vnà cū Metaphyſica Ariſtotelis.

Libros verò Phyſicorum Ariſtotelis Ioannes Vicæus Anglus, artium ac Philoſophiæ Magiſter, prælegit. Quibus perfectis eiuſdem Ariſtotelis libros de Cælo, de ortu & interitu, de Anima & Metaphyſicorum explicandos ſuſcipiet: vt Philoſophiæ candidati pertractatis omnibus Philoſophiæ partibus, nihil amplius iure deſiderare poſsint.

Verùm quoniam in reformatione huius facultatis noua quædam curſus Philoſophici ratio introducitur, frequentia tamen & vſitata in vetuſtiſsimis Galliæ Hiſpaniæ & Germaniæ Academijs: Paulò altius nobis eſt explicanda, vt intelligant omnes, quid huius Academiæ Profeſſores in hac Philoſophiæ pertractatione ſibi propoſitum habeant.

In curſu Philoſophico prælegendo tres diſtincti Profeſſores diebus ſingulis in ſeparatis auditorijs legentes præerunt: Logicus vnus, Phyſicus alter, tertius Metaphyſicus. Logicus (quod felix fauſtumque ſit huic noſtro collegio Philoſophico) prælectionibus initium dabit ad feſtum D. Lucæ præſentis anni ſeptuageſimi primi, præmiſſa prius ad faciliorem Logicæ Ariſtotelis intelligentiam Dialectica introductione ſeu compendio: Explicata Logica, idem atque ijſdem auditoribus illa quæ ſunt ſecundi anni curſus Philoſophici ex-

ci explicabit : Qualia ſunt octo Phyſicorum libri Ariſtotelis, quatuor de Cęlo, Meteorum itidem quatuor. His perfectis tertium annum curſus cum ſuis auditoribus ingredietur. Et duos de ortu & interitu, de Anima tres, cum prima Philoſophia Ariſtotelis explicabit. His perfectio & abſolutio curſus Philoſophici potiſsimum continetur. Et quoniam in explicanda Philoſophia tres occupari debere Profeſſores diximus, Logica abſoluta, alter Logicam incipiet: Idem de Phyſica & Metaphyſica intelligi volumus: Atque ſic tres quotidie Magiſtri præter Mathematicarum diſciplinarum & Moralis Philoſophiæ Profeſſores duas horas ſinguli, locis & auditoribus diſtinctis Philoſophiam interpretabuntur. Ita vt quicquid in hoc genere ab alijs explicari ſolet, tertio ſemper quoque anno ſtudioſè ac diligenter perficiatur : Quod commodiſsimum auditoribus forè ſperamus. Nam qui emenſo Philoſophiæ curſu aſsidui atque perpetui auditores fuerint, & egregios in eruditione progreſſus fecerint: vel qui aliundè huc venient, publicè Magiſterij Philoſophici Laurea ornabuntur.

In explicando Ariſtotele eam ſeruabimus rationem, quam plus commodi allaturam ſtudioſæ iuuentuti ſperamus, & quæ optimi Ariſtotelis interpretes Gręci & Latini ad illuſtrandum explicandumq; Ariſtotelem ſcripſerunt, ita adferemus, vt nec rerum multitudine

dine terreantur auditores, nec obſcuritate ab hoc ſtudio auocentur.

Habebunt frequentes Philoſophi de prælectionibus publicis diſputationes, quæ ſingulis hebdomadis inſtituentur præter illas, quas generales vocant. Et cùm in his exercitationibus multum referat exerceri Philoſophiæ ſtudioſos, dabimus operam diligentem, vt ex hac ingeniorum concertatione loca Ariſtotelis difficiliora, nec ab auditoribus probè ſatis intellecta, quàm maximè illuſtrentur.

In Collegio porrò nouo percrebræ etiam erunt diſputationes & repetitiones, quas etiá illi adire poterunt, qui foris habitant. Quæ omnia maximos certè fructus omnibus allatura omninò confidimus: dum ex hoc ſtudio Philoſophi præclarè docti, vel ad Theologiæ ſtudium, vel Iuriſprudentiæ, vel Medicinæ paratiores ac doctiores accedant. Fortunet hoc noſtrum ſtudium Pius Dominus, ad Chriſtianæ religionis vtilitaté, & Reipublicæ Bauaricæ commodum.

RATIO ET ORDO EORVM QVAE extra Pædagogium in Hebræis, Græcis, & Latinis ordinariè ac publicè explicantur.

VErùm ne quid ad ſolidam perfectamque eruditionem comparandam, & in omni officiorum genere prudentiam conſequendá iurè deſideretur, grauiores, eoſque illuſtriores hiſtoricos, tum Græcos, tum Latinos, atq;

Poetas publicè interpretari & explicari curabimus. Neque in his Hebrææ linguę cognitio, cuius certè præclarus vſus eſt in ſacris libris veteris Teſtaméti interpretandis, omittetur: quæ ordinem ſequentem obtinebunt.

*P*rima Lectio erit hiſtoriæ Latinæ, quę aſſignata eſt ſpectabili viro D. Ioanni Lyreſio, artium ac Philoſophiæ Magiſtro, & Collegij Philoſophici pro tempore Decano, qui vt totius Romanæ hiſtoriæ guſtum præbeat primo *L. Flori* viri eruditiſsimi *E*pitomen, tum T. Liuium hiſtoriæ facilè principem enarrabit.

Laurentius Sifanus.

Altera eſt Græcæ linguæ: Hanc adminiſtrat Clariſsimus vir Sifanus Prundfeldius *I.V.* Doctor, qui cum in *X*enophontis interpretatione præclarè modò & induſtriè verſetur, poſtea vel Thucydidem ſua lingua loquētem, vel alium inſignem Græcum hiſtoricum aut poetam accuratè interpretabitur.

Philibpus Menzelius.

Tertiæ, quæ poetices profeſſura eſt, præclaram nauat operā D. Philippus Menzelius Sandfehenſis, qui, vt in *Æ*neide *V*irgilij explicanda verſatur: ita deinceps in explicandis optimis quibuſque poetis aſsiduè & diligenter incumbet.

Paulus Aemilius.

Quartam Hebraicæ linguæ deſtinatam, moderatur ſumma laude ac ſingulari induſtria. D. Paulus *Æ*mylius Romanus, quondā Hebræus, nunc porrò *C*hriſtianæ Religionis cultor egregius: Qui cùm ipſa natura duce, & Rabbinorum ſuorum bona inſtitutione, lin-

guam

guam Hebræam præclarè ſit edoctus, natiuã eiuſdem pronuntiationem, & accuratam cognitionem optimè edocebit. Is & Grãmaticæ Hebrææ Elemẽta ex Elia Leuita Germano, & ad vſum linguæ percipiendum aliquẽ ex Prophetis minoribus, vel regium Pſalmographum, vel etiam ſi expedire videbitur, aliquem Rabbinorum, à noſtra religione non diſſentientem, ſtudioſè ac diligenter explicabit.

LECTIONVM ET EXERCITATIONUM *Scholaſticarum ordo, qui in Pædagogio celebris & Catholicæ Academiæ Ingolſtadianæ ſtudioſè ſeruabitur.*

CVm hæc doctrinæ literarumque ſtudia, quibus adoleſcentes, in his vetuſtiſsimis doctrinarum domicilijs ad omnem humanitatem informantur, non poſtrema meritò eſſe debeant, voluimus horum ſtudiorum breuem reddere rationem. Vniuerſum itaq; Pædagogij Corpus in quinque claſſes, eaſque diſtinctas diſtributum eſt: Quarum prima eſt Eloquentię: Altera politioris literaturę: Tres reliquæ ſunt, literarum, ac ſtudiorum Grammatices, in quibus hæc quæ ſequuntur certo ac definito ordine publicè & proponuntur, & ordinariè explicantur.

Vniuerſa Eloquentiæ profeſsio, duabus maximè rebus continebitur, præceptorum Rhetoricorum traditione, & quarũdam orationum

tionum illuſtrium expoſitione. In tradendis explicandiſq; Eloquentiæ præceptis, optimos huius facultatis duces & principes ſequemur, Ariſtotelem & Ciceronem. Ariſtotelem quidem in illis tribus libris, quos de arte Rhetorica inſcripſit Et cùm Ciceronis tempore ars ipſa Eloquentię ſuam perfectionem & maturitatẽ quodãmodo ſit conſecuta, & plurimos in hoc genere orationis libros compoſuerit, his maximè commodè præponi poterunt, Tres Dialogi de Oratore ad Q. Fratrem. Brutus, ſiue de claris Oratoribus. Orator ad M. Brutum. Dialogus de partitione oratoria, grauis ſanè ac eruditus libellus, quem felicibus auſpicijs, propediẽ auſpicabimur In qua explicatione, non Gręcorũ, nec Latinorum pręcepta omnia, ſed ea ſolùm, quæ arti eloquentiæ lucem aliquam afferre poſſe videbuntur.

Ad probandam inſignem orationis copiã, & ſummi Oratoris conſiliũ declarandum inſigniores aliquot orationes nobis deligemus, vt ſtudioſi adoleſcentes, admirabilem illam Eloquẽtiæ formam in foro & in iudicijs à M. T. Cicerone grauiter ac copioſè expreſſam, contueri poſsint. In quibus explicandis præter Rhetoricum artificium, quæ ad antiquitatis memoriam, & Romanæ hiſtoriæ intelligentiam ſpectant non omittentur. Habebũt & quotidiè in Græcis literis publicam pręlęctionem.

Quò porrò maiores ex Eloquentiæ ſtudijs fructus reportẽt auditores, ſtatis præſcriptiſ-

que

q̃ue temporibus, publicè in bonarũ artiũ, virtutumq́; commendationẽ perorabunt. Et hęc quidem eloquentiæ profeſsio nõ ſolùm Rhetoricę auditorib⁹ vtilis, ſed & aliarũ facultatũ cõmoda ac fructuoſa, vti ſperam⁹, erit. Hũc Ciceronẽ vt dicẽdo & ſcribẽdo, quã proximè imitẽtur, diſputationibus, cõcertationib⁹ publicis, quę inſtituentur, curabimus diligenter.

Exacta cum primis Carminis componendi ex optimis quibuſque auctoribus tradetur ratio, cum inſigni aliquo poeta, vt auditores in omni carminis genere benè verſari poſsint. *Studia Politioris humanitatis.*

M.T. Ciceronis de Officijs libri doctiſsimi, Vel eiuſdem Tuſculanæ quæſtiones, & ars Epiſtolaris.

Nicolai Cleonardi Græcæ inſtitutiones vnà cum Iſocratis diſertiſsimi Rhetoris, oratione ad Demonicum.

Rhetoricę auditoribus proximè futuris, facilis quędã in Rhetoricã introductio, cũ oratione Ciceronis pro Archia poeta vel ſimili.

Et cùm huic facultati hiſtoriæ lectio ſit maximè propria, inſignem aliquem hiſtoricum, vtpote Titum Liuium, Iulium Cæſarẽ, Saluſtium, vel aliquẽ alium & in hoc genere excellentem proponimus.

Porrò cùm hæc ſtudia alantur & augeantur maximè exercitationibus, crebras diuerſorum carminum & poematum compoſitiones exhibebunt: Epiſtolas etiam ſoluta oratione. Communem habebunt iſti cum Eloquentię ſtudioſis lectionem Catechiſmi, vbi explicabũtur præcipuæ de fide controuerſię.

His proponetur accurata quędam Syntaxeos ratio, M. T. Ciceronis Epiſtolę, quas familiares vocant, vt habeant quem in ſcribendo non infructuosè imitari poſsint.

P. Ouidij Naſonis libri de Ponto, vel de triſtibus, ſeu Q. Horatius Flaccus purgatus, cum faciliori carminis & pedum ratione, & Græcæ linguæ Elementis, vt adoleſcentum animi ad poeſeos, & humanitatis grauiora ſtudia paulatim comparentur.

Exercitationes ſcholaſticas frequentes habebunt, Epiſtolarum compoſitionem, certis præſcriptisq́; temporibus diſputationes prælectionum repetitiones, vt dicta, lecta, & à præceptoribus diligenter pertractata, memoriæ firmius hæreant.

Huius ſcholæ auditoribus, & ſequentis, faciliora quædam Chriſtianæ doctrinæ capita Germanicè explicabuntur, vt habeant non ſolùm eruditionis, ſed & pietatis, bonorumq́; morum incitamenta.

Secunda Gram. Pars illa Grammatices, quæ de nominum inflexionibus ac generibus: tum quæ de verborum præteritis & ſupinis agit, explicabitur. M. T. Cicero Epiſtolis ſelectis adiunctis, cum Michaelis Verini caſtiſsimi Poetæ diſtichis. Accedit facilis quædam Syntaxeos ratio. Exercitationes communes cum ſuperioribus habebunt, pro ingeniorum captu.

Tertia Gram. Prima Grammatices rudimenta memoriæ Adoleſcentes mandabunt. Catechiſmum minorem germanicum, Catonis Diſticha, vnà cum

cum libello de morum ciuilitate. Themata breuiuſcula è germanico in Latinum reddere docebuntur..Et quoad licebit, curabimus, vt omnes Latinè loquantur: pios ac Chriſtianos mores imbibant omnes, vt adulti poſtea,non ſolùm parentibus, ſed ad toti Reipublicæ Chriſtianæ, pietate ac eruditione, maximè vtiles ac ſalutares eſſe poſsint,ad laudem Dei Opt. Max. Catholicæ Religionis, & huius Bauaricæ Reipublicæ, in cuius honoré hic omnis noſter labor deſudet. Amen.

Præſcriptus hic profeſsionum & ſtudiorũ curſus, vt quàm diligentiſsimè deinceps, in omnibus quatuor Facultatibus obſeruetur, Sereniſsimus ac Illuſtriſsimus Princeps ac Dominus D. **Albertus** Comes Palatin⁹ Rheni, & vtriuſque **Bauariæ Dux** &c Patronum perpetuum in Gymnaſio reſidentem, cui cura iſtius rei incumbet, inſtituet. Deus Opt.Max. omnia vertat ad Diuini ſui nominis gloriam, Amen.

Epiſcopos Eyſtenſes Ingolſtadienſis Academiæ perpetuos Cancellarios, cæteroſque Procancellarios,Rectores, Prorectores, Superintendẽtes ſiue Inſpectores,Protectores, Decanos,& Senatum Academicum, atque viros celebres,qui Theologiam,Iuriſprudentiam,Medicinam,Matheſin,Hiſtorias,Philoſophjam,Poeſim,Linguas Ingolſtadij docuerũt, data opera & copioſè deſcripſerunt.

Valentinus Rotmarus, & Io. Engardus,in Academia ſua Ingolſtadienſi,& Io. Groeſeli-

us,

us, Academię iſtius bibliothecarius, in tractatu elogiorum ſuorum: vbi ſic concludunt:

Vrbs Ingolſtadium, ſacris domus inclyta Muſis,
Quam colit ipſe Deus, vatum qui præſes Apollo.
Salue Ingolſtadium, mihi tu domus inclyta Salue,
Saxonicis quondam bellis clariſſima, ſed nunc
Muſarum portus, locus ô gratiſſime Phœbo.

OFFICIVM RECTORIS ITA deſcribit Rotmarus, Acad. parte 1.

Ergo age Bauarico felix ſuccede Lycæo,
Et regere imperio doctas, bone Rector, Athenas,
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos,
Et quos degenerare vides, frenare memento:
Coge domum errores, & graſſatoribus obſta
Nocturnis, tranquilla ſacris ſint omnia Muſis:
Sint noctes, illisq́ dies ſine nube ſereni,
Ingenuos vim contra omnem plebisq́ furores,
Protege veſanos, abſitq́ iniuria vulgi,
Quam voluit Cæſar, quam ſummus & ille Sacerdos,
Eſſe ſacerdotum, Romanæq́ arbiter vrbis
Immunem voluit, ſartam tectamq́ iuuentam.
Redde precor, vetitosq́ tuo compeſce tumultus
Auſpicio, & quicquid poterit turbare Lycæum.

Anno 1568. die 23. Martij, ſub Martino à Schaumberg Eichſtadiano Epiſcopo, LVI. & Cãcellario VI. Ingolſtadij fuit publicata bulla Pij 4. de profeſsione fidei edenda.

Ioannes Eccius Rector, & Procancellarius docuit, & ſepultus eſt, cum hoc Epitaphio.

Viator preces funde.
Eccius hic iacet.
Abi moriture.

In

In ſchola quoque Theologorum aliud Epitaphium habetur: quo Theologorum ſui tẽporis phœnix, & miraculum, auitæque fidei propugnator, & hæreticorum malleus appellatur.

Fredericus Staphylus Academiæ Superintendens hic floruit, & mortuus eſt: cum hoc diſticho, quod natiuitatis annum, menſem, & diem complectitur.

Naſcitur has Staphylus fragiles mortalis in auras,
Nona ter Auguſti lux vbi clauſa fuit.

Cum alio diſticho, Mortis annum menſem, & diem indicante.

Extinctus fatis Staphylus conceſſerat arces
In ſuperas, Martij lux vbi quinta fuit.

Peculiare eſt, quod illic addit Rotmarus: Quando Ferdinandus Imperator, & Ordines catholici, Staphylũ pileo Doctorali in Theologia & Iure Canonico ornari cupiebant, illum verò à nulla Academia, quòd vxoratus eſſet, conſequi potuit; Pontifex rubrum pileum Archiepiſcopo Saltzburgenſi tranſmiſit, quem illi, in præſentia Doctorum, qui examine præuio dignum iudicarent, imponeret, & Theologiæ & Iuris Canonici Doctorem crearet, ſicut lib. *1.* cap. *13.* recenſui.

LIPSENSIS.

LIpſenſis in Miſnia, quæ initium ſumpſit ex Pragenſi anno Domini 1408. propter ſectam Huſſitarum in Bohemia: anno ſequenti confirmata. De qua Æneas Syluius: Rexerant

rant ſcholamPragenſem vſque in ea tempora Theutones: id moleſtiſsimum Bohemis fuit, hominibus natura ferocibus& indomitis. Ex quibus vir quidam genere nobilis, ex domo quam Putridi piſcis vocant, apud Oxonium Angliæ ciuitatem literis ſtudens, cum Ioannis Vicleui libros offendiſſet, quibus de realibus vniuerſalibus titulus inſcribitur, magnopere illis oblectatus, exemplaria ſecum attulit, imbutusque Vicleuitarum veneno, & ad nocendum paratus, tum, quod erat familiæ ſuę cognomen, putridum piſcem, id eſt, fœtidum virus in ciues ſuos euomuit. Commodauit autem ſcripta, quæ attulerat, his potiſsimum, qui Theutonicorum odio tenebantur, inter quos Iohannes emicuit, obſcuro loco natus, & ex villa Hus cognomen mutuatus. Hic cùm eſſet ingenio peracri & lingua diſerta, multúque dialecticis oblectaretur, & peregrinas opiniones amaret, auidè admodum Vicleuitarum doctrinam arripuit, eaque Theutonicos vexare magiſtros cœpit, ſperans eo modo cōfuſos Theutones ſcholas relicturos. Quod cùm ſuccederet, à Venceſlao Rege impetratum, vt Pragenſi gymnaſium ritu Pariſienſis gubernaretur: ea res magiſtratū ſcholæ Theutonibus abſtulit. Quam ob cauſam commoti magiſtri ac diſcipuli Theutonici generis, iureiurando adacti, vno die ſupra duo millia ſecuti, apud Lipſiam, Miſniæ ciuitatem, trium dierum itinere à Praga diſtantem, Vniuerſale

ſtudium

ſtudium erexêre. Bohemis ergo ſcholæ ſuæ gubernatio liberè patuit. Quando Germani profeſſores ſeceſſerant, patriamque ſuam illuſtrare malebant, quàm apud Bohemos oleum, vt prouerbio dicitur, & operam perdere, & ne Bohemis, quorum *Vniuerſitas* ad conſeruandam veram religionem inſtituta erat, ad ſeminandas hæreſes auxilio fuiſſe viderentur, Ioannes Cochleus libro primo hiſtoriæ Huſſitarum paulò apertiùs hæc perſcripſit: Quòd nimirùm Bohemi à Rege obtinuerint, eam Academiã ſic gubernari, vt ipſius mater Pariſiẽſis gubernabatur, id eſt, cùm hactenùs quatuor in ea Academia nationes, Bohemica, Polonica, Saxonica, Baioarica, eandem per omnia authoritatem habuerant, nunc vna Bohemica tantum authoritatis haberet, & ex promotionibus in omnibus quatuor facultatibus tantum emolumenti perciperet, tantumq; in electionibus ad officia, præbendas, & dignitates ſola valeret, quantum reliquæ nationes tres ſimul. Quod cùm contra vetera priuilégia, æquitatem & iuramentum ſuum eſſe cognoſcerent, & ad raucedinem vociferarentur, nec tamen impedire poſſent, Lipſiam Vniuerſitatem trãſtulerint, in quatuor nationes eam diuidentes, Miſniam, Saxonicam, Bauaricam, & Polonicam.

Confirmata verò hæc Academia reperitur à Pio PP, II, & Alexandro V. Eamque

nonnihil collapſam Georgius Dux Saxoniæ reſtituit. Eraſmus enim epiſtola quadam ad ipſum Georgium: Tuis,inquit,auſpicijs, tuaque munificentia Lipſenſis Academia iam olim celebris,ac ſolennibus illis ſtudijs florẽs, nũc politioris literaturæ ac linguarum acceſſione per te ſic eſt ornata, vt vix vlli cæterarũ cædat,&c. Petrus quoque Moſellanus Græcarum literarum in hac Academia Profeſſor, ad eundem Principem ſic loquitur: Quantũ per grauiſsimas curas, quibus ampliſsimæ ditionis tuæ hominibus proſpicis, datur, huc intẽdis, huc proſpicis, vt Lipſia tua,non tam ciuium opibus,quàm bonarum artium ſtudijs in dies maius ac maius ſumat incrementũ. Quid ego nunc commemorem ſplendidiſsima ędificia in vſum tum diſcentium, tum docentiũ, partim à te, partim etiam maioribus tuis hîc magnificentiſsimè à primis fundamentis ad ſummum vſque faſtigium extructa? quid annuos reditus, quibus omnis generis ſcientiarũ profeſſores liberaliſsimè dotaſti? Cumque ex Clementina ſanctione didiciſſes, in publicis ſcholis trium linguarum Doctores fouendos, ne hîc quicquam tuæ Academiæ deeſſet, iam in tertium annum vtriuſque linguæ profeſſores & ſumptu tuo foues,& auctoritate tueris: nec dubitamus quin breui & ſanctæ, hoc eſt, Hebraicæ linguæ Magiſtrum tua Celſitudo nobis ſit procuratura. Vt poſthac nemo quicquam, quod ad inſtructiſsimum Gymnaſiũ pertinet,ſit hîc deſideraturus.

Et ſub

Et ſub finem: *Magnificus Princeps noſter Georgius nos in nullum alium vſum magnificis ornat præmijs, quàm vt hæc ſchola, iam ante Latinis artibus, quantum fieri potuit, florentiſsima, nunc noſtra qualicunque opera, Græcis quoque literis clarius illuſtretur.*

Lipſenſis Academia etiam hunc morem obſeruabat, vt in electione Rectoris oratio haberetur, in laudem bonarum artium, & encomium reip. atque fundatorum. Et vt ſingulis annis ſtatuta Vniuerſitatis legerentur. Quo die Rector de vita & moribus ſtudioſorum, de reſtitu & officio præceptorum, & diſcipulorum, & ſimilibus de rebus declamabat. Sicut ex ijs orationibus colligitur, quas vtroque tempore, Conradus VVimpinas à Fagis Rector Lipſiæ habuit, & typis excuſæ circunferuntur. Quibus ex Heliodo prædicabat illos, qui per ſeipſos quæ agenda ſunt conſpiciunt; & illos etiam, qui aliorum ſana conſilia ſequuntur; vituperabat autem qui ad neutrum horum apti, vtrumque negligerentur, deque officio præceptorum & diſcipulorum diſſerebat.

Huius Academiæ alumnis notandum erit, quod refert Aenes Sylnius, ad librum I. Panormitani de geſtis Alfonſi Regis: Cùm Leonardus quidam eques & nobilis cognatū ſuum, Lipſiæ bonis literis operam dantem ſalutaturus, adueniſſet, quęſiſſetque, vti valeret, & quem in bonis literis progreſſum feciſſet, vnus è commilitonibus reſpondebat: optimè

quidem ſe amicus tuus gerit, nam inter 1500. hic vnus bibendi palmam obtinet. Nam quomodo ſtudioſos ebrietatem & ingluuiem fugere oporteat, libro 2. officiorum Scholaſticorum, demonſtraui.

LOVANIENSIS IN Brabantia.

DE qua Iacobus Meierus lib. 16. Annalium Flandriæ ſic refert: Hoc anno 1426. inchoata à Ioanne Duce Brabantiæ ſchola literaria apud Louanium: clarum opus & æternum monumentum pio Duci. Martinus autem V. Pontifex libertatem & priuilegium adiecit. Repetit Molanus in natalibus Sanctorum Belgij.

In Annalibus Colonieſibus refertur: quòd Ioannes Dux Brabantus, à Martino PP. V. impetrârit Academiam Louanienſem, vt ibi omne artium, & diſciplinarum genus doceretur: quodque anno 1426. cœperint profiteri: ac quanquam Martinus noluerit permittere, vt ſacra Theologia traderetur, id tamen Eugenius IV. indulſit. Quæ ex Colonieſi deriuata & procreata, tandem à maximis Pontificibus, Imperatoribus, & Regibus, Reuerendiſsimiſque Cardinalibus & Epiſcopis, ac alijs clariſsimis viris, partim ampliſsimis priuilegijs, partim etiā extructis ſplendididiſsimis collegijs, egregijs ſundationibus, & legata in vſus litera-

literarios maxima pecunia, in eum ſplendorem perducta eſt, vt celeberrimum in Germania omnium literarum emporium, florentiſsimaque Academia meritò appelletur. Nec enim bonarum artium gloria omnes alias tantùm hoc tempore ſuperat: verùm etiam ſic firmata, ſic dotata, ſic ornata eſt, vt vix vnquam interire poſſe videatur. Eſt prę tereà cælum Louanij, quod vel Italico, quamuis adamato præferas, non amœnum modò, verùm etiam ſalubre, & ſtudijs aptiſsimum. Vnde Eraſmus epiſtola quadam ad Ioannem Ludouicum Viuem: Nulla, inquit, me res inuitauit, vt Louanium commigrarem, niſi cælum ſalubrius, & locus amœnior. Ioannes Goropius Beccanus nullam vel in Italia, vel Germania, vel Gallia, Hiſpaniaque Academiam reperiri affirmat, quæ ſit cum Louanienſi ſitûs elegantia, iucunditateque comparanda, & quòd, etſi Salamanca in Hiſpanijs ſcholarum magnificentia omnibus Europæ gymnaſijs præſtet, tamen ſitu & locorum facie à Louanio ſuperetur: nec vſquam alius locus reperiatur, cui melius Muſarum domicilij nomen conueniat. Quare præſtantiſsimis in omni diſciplinarum genere Doctoribus, ingenuiſque adoleſcentibus quàm plurimis, iam inde ab initio ſemper abũdauit. Noſtro tamen ſeculo etſi ſatis celebris & florens erat, multis ijsq; præſtantiſsimis & pulcherrimis ornamentis ſupra omnes alias excreuit. Nam præter alias innumeras commoditates,

Adrianus VI. Pontifex Maximus, quia hæreſes in Germania exoriri videbat, & homines quoſdam in eam curam incumbere, vt bonas literas vnà cum ipſis Academijs euerterent, egregium Louanij, vbi ipſe tùm Rector & Cancellarius erat, collegium, ſub Adriani nomine extruxit, vbi tenuioris fortunæ iuuenes cum Doctoribus ſuſtentarentur, qui cùm alias omnes artes, tum verò in primis ſacram Theologiá tam opportuno tépore docerent. Adrianus VI. Pontifex Max. Louanij in pædagogio portiorum gratuito nutritus fuerat. In quo vetere inſtituto, honeſtis atque ingenuis adoleſcentibus ægeſtate preſsis, in aliquot annos ad bonas artes perdiſcendas, alimenta ex publico præbebantur. Onufrius in vita. E regione Pontificij collegij habitat familia Standonica, quam Ioãnes Standonc anno 1500. inſtituit. Adria. Barlandus in Chronicis. Huius optimi Pontificis, glorioſiſsimiq́ue patris ſui Caroli V. Imperatoris Romanorum, præceptoris exemplo, vt videtur permotus potentiſsimus Hiſpaniarum &c. Rex, Belgijq́; Princeps Philippus II. non tantùm hanc ampliſſimam Academiá mirificè ſemper honorauit, verùm etiam ſuperioribus annis, cùm hæreſes etiam in Gallijs (quo multi ex ſuis ditionibus proficiſcebantur) inualeſcere videret: iccircò vt innocuę iuuentuti in alia loca proficiſcendi occaſionem præſcinderet, & nouam Duacenſem Academiam, vt ſuprà dictum eſt, erexit, & Louanij aliarum artium atque linguarũ

ſtudijs auctis, linguæ Gallicæ publicos profeſſores inſtituit.

Ioannes enim Molineus Decretorum Profeſſor, ad regis illius Pœnitentiarium perſcripſit: Quantam curam inſtaurandis hac in Academia literarum ſtudijs adhibuerit, omnia fora, omnia theatra, omnes porticus, omnes denique grammatices, iuris, medicinæ, Theologiæque ſcholæ loquũtur: quippe quarum profeſſoribus vel minerual primus conſtituerit, vel adeò adauxerit, vt nõ iniuria auctor conditorque omnium prælectionum, vel, vt verius dicam, omnium diſciplinarum parens appellari poſsit. Ac ne dicam vel in re medica vnam, vel in iuriſprudentia binas ab ipſis fundamentis erectas prælectiones, vetuſtioribusque profeſſoribus locupletata mirificè honoraria; ecquis non perſpexit ſingulare Regis noſtri erga religionem ſtudium, vel ex eo, quòd antiquę Decretorum ac ordinariæ profeſsioni, aliam nouam, eamq; quotidianam addiderit?

De reliquis gymnaſijs collegijſque nihil in præſens attinet dicere, cùm omnia hîc ſplendidiſsima ſint. Clariſsimi autem viri & amici mei, Viglij Zuichemi, inſigne beneficium obiter præterire, nec debeo, nec poſſum. Is enim præſtantiſsimis ad ius ciuile commentarijs, ſaluberrimis conſilijs, maximaque apud Carolum V. Imperatorem, & Philippum II. Regem Catholicum, authoritate non tantùm huic Academiæ, ſed toti reip. literariæ magno

vſui fuit. Extructoque Louanij egregio collegio, viuus & mortuus prodeſſe patriæ cupiuit.

MARPVRGENSIS.

MArpurgenſis in Haſsia anno quidem, vt Chronica Germaniæ teſtantur, 1526. erecta, ſed anno 1535. à Philippo Principe inſtaurata fuit.

MECHLINIENSIS.

MEchliniæ olim toto orbe celeberrimam Academiam fuiſſe, quę domicilium Muſarum nuncuparetur, fide digni auctores commemorant. Vbi aliquando 9. filij Regum, Principum 24. Comitum 29. eodem anno ſtuduerint.

Quo pertinere videtur, quod Ioannes Placentius in cathalogo Epiſcoporum Leodienſium, refert, in Alexandro Comitis Iuliacenſis filio, Epiſcopo Leodienſi; anno Domini 1129. Leodij apud S. Lambertum Cathedrali Eccleſia reſediſſe Regum filios 9. Ducum 24. Comitum 29. Tam enim vicina illa oppida Leodium & Mechlinia ſunt, vt vtrobiq; reſidere & ſtudere ſucceſsiuè potuerint.

Nicaſius de Voerda Mechlinienſis à tertio ætatis anno captus oculis, & ob id literarum naturaliter ignarus, velut grande miraculum, & alter Dydimus Alexandrinus, in omni doctrina & ſcientia diuina & humana eruditiſsimus euaſit. Nam in Colonienſi Academia, vbi & mor-

& mortuus eſt, Iura publicè docuit: libros vtriuſque Iuris, quos nunquam viderat, auditu didicit, mente tenuit, apertè recitauit.

Louanij artium magiſter & ſacræ Theologiæ Licentiatus, & tandem Coloniæ Iuris Canonici Doctor creatus fuit: legumque Ciuilium cautus interpres, edidit celeberrimum opus, quod Coloniæ multis excipientibus extraordinariè legit & ſcripſit: Super inſtitutis libros 4. Super Sententias libros 4. Sermones varios, Quæſtiones diuerſas. Ille, inquam, ſcholas Mechliniæ aliquanto tempore laudabiliter rexit: obijt autem anno 1491.

MOGVNTINA.

MOguntinam Dietherus Iſenburgius Archiepiſcopus circa annum Domini *1482.* inſtituit. Nunc Philoſophia, & linguarum cognitio, ac ſacra Theologia per D.D. de Societate Ieſu illic traditur, reliquæ diſciplinæ parum florent. Primò quidem ad omne literarum genus hæc Vniuerſitas erecta eſt: tamen eius diſciplinæ, quæ de Deo, rebuſque diuinis, & ad ſummum bonum pertinentibus tractat, ſacraque Theologia dicitur, ſingularem ſemper rationem habuerunt. Quod anno Domini *1501.* decretum eſt, ne quis ad ſcholaſticos honores admitteretur, qui de cõceptione B. Mariæ virginis, iuxta Concilij Baſileenſis ſanctionem nõ ſentiret, id ſuperioribus annis ad omnes huius perturbati tẽporis

hæreſes,

hæreſes, omniaq; ſacrorum conciliorum decreta extenderunt. Vt profectò de ipſius Academiæ laudibus, & natura non minùs verè quàm copioſè dicere poſſem, niſi hoc ad eius gloriam apud omnes totius orbis Academias, & doctos gratosque homines abundè ſufficeret, quòd Typographicam artem, non vtilem ſolùm, ſed vehementer quoque neceſſariam inueniſſe credatur. Cuius beneficio clariſsimi ſcriptores ex bonarum literarum naufragio ſuperſtites, in mille transfunderentur exemplaria, & in multorum manus, ad incomparabile totius Reipublicæ Chriſtianæ præſidiũ, ſalubriter peruenirent. Vnde illud;

Imprimit ille die, quantum vix ſcribitu.

Anno. Iacobus Meierus libro 16. annaliũ flãdriæ: *A*nno, inquit, M.CCCCXL. *I*oãnes Gutenberg Argentinenſis primus inuenit artem impreſſoriam, quam *L*atiniores Excuſoriam vocant, in vrbe Argentinenſi. Inde Maguntiam veniens, eandem feliciter compleuit. Interea Ioannes Mendel eandem artem Argentinę exercens, factus eſt breui opulentiſsimus. Huic ſucceſſêre *A*dolphus Ruchius, & *M*artinus Flachus, Sixtus *R*uſinger Argentinus Neapoli, anno M.CCCCLXXI. libros quomodo imprimi poſſent, monſtrauit, Ferdinãdo Regi ob id factus chariſsimus. *P*er idem tempus VValdricus Haen, id eſt, gallus gallinaceus, hoc diuino opificio rem literariam ex inópia ad ingentem vbertatem perduxit: in quem Antonius Campanus hunc in modum eſt iocatus:

Anſer

Anſer Tarpeij cuſtos Iouis, vnde quòd alis
Conſtreperes, Gallus decidit, vltor adeſt
Vlricus Gallus, ne quem poſcantur in vſum
Edocuit, pennis nil opus eſſe tuis.

Ioannes Prus hac arte factus ditiſsimus idē Argentinus. Beroaldus in huius laudem:

O Germania muneris repertrix,
Quo nihil vtilius dedit vetuſtas,
Libros ſcribere quæ doces premendo.

Repetit Martinus Cruſius lib. 7. Annalium Sueuicorum. Hanc artem Baſilienſes egregiè promouerunt, vt in Baſilienſi Academia dictum eſt. Quidam typographiæ inuentionem Harlemenſibus Belgis attribuere malūt. Adr. Ro. in theatro vrbium.

Harlemū, inquit Matthias Quadus Pictor, lib. 4. Geographicarum enarrationum, cap. 34. & 38. omnium quę in Hollandia ſunt vrbium ampliſsima, cui, expertiſsimorum teſtimonio, typographicæ artis prima inuentio iure debetur, Primam tamē praxim Mogūtiaco cōcedentes. Aiunt enim eius Inuentorem ante perfectam artem, morte præuentum fuiſſe: eiuſque ſeruum inde Moguntiam profectum: vbi continuo exercitio ad perfectionem ars perducta ſit, vt hæc altrix ſiue Nutrix, illa artis mater exiſtat.

PRAGENSIS.

PRagenſis in Bohemia. Hanc Carolus IIII. Romanorum Imperator. Bohemiorum Rex, inſtituit anno Domini, vt chronica Colonien- *Cromerus hiſtoriæ Polonicæ li. 12.*

lonien-

lonienſia teſtantur, 1360. Martinus Cromerus auctor eſt, quòd cùm Cazimirus Poloniæ Rex anno Domini 1361. Cracouienſem Academiam fundaret, Pragenſem Academiam à Carolo Imperatore iam ante erectam fuiſſe. Aeneas Syluius ſcriptum reliquit, quòd in ſcholam hanc ſuam aliquando ingreſſus Imperator, quatuor integras horas magiſtrorum diſputationes auſcultarit, cumque id purpurati moleſtè ferrent, & tempus cœnę adeſſe inclamarent, reſponderit: Mihi tempus eſt, vobis minimè, nam cœna mea hæc eſt. Egregium præterea hic Carolus Imperator collegium extruxit, atq; inſignem bibliothecam, quam Huſsitæ per ſummam impietatem diripuerunt. Similiter Heduigis Polonorum Regina circa annum Domini 1400. collegium addidit Lituanorum, quod Reginę collegium vocabatur, egregieque poſſeſsionibus multis dotauit, vt in eo Lituani ſui erudirentur, ſed iam intercidit. Propter Huſsitarum hæreſes, & crudeliſsima bella, ferè hæc Vniuerſitas oppreſſa fuit. ſed Ferdinandus I. & Maximilianus II. Romanorũ Imperatores diligentiſsimè eam reſtituerunt.

Bohemi verò etſi Germaniæ limitibus incluſam regionem habent, lingua tamen Germanica non vtuntur. Duo fratres ex Croatiæ populis egreſsi, alter in Bohemia, alter in Polonia conſedit: vterque gentibus linguam, & regionibus nomen dedit. Ex Vola-

terano Bohemus lib.3.cap.11.

Lotharius. I. Imperator ad Chriſti fidem perduxit.

Bohemorum princeps à Frederico Barbaroſſa Rex creatus eſt, ob inſignem illius fidem, qua ad Mediolanum erga Cæſarem vſus erat. Carion in Chronicis.

IN AVDITORIO IVRISCONSVLtorum Pragæ, legitur.

Si iſtud obſeruatur in delinquentibus, vt poſt vigeſimum annum, à die commiſsi delicti inquiri nó poſsit de ipſa conditione perſonæ, d. 1. querela; multo magis obſeruãdum hoc erit, in ipſis per viginti annos publicè docentibus, qui ad aliquem dignitatis gradum iam ſunt promoti, per argumentum à multo magis, quod eſt in iure validum. Auten. multo magis. C. de ſacroſanct. Eccl. igitur ex præmiſsis concludendum, vt Magiſtri, & Doctores publicè præpoſiti, docentes per viginti annos continuè in aliqua famoſa ac generali Vniuerſitate, ipſo quidem iure efficiuntur Duces & Comites ſimul, ac propterea cum vtramque annexã in ſe habeant, & Ducum & Comitũ dignitatẽ, dicuntur illuſtres, cùm aliàs ſimpliciter Duces ſeu Comites non ſic dicantur; ſed ſpectabiles tãtùm, niſi fuerint Duces & Comites ſimul, ſicuti præfati Doctores docẽtes

tes per viginti annos, vt communiter traditur per ſcribentes: quos refert & ſequitur Iaſ. poſt longam diſputationem in l. 1. in prin. poſt gloſſ. ibi in verbo, tribuuntur, num. 12. ff. de offic. eius &c. Nec refert, quod iſti careant omnino comitatu, ac illius reditibus, (quamuis peſsimè in hoc nobiſcum actum ſit) dicant eos non propriè eſſe Comites & Duces, ſed impropriè & abuſiuè, cum ſint ſine Comitatu, ſeu Ducatu, vt notanter tradit Decius in d. l. 1. nu. 16. vt videri poteſt in Epiſcopis Suffraganeis, ſeu nulla tenentibus, qui licent ſint ſine Epiſcopatu, habent tamen dignitatem.

ROSTOCHIENSIS.

ROſtochienſis in Ducatu Megapolitano. De qua Munſterus lib. 3. Coſmog. Anno inquit Chriſti *1451.* Principes Megapolenſes & ciues Roſtochiẽſes miſſa legatione in vrbem, impetrârunt priuilegium ſtudij generalis, in ciuitate Roſtochienſi, loco ad eam rem non incongruo: quòd aeris ſalubritas, & victualiũ omnis generis leui pretio ibi magna eſt copia.

Introducebantur autem Magiſtri & Doctores præcipuè ex Erphordienſi: cœpit autẽ florere anno 14*19*. Eadem ijſdem ferè verbis repetit Adr. Ro. in theatro vrbium, & Matth. Quadus, lib. 4. cap. *9.* Geograph. enarrat.

Campana.

Inſcriptio horologij Iacobæi.

Indice

Indice me quoties fugientes ſuſpicis horas,
Te toties greſſu Mors propiore premit.

Collegij Philoſophici ſub *Pallade* armata.

Barbariæ victrix, armataq́; Gorgone Pallas.

Inſcriptio domus Clingianæ.

Fide Deo, diffide tibi, fac propria, caſtas
Funde preces, paucis vtere, magna fuge.
Multa audi, dic pauca, tace abdita, ſcito Minori
Parcere, Maiori cedere, ferre pacem.
Tolle moras, mirare nihil, contemne caduca,
Diſce pati, & Chriſto viuere, diſce mori.

In alia quadam domo.

——— Deus omnia cernit, & audit.
Innocuis vincit patientia ſola triumphis.
Veritas laborare poteſt, opprimi non poteſt.
Felix eſt, non qui habet quæ cupit,
Sed qui non cupit, quæ non habet.

In domuncula horti cuiuſdam ſuburbani:

Vt ſementem feceris, ita metes. Omnia quæ ſeruntur diebus tepidis, melius quàm ſiccis aut frigidis ſeruntur: nam tepor euocat frigus, includit.

Quæcunque ſerenda ſunt, cùm luna creſcit ſeminentur: quæ autem ſecanda vel legenda, cùm minuitur.

Si dat oluſcula
Menſa minuſcula,
Pace referta:
Ne pete grandia,
Lautaq́ue prandia,
Lite repleta.

Vuu TRI-

TREVIRENSIS.

TReuirenſis antiquiſsima omniũ Academiarum Germaniæ eſſe creditur : ſed propter varias eius mutationes, temporiſq́ue iniuriam ferè collapſam, ſuperioribus annis optimi Archiepiſcopi inſtaurare cœperunt. *Magnus* ille *Agritius* à Syldueſtro Pōtifice, & Conſtantino Magno Imperatore, & illius matre Helena Treuirim miſſus, cùm nihil prætermitteret, quod ad inſtaurandam confirmandamq́ue eam Eccleſiam pertineret, dubium nō eſt, quin vel in primis *Academiam* & ſcholas reſtituerit: vt iuuentus Eccleſiæ & reipub. ſeminarium, religionem Chriſtianam, & bonos mores addiſceret.

Extat enim hiſtoria S. *Agritij Archiepiſcopi* Treuirenſis primi, ac *27*. eius Epiſcopi, qui vixit anno Incarnationis Dominicæ *333*. In qua narratur: quod Treuirenſes temporibus ſceleratorũ Diocletiani & Maximiani Principum, à fide Chriſtiana, relictis primorum patrum ſuorum *Eucharij*, Valerij, atque Materni, dogmatibus, defecerint. Helena quondam indigena Treuirenſium, hoc nomine admodum ſollicita, & triſtis adijt, cum filio ſuo Conſtantino, intrepida S. Syldueſtrum, vt ipſe patriæ ſuæ defenſorem idoneum Chriſtianæ religionis ſuppeditaret ſupplicans. Poſt preces tandem conclamatum eſt, *Agritium* præclarum *Antiochenæ Cathedræ* Patriarcham, huic oneri & honori accommodatiſsimum fore,

te, eundemque omnes fideles exoptabant. Legatio miſſa fuit ad Agritium, conſenſit, deſeruit Antiochenam Eccleſiã, vt & Petrus quõdam, ſolatij cauſa vnum comitem, nempe venerandum & religioſum Abbatem Ioannem Monachum Antiochenum aſſumpſit, & cum eo itineri ſe accinxit. Romam cùm veniſſent, à Syluestro, Conſtantino, Helena magno gaudio & applauſu ſunt excepti. Commiſſa itaque eſt ſtudio Helenæ cura adminiſtrandæ Treuirenſis Eccleſiæ S. Agritio. Helena autem vt patriam ſuam ſplendidius illuſtraret, S. Agritio pretioſas quaſdam & raras Reliquias (vt præſtantibus muneribus ad fidem eos allicere) Treuerim perferendas tradidit. Primò itaque Domini noſtri Ieſu Chriſti tunicam inconſutilem, ex Laterano ſumptam, à Conſtãtino Magno nuper illic reconditam, olim per Titum Cæſarem Hieroſolymis in arca teſtamenti cum alijs reliquijs tranſportatam, vnũ præterea clauorum, quo Dominus pro nobis Cruci affixus fuit. Inſuper cultrum quendam Domini, veneranda antiquitate præclarum, partem quoque ſanctiſsimæ crucis admodũ notabilem, ad hæc peplum B. Mariæ, cum pectine, & B. Matthiæ Apoſtoli corpus, vnà cum alijs reliquijs, ex Iudæa per B. Agritium Treuiros miſit. His reliquijs populo oſtenſis, & reſeratis plurimos in fide Chriſtiana confirmauit, alioſque à paganiſmo conuertit. Inprimis Agritius Treueris ex Helenæ palatio Metropolitanam S. Petri Eccleſiam conſtruxit;

hanc inconſutili Domini tunica & clauo condecorauit. Regale templum Conſtantini Cæſaris, ex petitione matris, & ſuo conſenſu, ad Dei gloriam euertēs, in formam templi Chriſtiani pulchrè redegit, & in honorē S. Ioannis Apoſtoli & Euãgeliſtæ dedicauit: hoc tēplum donauit reliquijs, nēpè cultello, quo Dominus Chriſtus vſus fuiſſe perhibetur · præterea B. Mariæ peplo, & pectine. Ibi etiam Monaſterium pauperum fratrum inſtituit, cui ſocium ſuum Ioannem Monachum Antiochenum, vt more Orientalium monachorum viuerent, pręfecit: eidemque prædium fertiliſsimum Merche & agros adiacentes, qui ſe ad milliare extendunt, donauit. Hunc locum Conſtantinus nulli mortalium, niſi ſibi ſoli ſubiectum eſſe voluit. Adhæc B. Agritius B. Matthiæ corpus in oratorium quoddam D. Eucharij Epiſcopi eodem in tēplo introduxit, & B. Euchario olim diſcipulo Chriſti, Apoſtolum Domini honorificè coniunxit. Ferunt etiam S. Agritium iuſſu S. Helenæ aliud quoddam Oratorium in memoriam crucis Chriſti cōſtruxiſſe, in quo partem ligni ſanctæ crucis collocarit; Sanctorum trium Magorum corpora in diuerſis locis ſepulta, in vnum collegit, & ſecū Conſtantinopolim deportauit, fueruntque in ea vrbe in maximo honore, vſque ad tempora Emanuelis Imperatoris.

Tempore Gratiani Imperatoris literarum ſtudia Treuiris floruiſſe, illius reſcriptum indicat, quod in Gallia recitabitur.

D. Hie-

D. Hieronymum Stridonenſem hîc fuiſſe commoratum, ex epiſtola ad Florentinum colligitur.

De Athanaſio Eccleſiaſticæ hiſtoriæ loquuntur.

Cæterùm de origine & nomenclatura vrbis, ita refert Matthias Quadus lib. 4. cap. 31. Geographicarum exercitationum, ad Lotharium, modernum Archiepiſcopum & Electorem Treuirenſem: Quòd Treuira, ante Trebera à Trebeto conditore denominata fuerit. Is enim Semiramidis Aſsyriorum reginæ priuignus cùm eſſet, & ad inhoneſtos concubitus à nouerca ſolicitaretur, vt conſpectum & conatum illius euitaret, cõſcenſa naui effugerit, & paulatim in ea loca peruenerit. Vbi cum ſocijs vrbem ædificauerint, quam Trebetam appellauerunt.

Hic inſignem olim cognoſcendarum cauſarum Curiam Romanos habuiſſe ait.

TVBINGENSIS.

TVbingenſis, in Ducatu VVirtenbergenſi, anno 1477. incępta, doctiſsimos in omnibus diſciplinis profeſſores habuit, Gabrielem Biel, Iohannem Nauclerum, Præpoſitum & Cancellarium Tubingenſem, & Ioannem de Lapide, qui anno Domini 1494. viuebat, inter pręcipuos Tubingenſis ſtudij authores recenſetur, teſte Trithemio, de ſcript. Eccleſiaſticis. Qualiter verò anno Domini 1522. eam conſtituerint, præſens deſcriptum oſtendit.

Vniuerſitas Tubingenſis omnibus & ſingulis bonarum literarum amatoribus ſalutem.

CRedibile & à vero minimè diſſentaneum eſſe debet, maiores noſtros ingenita homini deprehendiſſe virtutum ſeminaria ipſam ſe prodente natura, quibus ſi cultus accederet, curaque diligentior magni quippiam affici poſſe, haud eſt immeritò exiſtimatum. Itaque bonis ingenijs velut egregijs plantis certa ſunt loca daſtinata, in quibus ſemotis impedimẽtis pręſignia ſapiẽtiæ culmina inoleſcere poſſent. In hanc rem Alexandriam Ægyptus, Tharſum Cilicia, matrem artium Athenas tanquam auguſtum philoſophiæ ſacrarium ſelegit Græcia. Sed & cultores, hoc eſt, ſtudiorum præceptores adhibiti, qui nuper ſata rigarent, colerentque plantaria. Congratulaturque ita M. Tullius Ciceroni filio, Athenas ad Cratippum diſcendi gratia miſſo, quòd eum exemplis vrbs, doctrina pręceptor augere poſſet. Gratiam dijs habuit Philippus terræ Macedoniæ regnator, quòd Alexandrũ filium Ariſtotelis temporibus naſci contigiſſet. Sic Neroni Senecam, Traiano Plutarchũ, Carolo illi Magno ſuum ceſsiſſe Alcuinum reperimus. Temporis deinde progreſſu cùm rebus gerendis eruditos deeſſe non poſſe cenſerent principes, honore ac dignitatum prærogatiua, literarum commendauerunt Gymnaſia, Pontifices immunitatem addidère. Igitur Eberhardus Probus VVitenbergenſium Dux primus, vir ad pacem natus, videns ſuam

Rempu-

Rempublicam hominum egere doctorum opera, quos incredibili proſecutus eſt beneuolẽtia, ſtudiorum Vniuerſitatem auctoritate Apoſtolica & imperiali, in oppido Tubingenſi prudẽtiſsima fundauit ordinatione, qua cauetur, vt:

In ſacra Theologia ordinarij Doctores quatuor.
In iure Pontificio & Imperiali ſex.
In Medicina, Theorica, Practicaq́ue duo.
In morali Philoſophia collegiati duo.
In Poetica Oratoriaq́ue duo.

In Philoſophia naturali ac rationali duobus in contubernijs magiſtri decem per ſingulos dies ſtatis horis ſuas profiteantur lectiones, perpetuisque foueantur ſtipendijs. Gymnaſiarchi inſuper dicti ſtudij perpendentes, quàm magni ſint artium effectus, ne quid liberalibus abeſſet literis, & quo mathematicis alumni liberiùs vacarem diſciplinis, quibus Græcis nil fuit illuſtrius, magiſtrum Ioannem Stoffler, Aſtronomum doctiſsimum vel Archimidi Syracuſio non concedentem machinarum peritia, publico conciliârunt honorario. Denique ex orbe illo diſciplinarum cyclopedia, ne quicquam deſiderari poſſet linguis ediſcendis, inſignem eruditione cognitiſsima virum Io. Reuchlin Phorcẽſem præfecerũt, qui Hebræas, Sanctasq́; ac Græcas literas ex authoribus interim præſtantiſsimis, quorum iuſta Tubingæ eſt copia, qua præditus eſt humanitate, doceat fideliter. Vniuerſos itaque ſtudiorũ amatores vbiuis gentiũ agãt, quos hactenus

grauis forſan vel pro petendis vel percipiendis inſignibus expenſarum deterruit iactura, vberrimos diſcendi fontes adire volentes, huc confluant hortamur. ſenectutis viatica, aduerſis rebus ſolatia, fortunatis ornamenta gratis, liberè, ac ſine vlla mercede in hunc diem erogari ſolita Calendis Maijs anni pręſentis XXII. percepturi. Magiſtris enim ac Doctoribus, reliquiſque omnium ſcibilium profeſſoribus, ærarij tribuni è gazophylacio ſatisfacient, & pro cuiuſq; munere dignam ſingulis ſtipem ac præmia dependent, vt neque propter audiendos cuiuſcunque facultatis libros quicquam, nec pro percipiendis inſignibus inſolitum hactenùs percipi non conſuetum ſit erogandum. Idque ex Imperiali munificentia, hortatu ſuaſuque Guilhelmi Truchſeſij Cæſareæ Maieſtatis in Ducatu VVirtẽbergenſi-ſum Vicarij, Baronis nobiliſsimi, atque aliorũ regentium, quorum auſpicio ductuq; ſtudioſus quilibet in perpetuum deinceps (diuina modò faueat clementia) facilè conſequi poterit obuium atque oblatum, quod olim longa difficiliqúe peregrinatione, & multiplici impendio vix atq; ęgrè, vel malignis vel pretioſis eſt aſſecutus magiſtris.

De ſitu huius vrbis, & de Inſtitutione Academiæ ſic narrat Martinus Cruſius lib. 7 part. 3. Annalium Sueuicorum, cap. 13. Anno 1477. Academia Tybingenſis inclyta, ab Illuſtriſsimo VVirtembergiæ Mompelgardiæque Comite Domino Eberhardo Barbato (quoquo verſus

verſus literis ſuum inſtitutum ſignificante) tanquam fons quidam vitæ (ſic ipſe appellauit) matris etiam Illuſtriſsimæ Mechtildis hortatu, & Patrui *Vlrici* auxilio feliciter fundata eſt: vt ſemper haberet ipſe copiam eruditorum virorum, quos honorabat, & ijs impẽſe delectabatur. Hunc enim ſibi theſaurum, ac toti poſteritati, ad honorem Dei, ad vtilitatem Eccleſiæ, & Reipub. ad ornamentum celebritatemque ditionis ſuæ, fore maximũ exiſtimabat. Parochialem etiam Eccleſiam S. Georgij (dignitatem è Syndelphinga Tybingam transferens) in Collegiatam eleuauit idoneis Canonicis, & Præpoſito, conſtantem. Cõtra ſeculares cõſtituit Canonicos (Weltliche Chorherẽ) Syndelphingæ: permiſſu *Sixti* P. & Imp. Friderici Priuilegia dedit Vniuerſitati ſcripto comprehenſa, 1477. die S. Dionyſij, quę populo quotannis in Sangeorgiano templo, die Dominica *S.* Georgium ſequente ab Archigrammateo recitantur: vt ſciatur ab omnibus, nulla re ſtudioſæ iuuentuti nocẽdum, ſed eius commoda promouenda eſſe. Germanicis verbis alicubi ſic legi de hac inſtitutione.

Anno 1477. iſt die hohe Schul zu Tuwingen durch Graff Eberhart den Bandtman geſtifft: vnnd durch Gabriel Bihel / einen Kapplins Munch / gepflanzt. Collocauit autem Academię ſuę ſedem potiſsimum Tybingę: quod id oppidum proximum eſt dignitate poſt Stutgardiam, vbi aula eſt Principum: & quod

per magnam habet amœnitatem circumquaque.

Superiorem enim eius partem, vbi Scholæ Collegia & auditoria ſunt, nempe meridionalem, præterlabitur amnis Nicer, murum oppidi lābens, ibi prata, horti, agri, campi pulchri: quæ vallis Neccarica vocatur: in qua vicini pagi ſunt, ſi à meridie ad occaſum aſcē-das, Daredinga, V Vila, Bihela, & ad dextram trans Nicrum Hirſanuia. In eandem vallem, à meridie Tybingam verſus deſcendit Stainachiana vallis: & riuus Stainach in Nicrum influit. Ad dextrā & ſiniſtram Tybingæ mōtana ſunt: inter quæ ipſum oppidū ſedet: quia altius poſita eſt pars, quæ Academiam habet: Sed inferior pars ad Boream vergit, vbi vinitores & opifices habitant. Mons, qui ad dextram, nempe Orientem, eſt, Orientalis vel Anatolicus appellatur: qui vſq; ad vicū Luſtnauienſem porrigitur, per ſextam fortè partem milliaris Germanici. Is mons ſatis altus, vbi cacumen eius eſt: ad meridiem ferè attingit Nicrū: & ibi cultiſsimis vineis, per totam ſui longitudinem, veſtitus eſt. In oppoſito, Boream ſpectāte, latere, prata & vineas quaſdam habet. In partibus intermedijs, hortos, prata, agros, latumias, ſcaturigines fontium in montis lateribus ſunt: lepuſculi in ipſo capiuntur. Mons alter, qui ad occaſum eſt oppidi: vbi arx principalis conſpicitur, Rautzenbuhel (quatenus iuxta eam ſitus) vocatur. *Meridionalis* verò eorundem montanorū (valde lon-

lõgorũ pars, infra quãNicer fluit, perpetuò vineis exulta eſt: cuius cliuꝰ quidã, arci vicinior, Pfaltzhalda nuncupatur: ſine dubio, ab hac ipſa arce, vel Caſtello: quod Illuſtrium Palatinorum Tybingenſium quondam ſedes fuit. pars Septemtrionalis hortos & prata habet. Mediam partem, quæ longius ab oppido recedit, nemus amœnũ occupat. Ad quorum mõtanorum finem, trans vallem occidẽtem verſus, VVurmlingenſis mons eſt, de quo dudum diximus. Inde, vno à Tybinga milliario, oppidum Rotẽburgum, in planicie iacet. A Tybinga, occidẽtem, & pagum Ieſingam, verſus, vallis Amerana eſt (à riuo Amera, qui eam perfluit, & iuxta murum Tybingę in Nicrum defertur, nomen habens) amœna & ipſa: in qua multa prata, ac trans vallẽ, Boreã verſus vineta perpetua, in montanis oppoſitis. Rurſus ſi Aquilonẽ verſꝰ, porta (meæ domui vicina) Luſtnauienſi exeas, Eſlingã & Stutgardiã petiturus (quæ ternis à Tybinga milliaribus, & inter ſe vno milliari abſunt) non ita longè progredienti, vallis Bebenhuſana occurrit, in qua Monaſterium Bebẽhuſa, ſemimilliario à Tybinga, ſitum eſt valde amplum. Ita montibus, valllibus, vineis, hortis, pratis, agris, campis, fluuijs, vicis, pulcherrimus oppidi & Academiæ Tybingenſis ſitus eſt, idemque admodum ſalubris.

Qui tunc primo in matricem, vel album Academiæ inſcripti fuerint Rectore primo, Ioanne Nauclere.

No-

Ne perſonarum huius ſcholæ varios per euentus tranſeat memoria, inquit de ſe Nauclerus: Nos Ioãnes Vergenhãs, Decret. Doct. Rector primæuus almæ Vniuerſitatis Tvvingen (Conſtantienſis diocæſis prouinciæ Moguntinæ) anno à natiuitate Domini 1477. die feſta ſanctæ & viuificæ Crucis anno indictionis decimo, atque ſexto anno Pontificatus Sixti quarti, anno verò inuictiſsimi Principis & Domini D. Frederici, Rom. Imp. ſemper Auguſti, vigeſimo quinto, nomina matrici noſtræ incorporare cœpimus.

Et plures inſignes viros ibi recenſit, qui ad matriculam Vniuerſitatis inſcripti fuerunt.

Ex Camerario R. Reineccius, in Methodo legendi cognoſcendique hiſtorias, refert: Cum Eberardus Barbatus ſiue Probus Dux, Tubingenſem Academiam anno 1477 condere vellet, ab externo quodam, cuius ea in re opera vti cogebatur, interrogatus: Quidnam regionis & terræ haberet, quod tanto ornamento dignum iudicaret, reſpondit: Cætera omnia eſſe mediocria: vno hoc commodo ſuæ regionis ſe merito gloriari, quod in quancunque illius partem fortè ipſe ſolus delatus, tutò & ſecurè in cuiuſuis ſubditi ſinum caput deponere, & ſomnum capere poſſet.

VIEN-

VIENNENSIS.

Fridericus II. Romanorum Imperator optimis artibus confirmatumatque fulcitum Imperiũ Cõrado filio relicturus, anno Dom. 1237. Viennenſem Academiam, ex Romana & Pariſiorum Vniuerſitate inſtituit. Quam deinde Rudulphus IIII. Albertus III. & Leopoldus II. fratres in commodiorem locum, ad ſupremam dico vrbis curiam, trãſtulerunt, optimiſque priuilegijs honorârunt. Sed cùm & ibi propter Aulicorum inſolentiam atque ſtrepitus, parum rectè collocata videretur, idem ille Albertus locum ſtudijs liberalibus aptiorem, apud monaſterium Prædicatorum elegit, & ſplendidam ampliſsimamque in vſus ſcholaſticos domum emit, quam olim Templarij inhabitaſſe feruntur, & hoc tempore collegium Archiducale vocatur. Eam ille domum duodecim artium & Philoſophiæ profeſſoribus habitandam tribuit. Imitatus fortè Imperatores Hrçcorum, qui Conſtantinopoli duodecim virorum collegium habebãt, de quorum conſilio grauiſsima Imperij negotia feliciter pertractarent, quique iuuentutem & meliorem & doctiorem redderent. Impetrauit etiam ab Vrbano Papa VI. vt ſacram Theologiam hîc publicè profiteri, & eius doctrinæ ſtudioſis adoleſcentibus honorum inſignia, & promotiones conferre liceret: & vt priuilegia, atque ſtatuta, & leges, Academiæ huius approbaret.

Præ-

Prætereà Iuriſconſultorum ſchola ex illius munificentia & liberalitate habetur. Perpetuo etiam edicto decreuit, vt Senatus Populusque Viennenſis per ſingulos annos, quando nouum Conſulem eligerent, admoneretur, ne per ipſos quicquam deſignaretur, vel etiam alios facere permitterent, quo Academia caperet detrimẽtũ, ſed tuerentur potius atq; defenderent ſtudioſorũ priuilegia. Quod hactenùs intelligo obſeruari. Burſa Agni erecta eſt anno Domini 1408. liberalitate Chriſtoferi Otresdorffij ciuis Viennenſis. Burſa Sileſitarũ empta eſt anno *1420.* ex fundatione Nicolai Clebitij Canonici Vratiſlauienſis. Anno Domini *1432.* Burſam Roſæ addiderunt Vdalricus Gruenualderus, & Nicolaus quidam conſul Viennẽſis. Liliorum gymnaſium fundatur à *B*urchardo Krebs, Canonico Patauienſi, anno *1457.* *B*urſam Pruchiam inſtituit Oſualdus VVicherſdorpius anno Domini *1401.* Florentiſsima facultas artium anno Domini *1421.* duo egregia collegia extruxit, quorum alterum *A*ula Vniuerſitatis, alterum Noua ſtructura vocatur. *I*n illa verò domo, quæ *H*oſpitale dicitur, inſtructiſsimam bibliothecã collegit. Circa annum Domini *1497.* Iuriſprudentię ſtudium ferè interciderat: iccircò Maximilianus I. tres clariſsimos iuriſconſultos ex Italia euocauit, Ioannem Syluium, *A*urelium Siculum, & Hieronymum Balbũ, qui ciuilem diſciplinam reſuſcitarent. *I*demque Imperator huic *A*cademiæ indulſit poteſtatem

ſtatem creãdi poetas. Gymnaſium illud, quod olim Pauli dicebatur, atque à Paulo VVannio fundatum erat, in aliam vicinam domum transfertur anno Domini 1517. & mutato nomine, iam Burſa Heidenheim vocatur. Egregia domus, in ſuburbio circa annum Domini 1512. inſtituta fuit pro infirmis atq; peregrinis ſtudioſis adoleſcentibus, ſed hęc an. Dom. 1529. in obſidione Turcica non ſine maximo omnium hominum dolore iterum euerſa eſt. Quo tempore vniuerſa Academia plurimum detrimenti cepit, ſed Ferdinandus I. eiuſdémq; filius Maximilianus II. magnis ſumptibus inſtaurârunt. Vnde illud:

Tempore quæ fuerat collapſa Academia longo,
Nunc in te rurſus clara Vienna viget.
Hactenus innumeros ſemper quoque fouit alũnos,
Quorum nos etiam pars quotacunq; ſumus.
Iam conſurgit honos, decus & ſua gloria doctis,
Maieſtas & ijs quæ fuit ante redit.
Iam quoq; floreſcit, dum Biblia ſacra docentur,
Vera Dei pietas, gloria vera Dei.
Linguarum ſtudia, & diuina mathemata, iuſtum
In pretium, & florem, nunc rediêre ſuum.
Necnon & duplicis ſpatioſa volumina iuris,
Vel quæ cum reliquis Iuſtinianus habet.
Nec minus Hippocratis Coi, ſtudiumq; Galeni
Quod docuit medicos author Apollo viros.

Porrò cùm quatuor in hac Vniuerſitate membra, ſiue quatuor diuerſæ facultatis habeantur, ſingularem doctrinarum profeſſores, peculiarem ſibi apud Dominum Deum patro-

patronum elegerunt, cuius interceſsione maiorem in literis progreſsionem faceret. Theologi Ioannem Euangeliſtam, Iuriſconſulti S. Iuonem, Medici S S. Coſmam & Damianũ, Philoſophi, Oratores & Poetę, S. Catharinam. Id quod ab anno Domini 1427. hactenus obſeruatur.

Vniuerſitatis Rector in actibus publicis alterum à Principe, vel eius Vicario locum obtinet, atque omnibus Academiæ membris ex æquo & bono ius dicit, non modò in ciuilibus, ſed in criminalibus etiam controuerſijs. Ac primò quidem annuus iſte ſupremus magiſtratus erat, poſtea factus eſt ſemeſtris. Cũq; hactenus nemo Rector fuiſſet electus, qui vxorem haberet, ſub Ferdinando I. Romanorũ Imperatore hoc mutari cœpit, vt nunc etiam mariti iſto magiſtratu fungantur; ſed per alium clericum cælibem in Eccleſiaſticas perſonas iuriſdictionem exerceant. Hoc Anno *1571.* Maximilianus Secũdus Imperator ad reſtauranda ſtudia Theologica animum adiecit, & ego vti Coloniâ eò proficiſcerer, inuitatus fui.

VVolſgangus Lazius libros IIII. commẽtariorum de rebus Viennenſibus conſcripſit: quorum 2. cap. 6. ſic refert: Fredericus *II.* Imperator, Siciliæ, Apuliæ, Hieruſalem Rex, Viennenſis Academiæ prima fundamenta iecit, anno *1237.* Quam nulla per Germaniam, Colonienſi ſolo excepto, gymnaſia vetuſtatem ſuperant.

Hæc

Hæc anno poſtea centeſimo, & decimo nono aucta porrò, & præmijs, & prælegentium numero locupletata, & à diui Stephani æde ad caſtrum recens, ab Ottocaro Bohemiæ rege, & Auſtriæ Duce cõſtructũ, ad ipſa vrbis mœnia tranſlata, in veram Gymnaſij amplitudinem excreuêre. *Author* fuit Albertus Secundus hoc nomine Auſtriæ Archidux, quem ab euentu Contractum cognominant. Is nouum auſpicatus Gymnaſium, in foro quod hodie porcorum vocant, & in vicinia templi *Au*guſtinianorum, ſub annum ſalutis noſtræ M.CCCLVI. doctiſsimos ex Lutetia Pariſiorum Theologos in huius rei felix auſpicium accerſiuit, Henricum ab Haſsia, & quendam à Dunkhlsbuehl, collegio conſtituto (vt ex *An*nalibus deprehendi) his ædibus, quas hodie Schaunburgenſes Comites poſsident. Extant adhuc hodie multorũ Theologorum & Iuriſconſultorum in proximo *Au*guſtinianorũ Cœnobio ſarcophagi, eodem tempore iſthic, cùm primùm à fundamentis ſurgeret, ſepultorum. Quę res *Annalibus* ſubſcribit. *Atq;* hoc in loco cùm vix decennium Gymnaſium cõſtitutum, augmẽtum paulatim ac vires concepiſſet, doctis indies magis magiſque *Vienn*ã confluentibus, tandem ſub annum ſalutis noſtræ M.CCCLXVI. Rudolphus hoc nomine quartus *Ar*chidux *Au*ſtriæ, eo ipſo tempore, quo magnificam turrim, ac aliquot ampliſſimas teſtudines Parochiali omnium ſanctorũ templo, cum Cathedrali præpoſitura adieciſ-

 ſet,

ſet,magnam rem animo agitans, & locum ſi-
mul Gymnaſij & pręmia Profeſſorum muta-
uit. Nam cùm illud è caſtri & Auguſtiniano-
rum templo ad Templariorum relictas ædes,
hoc eſt,ab occidentali vrbis plaga ad orienta-
lem tranſpoſuiſſet,ad locum videlicet,& qui-
ete & ſalubritate,ſtudijs ac *Muſis* commodio-
rem,annuum præterea cenſum, vnde profeſ-
ſoribus præmia diſtribuerentur, ex omnium
Auſtriæ locorum , maximè telonio in ipſo
municipio,ex innata Principis liberalitate ad-
iecit, & omnium totius Germaniæ gymna-
ſiorum Viennæ ampliſsimum frequentiſsi-
mumque perfecit. Cuius confirmationem fi-
lius poſtea *A*lbertus,hoc nomine tertius,cog-
nomento cum trica,ab Vrbano Romano Pō-
tifice ſummo impetrauit,à Chriſto nato 138 4.
*A*tq; ita his initijs,augmētisq; *V*iennēſis *A*cade-
mia,quę ſuperioribus annis totius *E*uropę fre-
quētiſsima ac lōgè celeberrima,poſita fuit,&
in Templariorum(qui paulo ante proſcripti
ab Apoſtolica ſede,Imperioque Romano fu-
erant)relictis ædibus , ſtubarum portæ (vt
vocant) Viennæ,& Dominicanorum cœno-
bio,proximis confirmata. In qua domus pri-
mæ erant,collegium Ducale, *T*empla riorum
quondam regia,vbi Theologiæ, artium libe-
ralium,ac Philoſophię quatuordecim profeſ-
ſores habitabant. *A*ula,quam vocant,ampliſsi-
ma domus,vbi conuenticula Gymnaſij fiunt,
declamationes, diſceptationes publicæ , & in
artibus ac philoſophia promouendorum ex-
amina,

amina. Huic è regione opponitur Academiæ Xenodochium, vbi admirandi operis bibliotheca, Cunradi Celtis, Andreæ Purbachij, & Ioannis de monte regio pretioſa volumina continet. His paulatim prouinciarum Auſtriç facultates ſuas quæque proprias adiecêre, in quibus ſuos alerent: Auſtriaci, Agni contubernium: Viennenſes, Roſarum: Salisburgenſes, Styrij & Vveiſſenburgenſes, quam vocãt Burſam Heydenhaym. Sueui, Vuirtenbergenſes, ac Vlmenſes, Liliorum contubernium. Habent & Sileſij peculiares in tractu Academiæ ædes, & Hungari Burſam quam Chriſti vocãt: & aliam à ponte dictam, Auſtriaci ac Corniolani Agni contubernio coniunxerunt. Eſt & Iuriſcõſultorum domus, iuris vtriuſq; prælectionibus vna peculiaris & certa diſtincta, in qua tres iuris colũt profeſſores: quibus noſtra ætate Ferdinandus Cæſar & Auſtriæ Archidux, quartum adiecit. Tum Medicos proprias ſeorſim concilijs ſuis addictas ædes habuiſſe conſtat, quas incendio conſumptas noſtra memoria vendidere. Cõſtituerũt & pauperibus pij quidam homines ædes quaſdam certas, in quibus literarum alumni ex quotidiana ſtipe aluntur, quas Codrias vulgo dicunt; Aurei montis, Aurei leonis, & quæ intercidit Pãkheta. Porrò in hoc quondam Gymnaſio, primi Principes, ex noningentorum aureorum annuo cenſu in telonio ipſi deſignato, alebãt tres Theologos, quatuor Iureconſultos, tres Medicos; & duodecim artium &

per magnam habet amœnitatem circumqua-que.

Superiorem enim eius partem, vbi Scholæ Collegia & auditoria ſunt, nempe meridionalem, præterlabitur amnis Nicer, murum oppidi lābens, ibi prata, horti, agri, campi pulchri: quæ vallis Neccarica vocatur: in qua vicini pagi ſunt, ſi à meridie ad occaſum aſcēdas, Daredinga, V Vila, Bihela, & ad dextram trans Nicrum Hirſanuia. In eandem vallem, à meridie Tybingam verſus deſcendit Stainachiana vallis: & riuus Stainach in Nicrum influit. Ad dextrā & ſiniſtram Tybingæ mōtana ſunt: inter quæ ipſum oppidū ſedet: quia altius poſita eſt pars, quæ Academiam habet: Sed inferior pars ad Boream vergit, vbi vinitores & opifices habitant. Mons, qui ad dextram, nempe Orientem, eſt, Orientalis vel Anatolicus appellatur: qui vſq; ad vicū Luſtnauienſem porrigitur, per ſextam fortè partem milliaris Germanici. Is mons ſatis altus, vbi cacumen eius eſt: ad meridiem ferè attingit Nicrū: & ibi cultiſsimis vineis, per totam ſui longitudinem, veſtitus eſt. In oppoſito, Boream ſpectāte, latere, prata & vineas quaſdam habet. In partibus intermedijs, hortos, prata, agros, latumias, ſcaturigines fontium in montis lateribus ſunt: lepuſculi in ipſo capiuntur. Mons alter, qui ad occaſum eſt oppidi: vbi arx principalis conſpicitur, Rautzenbuhel (quatenus iuxta eam ſitus) vocatur. *Meridionalis* verò eorundem montanorū (valde lon-

lõgorũ pars, infra quãNicer fluit, perpetuò vineis exulta eſt: cuius cliu⁹ quidã, arci vicinior, Pfaltzhalda nuncupatur: ſine dubio, ab hac ipſa arce, vel Caſtello: quod Illuſtrium Palatinorum Tybingenſium quondam ſedes fuit. pars Septemtrionalis hortos & prata habet. Mediam partem, quæ longius ab oppido recedit, nemus amœnũ occupat. Ad quorum mõtanorum finem, trans vallem occidẽtem verſus, VVurmlingenſis mons eſt, de quo dudum diximus. Inde, vno à Tybinga milliario, oppidum Rotẽburgum, in planicie iacet. A Tybinga, occidẽtem, & pagum Ieſingam, verſus, vallis Amerana eſt (à riuo Amera, qui eam perfluit, & iuxta murum Tybingę in Nicrum defertur, nomen habens) amœna & ipſa: in qua multa prata, ac trans vallẽ, Boreã verſus vineta perpetua, in montanis oppoſitis. Rurſus ſi Aquilonẽ verſ⁹, porta (meæ domui vicina) Luſtnauienſi exeas, Eſlingã & Stutgardiã petiturus (quæ ternis à Tybinga milliaribus, & inter ſe vno milliari abſunt) non ita longè progredienti, vallis Bebenhuſana occurrit, in qua Monaſterium Bebẽhuſa, ſemimilliario à Tybinga, ſitum eſt valde amplum. Ita montibus, valllibus, vineis, hortis, pratis, agris, campis, fluuijs, vicis, pulcherrimus oppidi & Academiæ Tybingenſis ſitus eſt, idemque admodum ſalubris.

Qui tunc primo in matricem, vel album Academiæ inſcripti fuerint Rectore primo, Ioanne Nauclere.

No-

VIENNENSIS.

Fridericus II. Romanorum Imperator optimis artibus confirmatum atque fulcitum Imperiũ Cõrado filio relicturus, anno Dom. 1237. Viennenſem Academiam, ex Romana & Pariſiorum Vniuerſitate inſtituit. Quam deinde Rudulphus IIII. Albertus III. & Leopoldus II. fratres in commodiorem locum, ad ſupremam dico vrbis curiam, trãſtulerunt, optimiſque priuilegijs honorârunt. Sed cùm & ibi propter Aulicorum inſolentiam atque ſtrepitus, parum rectè collocata videretur, idem ille Albertus locum ſtudijs liberalibus aptiorem, apud monaſterium Prædicatorum elegit, & ſplendidam ampliſsimamque in vſus ſcholaſticos domum emit, quam olim Templarij inhabitaſſe feruntur, & hoc tempore collegium Archiducale vocatur. Eam ille domum duodecim artium & Philoſophiæ profeſſoribus habitandam tribuit. Imitatus fortè Imperatores Hręcorum, qui Conſtantinopoli duodecim virorum collegium habebãt, de quorum conſilio grauiſsima Imperij negotia feliciter pertractarent, quique iuuentutem & meliorem & doctiorem redderent. Impetrauit etiam ab Vrbano Papa VI. vt ſacram Theologiam hîc publicè profiteri, & eius doctrinæ ſtudioſis adoleſcentibus honorum inſignia, & promotiones conferre liceret: & vt priuilegia, atque ſtatuta, & leges, Academiæ huius approbaret.

Præ-

Præterea Iuriſconſultorum ſchola ex illius munificentia & liberalitate habetur. Perpetuo etiam edicto decreuit, vt SenatusPopulusque Viennenſis per ſingulos annos, quando nouum Conſulem eligerent, admoneretur, ne per ipſos quicquam deſignaretur, vel etiam alios facere permitterent, quo Academia caperet detrimētū, ſed tuerentur potius atq; defenderent ſtudioſorū priuilegia. Quod hactenùs intelligo obſeruari. Burſa Agni erecta eſt anno Domini 1408. liberalitate Chriſtoferi Otresdorffij ciuis Viennenſis. Burſa Sileſitarū empta eſt anno *1420*. ex fundatione Nicolai Clebitij Canonici Vratiſlauienſis. Anno Domini *1432*. Burſam Roſæ addiderunt Vdalricus Gruenualderus, & Nicolaus quidam conſul Viennēſis. Liliorum gymnaſium fundatur à Burchardo Krebs, Canonico Patauienſi, anno *1457*. Burſam Pruchiam inſtituit Oſualdus VVicherſdorpius anno Domini *1401*. Florentiſsima facultas artium anno Domini *1421*. duo egregia collegia extruxit, quorum alterum Aula Vniuerſitatis, alterum Noua ſtructura vocatur. In illa verò domo, quæ Hoſpitale dicitur, inſtructiſsimam bibliothecā collegit. Circa annum Domini *1497*. Iuriſprudentię ſtudium ferè interciderat: iccircò Maximilianus I. tres clariſsimos iuriſconſultos ex Italia euocauit, Ioannem Syluium, Aurelium Siculum, & Hieronymum Balbū, qui ciuilem diſciplinam reſuſcitarent. Idemque Imperator huic Academiæ indulſit poteſtatem

ſtatem creãdi poetas. Gymnaſium illud, quod olim Pauli dicebatur, atque à Paulo VVannio fundatum erat, in aliam vicinam domum transfertur anno Domini 1517. & mutato nomine, iam Burſa Heidenheim vocatur. Egregia domus, in ſuburbio circa annum Domini 1512. inſtituta fuit pro infirmis atq; peregrinis ſtudioſis adoleſcentibus, ſed hęc an. Dom. 1529. in obſidione Turcica non ſine maximo omnium hominum dolore iterum euerſa eſt. Quo tempore vniuerſa Academia plurimum detrimenti cepit, ſed Ferdinandus I. eiuſdéq; filius Maximilianus II. magnis ſumptibus inſtaurârunt. Vnde illud:

Tempore quæ fuerat collapſa Academia longo,
Nunc in te rursùs clara Vienna viget.
Hactenus innumeros ſemper quoque fouit alũnos,
Quorum nos etiam pars quotacunq; ſumus.
Iam conſurgit honos, decus & ſua gloria doctis,
Maieſtas & ijs quæ fuit ante redit.
Iam quoq; floreſcit, dum Biblia ſacra docentur,
Vera Dei pietas, gloria vera Dei.
Linguarum ſtudia, & diuina mathemata, iuſtum
In pretium, & florem, nunc rediêre ſuum.
Necnon & duplicis ſpatioſa volumina iuris,
Vel quæ cum reliquis Iuſtinianus habet.
Nec minus Hippocratis Coi, ſtudiumq; Galeni
Quod docuit medicos author Apollo viros.

Porrò cùm quatuor in hac Vniuerſitate membra, ſiue quatuor diuerſæ facultatis habeantur, ſingularem doctrinarum profeſſores, peculiarem ſibi apud Dominum Deum patro-

patronum elegerunt, cuius interceſsione maiorem in literis progreſsionem facerét. Theologi Ioannem Euangeliſtam, Iuriſconſulti S. Iuonem, Medici S S. Coſmam & Damianũ; Philoſophi, Oratores & Poetę, S. Catharinam. Id quod ab anno Domini 1427. hactenus obſeruatur.

Vniuerſitatis Rector in actibus publicis alterum à Principe, vel eius Vicario locum obtinet, atque omnibus Academiæ membris ex æquo & bono ius dicit, non modò in ciuilibus, ſed in criminalibus etiam controuerſijs. Ac primò quidem annuus iſte ſupremus magiſtratus erat, poſtea factus ęſt ſemeſtris. Cũq; hactenus nemo Rector fuiſſet electus, qui vxorem haberet, ſub Ferdinando I. Romanorũ Imperatore hoc mutari cœpit, vt nunc etiam mariti iſto magiſtratu fungantur; ſed per alium clericum cælibem in Eccleſiaſticas perſonas iuriſdictionem exerceant. Hoc Anno 1571. Maximilianus Secũdus Imperator ad reſtaurandа ſtudia Theologica animum adiecit, & ego vti Coloniâ eò proficiſcerer, inuitatus fui.

VVolfgangus Lazius libros IIII. commẽtariorum de rebus Viennenſibus conſcripſit: quorum 2. cap. 6. ſic refert: Fredericus *II.* Imperator, Siciliæ, Apuliæ, Hieruſalem Rex, Viennenſis Academiæ prima fundamenta iecit, anno *1237.* Quam nulla per Germaniam, Colonienſi ſolo excepto, gymnaſia vetuſtatem [illegible]ferunt.

Hæc

Hæc anno poſtea centeſimo, & decimo nono aucta porrò, & præmijs, & prælegentium numero locupletata, & à diui Stephani æde ad caſtrum recens, ab Ottocaro Bohemiæ rege, & Auſtriæ Duce cōſtructū, ad ipſa vrbis mœnia tranſlata, in veram Gymnaſij amplitudinem excreuêre. *Author* fuit Albertus Secundus hoc nomine Auſtriæ Archidux, quem ab euentu Contractum cognominant. Is nouum auſpicatus Gymnaſium, in foro quod hodie porcorum vocant, & in vicinia templi *Au*guſtinianorum, ſub annum ſalutis noſtræ M.CCCLVI. doctiſsimos ex Lutetia Pariſiorum Theologos in huius rei felix auſpicium accerſiuit, Henricum ab Haſsia, & quendam à Dunkhlsbuehl, collegio conſtituto (vt ex *An*nalibus deprehendi) his ædibus, quas hodie Schaunburgenſes Comites poſsident. Extant adhuc hodie multorū Theologorum & Iuriſconſultorum in proximo *A*uguſtinianorū Cœnobio ſarcophagi, eodem tempore iſthic, cùm primùm à fundamentis ſurgeret, ſepultorum. Quę res *A*nnalibus ſubſcribit. *A*tq; hoc in loco cùm vix decennium Gymnaſium cōſtitutum, augmētum paulatim ac vires concepiſſet, doctis indies magis magiſque *V*iennā confluentibus, tandem ſub annum ſalutis noſtræ M.CCCLXVI. Rudolphus hoc nomine quartus *A*rchidux *A*uſtriæ, eo ipſo tempore, quo magnificam turrim, ac aliquot ampliſsimas teſtudines Parochiali omnium ſanctorū templo, cum Cathedrali præpoſitura adieciſ-

 ſet,

ſet, magnam rem animo agitans, & locum ſimul Gymnaſij & pręmia Profeſſorum mutauit. Nam cùm illud è caſtri & Auguſtinianorum templo ad Templariorum relictas ædes, hoc eſt, ab occidentali vrbis plaga ad orientalem tranſpoſuiſſet, ad locum videlicet, & quiete & ſalubritate, ſtudijs ac *Muſis* commodiorem, annuum præterea cenſum, vnde profeſſoribus præmia diſtribuerentur, ex omnium Auſtriæ locorum, maximè telonio in ipſo municipio, ex innata *Principis* liberalitate adiecit, & omnium totius Germaniæ gymnaſiorum Viennæ ampliſsimum frequentiſsimumque perfecit. Cuius confirmationem filius poſtea *Albertus*, hoc nomine tertius, cognomento cum trica, ab Vrbano Romano Pōtifice ſummo impetrauit, à Chriſto nato 1384. *Atq*; ita his initijs, augmētisq; *Viennēſis Academia*, quę ſuperioribus annis totius *Europę* frequētiſsima ac lōgè celeberrima, poſita fuit, & in Templariorum (qui paulo ante proſcripti ab Apoſtolica ſede, Imperioque Romano fuerant) relictis ædibus, ſtubarum portæ (vt vocant) Viennæ, & Dominicanorum cœnobio, proximis confirmata. In qua domus primæ erant, collegium Ducale, *Templariorum* quondam regia, vbi Theologiæ, artium liberalium, ac Philoſophię quatuordecim profeſſores habitabant. *Aula*, quam vocant, ampliſsima domus, vbi conuenticula Gymnaſij fiunt, declamationes, diſceptationes publicæ, & in artibus ac philoſophia promouendorum examina,

amina. Huic è regione opponitur Academiæ Xenodochium, vbi admirandi operis bibliotheca, Cunradi Celtis, Andreæ Purbachij, & Ioannis de monte regio pretioſa volumina continet. His paulatim prouinciarum Auſtriç facultates ſuas quæque proprias adiecêre, in quibus ſuos alerent: Auſtriaci, Agni contubernium: Viennenſes, Roſarum: Salisburgenſes, Styrij & Vveiſſenburgenſes, quam vocāt Burſam Heydenhaym. Sueui, Vuirtenbergenſes, ac Vlmenſes, Liliorum contubernium. Habent & Sileſij peculiares in tractu Academiæ ædes, & Hungari Burſam quam Chriſti vocāt: & aliam à ponte dictam, Auſtriaci ac Corniolani Agni contubernio coniunxerunt. Eſt & Iuriſcōſultorum domus, iuris vtriuſq; prælectionibus vna peculiaris & certa diſtincta, in qua tres iuris colūt profeſſores: quibus noſtra ætate Ferdinandus Cæſar & Auſtriæ Archidux, quartum adiecit. Tum Medicos proprias ſeorſim concilijs ſuis addictas ædes habuiſſe conſtat, quas incendio conſumptas noſtra memoria vendidere. Cōſtituerūt & pauperibus pij quidam homines ædes quaſdam certas, in quibus literarum alumni ex quotidiana ſtipe aluntur, quas Codrias vulgo dicunt, Aurei montis, Aurei leonis, & quæ intercidit Pākheta. Porrò in hoc quondam Gymnaſio, primi Principes, ex noningentorum aureorum annuo cenſu in telonio ipſi deſignato, alebāt tres Theologos, quatuor Iureconſultos, tres Medicos; & duodecim artium &

Philoſophiæ Profeſſores, qui vulgo Collegæ Ducales appellantur. His Maximilianus Cæſar ante noſtram memoriam tres Profeſſores adiecit, Rhetorices, Poetices, & Mathematices.

Noſtra ætate & profeſſorum & ſalariorũ numerum Ferdinãdus Cæſar & Auſtriæ Princeps duplicauit: ampliſsima ſacras literas, diuinas leges, ſaluberrimam mendendi artem, ac cæteras Philoſophiæ ac mathematum, rhetorices quoque, Poeticesque ſcientias docentibus, præmia largitus. quibus quinque denuò profeſſores addidit amplo ſtipendio conductos, Hębraicarum literarum, Gręcarum, Poetices, Ethices, & Dialectices. *Et* lib. 3. ca. 1. Triplex, inquit, *Viennæ Magiſtratus* eſt: Eccleſiaſticus, reipub. capeſſendæ communis, & medius qui eſt *Academiæ*. Qui in repub. adminiſtranda conſiſtit, triplex eſt. Ducalis, prouincialis, & oppidanus. Quorum diuerſitatem, & officia, atque dignitates latè ibi perſequitur Et cap. 5. Eccleſiaſtici Magiſtratus ſunt *Archidiaconi*, Decani & Officialis Epiſcopi. Qui ab officio, quod gerit, ſic nũcupatus, Viennę curiam magnificam ad Diuam Virginem in littore appellatam incolit, iura pręſcribit, cauſasque & controuerſias Eccleſiæ audit, atque diſtinguit, *Præſulum* videlicet, & *Parochorũ* per vniuerſam *Auſtriam* conſtitutorum. Quo in munere laboris ſocios habet & miniſtros, Decanos ſuos. Garſenſem, Mautrenſem, Zuetlenſem, & Muſtlbacenſem. Iſti parochis impe-

imperant, & controuerſias minores diſtinguũt. Si quæ grauiores inciderint, ad officialẽ Viennenſem referũt. Officiali porrò, hoc eſt, vero Archidiacono, in laboris adminiculo Epiſcopus Patauiẽſis notarios alit adſeſſores: & quẽdam à pedib9, quẽ & Curſorẽ & Pedellũ dicunt, qui partes ad ſenatũ conuocat, quem conſiſtorium dicunt. Ad hoc & cauſarum actores confluũt, lites proponũt, & defenſant. Quam magiſtratus rationem imitatus poſtea Viennenſis Epiſcopus, recens à Friderico tertio Cæſare, ſub annum Domini MCCCC. LXXXII. poſtliminio in hãc Vrbem relatus, anno videlicet poſt Longobardorum immigrationem milleſimo, vt ſuæ item diæceſeos tractum à Patauienſi demptum, à Vienna in Pannoniam propagatum, ritè adminiſtraret, & tot intra vrbem Parochias, monaſteria, ac prępoſituras moderaretur, & ipſe Officialem alere cœpit. Qui in curia Viennenſis Epiſcopatus eadem ratione conſiſtoria habet, adiũctis notarijs & adſeſſoribus: ibique cauſas matrimoniales, ſacerdotumque crimina audit, & diſtinguit, ac in omnibus domini ſui Epiſcopi Viennenſis vices gerit. His medius accedit magiſtratus, qui Academiæ eſt: ſtudij & literarum rem curat, adminiſtrationemque mixtam partim ab Eccleſiaſtica, partim à ciuili habet: ab Alberto Contracto, & Rudolpho Archiducibus Auſtriæ introductus, anno à nato Chriſto MCCC. LX. cùm literis ſuam prouinciam reddere ornatiorem conarẽtur,

& ingeniorum curam ſuſciperent, vnde Reſ. publica ſua ſanius gubernaretur. Hunc magiſtratum ſuſtinet vnus Gymnaſiarcha dictus, quem vulgo Rectorem nominant, anno bis immutatus, ne tempore protractus communi vtilitati officere poſset. Is quatuor miniſtros habet, qui ſcipiones argenteos præferũt. Rempublicam verò ſuam adminiſtrat, conſultoribus vſus, & in Profeſſorum ratione, & in actionum incidentium diſcrimine, alijs atque alijs. Profeſſorum curam duo gerunt, qui Superintendentes vulgo vocantur: quorum alterum Dux præficit, alterum Academia. Ducali perpetua poteſtas eſt, alteri annua. Ad Conſilia verò Rectoris & conuenticulum iſtud Academiæ, quod conſiſtorium vocant, ex ſingulis quique facultatibus Decani, & ex totidem nationibus Procuratores conueniũt. Facultates autem quatuor ſunt: Theologi primam ſedem vendicant, ſequuntur Iureconſulti, ac Medici: infima ſubſellia Philoſophi, Mathematici, Oratores, Dialectici, ac cæteri artium Doctores retinent. Nationum item genera quatuor ſunt: Auſtriacarum Prouinciarum prima: Rhenenſium, hoc eſt eorum qui ex Romani Imperij regionibus alijs ab Auſtriaca ditione ſunt, ſecunda (quorum præcipui Sueui ac Bauari ſunt): tertia Hungarorum & Bohemorum eſt: quarta & vltima Saxonũ, Miſnenſium, Brandenburgenſium, Pomeranorum, Pruſiorum & Danorum. In conſilijs cæteriſq; publicis actibus, omnium quatuor Gymna-

Gymnaſiarcha miniſtrorum opera vtitur: facultates verò, aut horum Decani quique ſui Senatuſconſulta notarius excipit. Cauſas apud Regium Senatum, vel alia inferiora ſubſellia, Syndicus agit, Superintendenti in laboris cõſiliorumque conſortium iunctus. Famigeratum verò, ante noſtram memoriam præter cætera hoc Gymnaſium erat, cùm frequenti ſtudioſorum numero (quorum aliquando octo millia, Viennam ingenij cultum capiendi gratia confluebant) tum verò, quod hinc, ceu ex equo Troiano, doctiſsimi quique viri proceſſerint.

VVITTENBERGENSIS.

VVittenbergensis in Saxonia. Hanc Fredericus I. Saxoniæ Dux anno Domini *1502.* ex Lipſenſi & Tubingenſi erexit, & alter Fredericus ita exornauit, vt ex frigida, teſte Eraſmo, celebris euaderet. Petr. Moſellanus: Fredericus, inquit, VVittenbergam ſuam omnigenarum artium, maximè trium linguarum, profeſſoribus ſic inſtituit, ſic adornauit, vt optime conſtituti gymnaſij exemplar hinc petere poſsis, &c. Heningus, Schurffius, Clingius, VVeſenbecius, Oldẽdorpius, Iuriſconſulti ſcriptis apud Germanos celebres, hic floruerunt.

Martinus Lutherus, quem illi alterum Heliam, Germaniæque Prophetam appellare non verentur, hîc docuit: Philippus quoque Melanthon, qui alter Hippias, & omnium,

quos ſol viderit ſapientiſsimus, Prophetæque ſui Lutheri dexter oculus ab ijs vocatur, hîc profeſſus eſt.

De hac Academia in Monaſterio ad portam Eliſtrinam ſupra Principum Electorum Saxoniæ imagines ita refertur:

Academiam VVittebergenſem Io. Fridericus, Dei benignitate Dux Saxoniæ, Sacri Ro. Imp. Elector & Archimar. Lendtgra. Tur. Marchio Miſniæ, & Burg. Mag. fundauit: Fridericus inchoauit: Ioa. conſeruauit: Mauritius bello diſsipatam inſtaurauit: Auguſtus exornauit, amplificauit, & confirmauit.

VISONTINA, in Burgundia. Hanc Reuerendiſsimus D. Antonius Peronottus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Mechlinienſis Archiepiſcopus inſtituit, vt eruditi illic viri producantur, qui miſerrimè perturbatam Rempublicam Chriſtianam conſtituere, & Catholicam religionem propugnare poſsint.

ARGENTORATENSE Gymnaſium inter Academias Germaniæ receſetur. De cuius inſtitutione parũ mihi cõſtat, niſi quòd ad PRę-dicatores in conclaui Scholarcharum ſcriptũ reperitur. Anno poſt milleſimum 1538. depoſitis armis, & pacata graui inter Carolum V. Imp. Ro. & Franciſcum I. Galliarum Regem diſcordia S. P. Q. Arg. iuuentuti Chriſtianæ religione, & liberalibus diſciplinis inſtituendæ ludum literarium aperuit. Pręfecto primario Ia. Sturmio. Rectore Io. Sturmio.

Ad

Ad Petrum Iuniorem.

Diu apparandum eſt ædificium, vt ædifices celerius. 1494. Vetuſtiſsimæ ſtatuæ Fidei legem alloquentis hæc verba tribuuntur:

Mit Chriſtus Blut vberwinde ich dich.

Cui lex reſpondet:

Daſſelb Blut erblendt mich.

Matthias Quadus Pictor, cùm de ſeptem Mirabilibus Mundi, & ſtructuris aliquot inſignibus Europæ, vt Metropolitano templo Coloniæ Agrippinæ, & turri Eccleſiæ Hiſpalenſis, libro 6. Geographicarum enarrationū diſſeruiſſet: Habet, inquit, Argentoratenſis vrbs, nobile & ingens quoddam opus, cuius ſimile nec in Germania, nec in Gallia, nec Italia inuenitur. Nempe ſumptuoſiſsimam illam turrim, quæ anno Chriſti 1277. inchoata, atq; 78. ferè vſq; ad faſtigiū conſummata eſt. Hæc ab ipſis fundamentis vſque ad ſupremum culmen quadris & pulchrè figuratis lapidibus eſt erecta. Eruinus de Steinbach prima poſuit fundamenta, ideam ipſam concepit, atque Architectum ad conſummationem eius egit. vbique aeri & vento eſt peruia, patetq; aſcenſus eius quatuor cochleis. Vbi craſsities eius in faſtigiū incipit acuminari, ibi octo conſurgunt cochleæ. Supremus globus, qui inferius vix modij magnitudinem habere videtur, tantus eſt, vt capacitas eius recipiat quinque aut ſex perſonatos homines. Longitudo ſeu altitudo eius pedes geometricos habet 574. Artificium eius olim annumeratum fuiſſet

ſeptem miraculis mundi. Turris autem huius celſitudini templum ipſum proportionaliter reſpondet, interius horologio ornatum, tanto artificio, varioq́ue colore, vt ſingularia & particularia de eo capita conſcribi poſſent. Vtriusque tamen pictura, templi videlicet cum turri, ac horologij, eorumq́ue deſcriptiones vbique extant.

SORANAE in Dania illuſtrem ſcholam haberi ait Chytræus in ſuo itinerario: & in cœnobij cuiuſdam cœnaculo hos verſus reperiri:

Doctorum famuli ſunt omni tempore tardi,
Sudant quando vorant, frigeſcunt quando laborant.

DANTISCI vrbe florentiſsima, in veſtibulo ſcholæ Marianæ ſic legitur:

Hæc domus eſt Chriſto, ſtudijsq́; dicata Iuuentæ:
Nemo ſacrum violet, dedecoretq́; locum.

HERBONA vel Segen Naſſouiorum, & Tekenburgi celebres ſcholæ inſtitutæ ſuperioribus annis fuerunt, quas etiam inter Academias referunt. Equidem obiter vtramque vidi, ſed de illarum fundatione, & natura, parum certi adhuc cognoſcere potui.

IVLIANA in Ducatu Brunſuicenſi, à Iulio authore, à loco Helmſtadiana vocatur. De cuius fundatione, ſitu, & qualitatibus, Ioannes Caſius, in oratione, de bono Academiæ, quã anno Domini 1598. in eius Academiæ Natali, Idibus Octobris, (quo pro fundatoribus,

bus, pro Academia, pro tota patria, vota faciunt) ex more habuit, ſic loquitur:

De Conditore Academiæ Iuliæ, & Conſeruatore, non video, cur ſeorſim aliquid prædicem, cùm eorum laudibus omnis oratio adſpergenda ſit.

Nouam gloriam vetuſtiſsimę & Clariſsimę maiorum adijciendam putauit Dux Iulius: illa fuerat omnium ſeculorum militaris & Imperatoria, hæc erat literaria & pacis. Condiderat autem ad riuulum Gannæ, in arctis montibus, gymnaſium Dux Iulius, bono conſilio & liberali ſumptu: id quia frequentari videbat, & ex eo redundare in vniuerſam Prouinciam multum boni, maius conſilium cœpit, de Academia, ſiue, vt hodie appellatur, Vniuerſitate condenda: vbi non ſolùm initia quædam literarũ, ſed omne genus liberales doctrinæ pleniſsimè traderentur: nec amiſit è manibus hanc regiam cogitationem, donec effectum reddidiſſet, quod mente diu voluerat, & accuratè apud animum deſignauerat. In hoc autem profectò ſunt præ cæteris mortalibus beati Reges & Principes, vt ſi quid felicitatis moliantur ſuis Ciuibus & Populis, atque etiam poſteritati: id ſecundo ſucceſſu, vt plurimum, præſtent. Ex ijs, quæ initio neceſſaria eſſent, primum videbat locũ, cùm nondum ita latè imperaret; quemadmodum aliquot annis poſt agnoto Erico Principe vita functo. Nec reperiebat in ſua prouincia commodiorem, quàm in his, nõ inamœnis Elma-

nis

nis vallibus quas cinctas ferè ab omni parte ſyluis hodie incolimus. Commoditas autem videbatur eſſe multiplex, quod Helmæſtadium inter duas vrbes ampliſsimas ſita eſt, quaſique in medio. Diſtat enim hinc ad Ortum Magdeburga in ripa Albis ſita, XXX. M. paſſuum: Occidentem ſolum verſus Brunſuiga paſſuũ XXV. M. Vnde, ſi quæ res aliæ hîc expeterentur, negotio ille poſſent importari nõ magno. Neq; tamen circa hoc oppidum frumenti inopia eſt: & ſunt latomiæ & ſyluæ ad ædificandum. Nec lignorum, quibus domi vtamur, penuria: aquæductus autem, & putei ꝓ viuo flumine. Per enim rarò fieri videmus, vt quis locum vel oppido, vel pago, nedum Academiæ deſignet, in quo reperias omnia, quæ optes: atque adeò, quæ res eſt inter mortales, ita omnibus numeris abſoluta, in qua nõ aliquid, & alij aliud, deſideremus? Qui potiſsima nacti, non admodum requirunt reliqua, ſapiunt mea ſententia. Vt de loco non abeam, hic ſi non eſt, qui delicijs alliceat; non eſt profectò, qui rerum penuria deterreat, & omnia tempore excolentur: id quo & alibi factũ meminimus. Eſt & altera ſitus cõmoditas, quod etſi procul alij aduenêre his annis proximis, ob literas, quę hîc copioſiſsimè & dexterrimè traduntur, qua proximè ſunt, Halberſtadij & Thuringi, qua Magdeburgici, & Marchici, qua Lunæburgici, que Viſurgi traiecto, Saxones occidui: ex quot Prouincijs frequẽtia ſperari poterat: cuius quæ vis eſſe putanda ſit, dice-

dicetur inferius. Hic domuum Academicarũ inijcienda mentio videtur: quæ ſi ad negotiũ commodæ ſint, nihil præterea admodum requiras. Eaque commoditas etiam elegantiam quandam deſiderat.

Nam & primi Philoſophi Athenis polita amœnaq́; loca ſectati memorantur. Cùm annis abhinc XXV. à Ganna, de qua dixi, auſpicijs Ducis Iulij huc traduceretur hoc gymnaſium, vt eſſet gymnaſium amplius, ſiue Academia, ſiue *Vniuerſitas*, apta ad cultum literarum extructa ſtatim fuit domus non abſque elegantia. Deſignauitq́ue opus, quale his annis videmus ſurgere, auſpicijs Ducis Henrici Iulij paternæ laudis æmuli, & amplificatoris. Neque iam longè abeſt, quin faſtigio operi impoſito, dedicetur Conditori, & cuſtodi Vniuerſitatis: & templum ſit pietati, ſapientiæ, iuſtitiæ ſaluti, concordiæ, earumq́; vniuerſæ familiæ ſacrũ. Cùm aũt magnifica iſta domus, & fama iam & ſcriptis multorum celebretur: ſecũdũ eſt, vt auditores & Doctores veritate, & virtute, & vtriusq; ſtudijs in perpetuũ eam cohoneſtemus. Nec enim alio pacto nos gratiores erga conditores & cuſtodes Academiæ Iuliæ oſtenderimus. Tanta munificentia omnes complectitur inſignis heros Henricus, vt in vſus neceſſarios quiduis ſuppeditet. Inſtituit quoque συσσίτια, ſiue phiditia, vt Laconico nomine vtamur, vbi exteris quoque multis viuere licet, paruo ſuo ſumptu: nec pauci gratuitò ibi victum habẽt, Quod ſingulare beneficium, hoc tempore

contagij, potiſsimum Academiam continet.

Celeberrimas quoq; profeſsiones in Theologia, Iuriſprudentia, Medicina, Philoſophia, Hiſtoria, & trib⁹ linguis ſacris Latina, Græca, Hebraica, Helmſtadij haberi prędicat.

Dux Iulius inſtitutor, anno 1580. ab Academia Colonienſi, cuius ego tunc Rector eram, ſtatuta & leges communicari petijt.

Henricus Iulius amplificator ad huius Academiæ ſuæ viſitationem ſuperioribus annis me inuitauit.

Iuriſprudentiæ, & aliarum diſciplinarum ſtudijs ſatis floret. Et Henricus Iulius augere & exornare non deſinit.

LVGDVNI BATAVORVM tam celebris nunc ſchola & typographia habetur, vt illi hanc inter celebriores Academias enumerent.

CLIVENSIS.

CLiuiam vetuſtiſsimum in Galliæ, Belgicæ finibus, & amplum Oppidum fuiſſe, tam ex hiſtoriographis, quàm ex ruderibus in agro vicino apparentibus perſpicitur, Cliuamque dictam putant, quò in tribus Cliuoſis collibus pendulum, verſus Rheni ripam panderetur. Latinis Cliuia, popularibus Cleue nuncupatur. Imminet Rheno in eminentiſsimo trium colli quadrata turris præalta, lataque cum arce longè conſpicua. Hanc à Iulio Cæſare, bello Gallico, velut propugnaculũ

Galliæ,

Galliæ, aduerſus Germanorum crebras vltra Rhenum irruptiones, Rheno impoſitam tradunt. Quod ipſum in atrio Palatij annotatum lrgitur his verbis:

ANNO AB VRBE DCXCVIII. C. Iulius Dictator, his partibus ſubactis, arcem Cliuenſem fundauit.

Varias enim munitiones, præſidia, caſtellaque in limitibus per ripam Rheni Cæſares contra Germanos conſtruxerunt. Inter quas munitiones oppidum arcemque Cliuiã celeberrimam aliquando fuiſſe exiſtimant, & propter loci commoditatem velut prætoriũ quoddam, à Prouinciȩ prȩſidibus, ac limitum prȩfectis frequentius habitatam: vt eo melius Gallias contra Germanos tuerentur. *Et*ſi paulatim aliorum Cæſarum Coloniæ Cliuiam celebritate & amplitudine multum obſcurarũt. Quam vetuſtiſsimam præclaram vrbem, celebremque Romanorum Coloniam, & Academiam *M*uſarum fuiſſe, Stephanus *V*inandus Pighius in *H*ercule ſuo Proditio pluribus verbis & argumentis aſtruere conatur. Et ſuppreſſo nomine, Frãciſcum Balduinum, Iuriſconſultum taxare videtur, quòd is Eumenium Rhetorem nõ Cliuium, ſed Celtam facere, & Cliuenſium Academiam, *A*uguſtodunũ transferre conatus fuerit. Cæterùm, inquit, Gliuiam multis ætatibus ante *D*iocletiani & Maximiani tempora præclaram vrbem, celebremq; Ciuium Romanorum Coloniam, fuiſſe

fuiſſe,ſit nobis manifeſtum. Ex vna Eumenij Rhetoris oratione, quæ adhuc inter panegyricas extat, habita ab eodem Cliuis, in ſua patria,ſub iam dictis Imperatoribus,coram Galliæ præſide,cùm ex comitatu Conſtátij Chlori,Cęſaris adoptati à Maximiano Aug.& Galliarum Britanniarumq́ue gubernaculis adhibiti (cuius erat magiſter memoriæ) mitteretur, vt ſcholis præeſſet, atque in ea vrbe Gallicam iuuentutem ingenuis literis atque oratoria inſtitueret arte, cum annuo ſexcẽtorum ſeſtertium ſtipendio,ex eius ciuitatis viribus dependendo. Quod ipſum omne liberaliter patriæ remiſit, atque in vſum ædificandi publici auditorij, ſcholarumq́ue veterum inſtaurandarum,quas Męnianas appellat,quoad opus eſſet,condonauit. In quibus auum olim ſuum, hominem Athenis ortum, ac Romæ propter doctrinam diu celebrem, multis annis octogenario maiorem, ſumma cum laude docuiſſe affirmat. Igitur reſpublica Cliuienſium videtur gratitudinis ergô poſuiſſe Eumenio ſtatuam Iconicã in ipſis Mænianis, eamq́ue tripedaneam. Quæ quidem menſura, teſte Plinio, temporibus etiam antiquiſsimis Romæ honorata fuit. Extat adhuc Cliuiæ in Palatio Principum. Stat in veſtitu ſui temporis, & , vt apparet , vſitato Galliæ Comatæ: Tunica videlicet talari tectus, & calcei ex aluta pedem ac talos cingunt, & ſupra pedem execti atque feneſtrati ſunt. Comam in fronte, & ceruice decurtatam æqualiter con-

conſtringit vitta, ſicut ventrem latus balteus atque bullatus. Quæ quidem apud veteres vincula quondam honoris ac dignitatis erant inſignia. Et nunc temporis etiam ſimiles baltei auro vel argento operosè bullati, Gallicarum matronarum ſunt ornamenta, præſertim apud Batauos & Rheni accolas. Ipſe dextra maſſam vel auri vel argenti in paterà poſitam præſentare videtur, atque eodem ſymbolo notatur eius liberalitas, & munificentia, qua patriam eſt proſequutus. Siniſtra tenuit ferulam demiſſam, magiſterij inſigne, ac veluti gubernaculum adoleſcentiæ. Quæ nũc quidem iniuria temporum confracta perijt, quouſque manui ac tunicæ contigua eſt. Sed hæc de ſtatua vel imagine ſatis. Cæterùm hortatur oratione ſua luculẽtà noſter Eumenius, Galliæ præſidem, qui tum vrbis illius, Imperatorum iuſſu, reſtaurandæ cauſa Cliuis manebat: vt hãc ſuam largitionem apud Principes commendet, & ad virtutum ſtudiorumque commodum acceptet, exequaturque Mænianas vt illas veteres in priſtinum nitorem non ſolùm reſtituat: ſed etiam picturis chorographicis omnium populi Romani prouinciarum, cum rerum in ijs prȩclarè geſtarum hiſtorijs (vt ante fuerunt) exornet. Præſertim cùm maximè gratum Impp. Auguſtis & Cæſaribus eſſe ſibi perſuadeat, quòd publicam eorum in reſtituendo orbe Romano pietatem, pro ſua quiſque poteſtate in renouandis veterum operum reliquijs æmule-

tur. Excitare meritò generoſos animos aſſerit Principum exempla, quorum liberalitate cũcta, quæ temporum ſuperiorum labe conciderant, ea ſeculi felicitate tum reſurgebant. Tot vrbes diu ſyluis obſitas, atque à feris habitas inſtaurari mœnibus, & incolis frequentari: atque inter eas etiam ipſa Cliuia. Quæ prius latrocinio, vt ait, Batauicæ rebellionis obſeſſa, demumque grauiſsima clade perculſa, & conſternata fuerat. Eam igitur tum pro admiratione caſuum Romanos illos Principes attollere, & recreare voluiſſe: ruinarum eius magnitudinem immortalibus liberalitatis ſuæ monumentis dignam iudicaſſe: vt tanto eſſet illuſtrior gloria reſtitutorum, quanto ipſa moles reſtitutionis immanior. Indulſiſſe maximas pecunias, ac totum, ſi res poſcat, ærarium, non modò templis, ac locis publicis: ſed etiam priuatis domibus reficiundis. Indulſiſſe non ſolùm pecunias, ſed & tranſmarinos artifices, & ex ampliſsimis Prouinciarum ordinibus incolas nouos; nec non ad aquæductus reficiendos vicina legionum hiberna, vt commodis illius vrbis ſtudio gratiæ hoſpitalis (vt eius verbis dicam) operarentur, & reſides aquas, & nouas amnes aridis feſſæ vrbis viſceribus infunderent. Hæc & ſimilia multa pulchrè diſſerit in oratione ſua Eumenius. In qua veluti in tabulis pictis intueri, & vndequaque Cliuiæ veteris amplitudinem atque magnificentiam priſcam quiſque conſiderare poterit.

Ciui-

Ciuitatem enim ſemper appellat atque Coloniam, non municipium, non caſtrum: vt magni nominis vrbem, ſpendidamque Romanorum Coloniam multo ante Eumenij tempora fuiſſe colligamus. Ait enim eã more Romano ſuum Capitolium, templa magnifica, & ædes ſacras, aquæductus, aliaque opera publica perampla habuiſſe. Ex quibus conijciunt plures, maiorem Colonię partem à Cliuis, per plana ſecundùm Rheni ripam prolatam fuiſſe, quam bellorum clades atq; Rheni inundationes frequẽtes funditus aboleuerint, atque inde quaſi in veſtigijs remanſiſſe vicini pagi nomen, nunc, Cöllen dicti. Eſt & aliud celebris vrbis hoc manifeſtum indicium, quòd Academiam habuerit famoſam: hoc eſt, ſcholas literarias publicas, quas *Mænianas* Eumenius appellat. An à Mænio quodam, cuius impenſis primùm illæ ſcholæ ad ſtudia excercenda iuuentutis prouincialis fuerũt erectæ: an ob ædificij ipſius formam, obſcurum nobis eſt. Nam plures habuiſſe depictas porticus *E*umenius in fine orationis oſtẽdit: quarum proiecta ad vmbram faciendam, vel ad ampliandum ſuperiora ædificia *R*omani antiquitus à Mænio quodã inuentore Mæniana vocabant. Hanc quidem *A*cademiam in facie, vultuque ciuitatis præcipuo loco poſitam fuiſſe docet, inter Apollinis templum, & Capitolium videlicet. vt veluti cognato vicina & amica doctrinæ numina tenerent eam amplexu; quam hinc *A*pollo Muſagetes, inde

Capitolina Minerua, Athenarum conditrix, è propinquo conſpicerent. Hæc quidem de Eumenio, & antiqua ſuæ patriæ vrbiſque,de qua ſermo nobis eſt,nobilitate ſatis dicta ſint: cui neſcio quanam leui ambitione,Belga quidam,perdoctus alioquin, & celebris noſtri temporis Iuriſconſultus detrahere, immò vetuſtam illam Academiam ſuffurari, & ex inferiore Germania, Belgioque transferre in Aeduos Auguſtodunum conatur. Et quo hoc magis dextrè Mercurio fauente faciat: ſacrā ipſius Conſtātij Cæſaris ad Eumenium epiſtolam interpolare non dubitat,& ex eadem genuinum ac proprium ciuitatis ipſius nomen eradere. Nam vbi Cæſar Auguſtum Cliuenſium oppidum nominat, vitium eſſe, & Auguſtum oppidum legi debere cenſet. Ergone anonymum erit hoc oppidum? Rectè quidem, & ritè Cæſar appellatione Ciuitatis adiuncta, vocat oppidum Auguſtum, tanquam augurato conditum, ſicut omnes Coloniæ deduci, atque muniri ſolent.

Diuerſiſq; præſumptionibus & coniecturis vterque,Franciſcus Balduinus, & Pighius opinionem ſuam ſtabilire laborat.

Cliuiam domum à Ro.ortam multis ſeculis gubernacula & principatum, à depulſo Ro. iugo, in ijs prouincijs tenuiſſe Pighius contendit. Etſi paulatim Cæſaris caſtrum, vicinaque celebriora loca & florentiores ſcholæ cliuium obſcurauerunt.

Thomas Bozius libro 22. de ſignis Eccleſiæ,

Ger-

Germaniam à multis præclaris Inuentionibus & memorabilibus rebus atq; ornamentis prędicat: Tot, inquit, Germani & Septentrionales gymnaſia publica literarum excitata & dotata habent, quot toti orbi quondam Romano fuerunt. Vt nullã liberalem diſciplinã reliquerint, quæ non per eorum Magiſtros traderetur. Nulla vrbs eſt, nullus propè dixerim pagus, cui non ſit publica mercede conductus, qui Grammaticam, Rhetoricam, Poeticamq; Latinè & Grecè doceat pueros & adoleſcentes, Collegiaque innumera ad alendos erudiendoſque gratis iuuenes in omnibus liberalibus diſciplinis. Sicut adnotauit Iacobus Middendorpius in libro de Academijs.

Variæ enim ſcholæ triuiales per Germaniam diuerſis temporibus inſtitutæ fuerunt, vbi prima artium & linguarum rudimenta, cũ pietate, & bonis moribus Iuuẽtus addiſceret, & maiorum diſciplinarum, quæ in Academijs traduntur, idonei auditores præpararentur. Et velut intermedia quędam Gymnaſia ſunt.

Oſnaburgi antiqua & florenti vrbe VVeſtphaliæ, Carolus Magnus, pro conſeruanda & propaganda Chriſtiana religione, inſignem Cathedralem Eccleſiam, & cum ea Grecarũ atq; Latinarum literarum ſcholam inſtituit.

Quod Rein. Reineccius in Methodo legẽdi hiſtorias ſic refert: Addidit de Oſnabrugenſis Epiſcopatus collegio Crancius: Carolum Magnum fundatorem ſanxiſſe, vt non modò

Latinas: verùm etiam Græcas ſcholas adiunctas haberet.

SVollanam ſcholā obiter pręterire non poſſum, nec debeo: quippe vbi me olim humaniter tractatū, ac ſub Iohanne Telgio, & Ioanne Lingio, Boetio Epone Friſio, pijs illis quidem & eruditis viris, optimisq́ue Rectoribus, liberaliter inſtitutum libenter profiteor. Pręclarum ibi Fratrum de cōmuni vita, ſiue bonæ voluntatis, cœnobium habetur, quo & ſacræ concionis & conſc ientiæ expurgandæ, pietatiſq́ue gratia, crebrò iuuentus ventitat. Egregium illi collegium pro ſtudioſis adoleſcentibus erexerunt, vnde doctiſsimi viri, & optimi magiſtratus in Chriſtianam Rempub. prodierunt, qui non modò Suollanæ vrbi, ſed vniuerſo Belgio, totique eccleſiæ Dei, vſui atque ornamento exiſterent. Equidem qualiſcunque eruditionis meæ rudimenta libenter illi accepta refero.

Suollæ Hermannus Torrentinus claruit. Dauentriam Alexander Hegius Rudolphi Agricolæ auditor, & Eraſmi præceptor illuſtrauit, auctore Iac. Meiero lib. 4. Annalium Flandriæ.

Nullaq́ue ferè nunc in Germania celebris vrbs eſt, vbi non ſchola literarum habeatur, Monaſterij, Suſati, Padebornæ, Tremoniæ, Duſſeldorpij, Embricæ, Atrebati, Namurci, Vltraiecti, &c.

POLO-

POLONIA.

QVoniam Martini Cromeri de origine, de veteri in paganiſmo, & Chriſtiana religione, de Philoſophia, & legibus, moribuſque Polonorum hiſtoria, omnium in manibus verſatur: nihil prætorea de his dicẽdum putaui, quàm quòd Polonia olim bonas literas parum coluerit, nunc verò & literis ipſis, & literatiſsimis hominibus abundet. Staniſlaus Orechouius Roxolanus ad ampliſsimum Staniſlaum Hoſium ſcribit: Tu nos ſcriptis tuis elegantiſsimis ad omne pietatis munus informas, conſequeriſque, vt Poloni ἀμουσοι quondam, & ἀνομοι reliquos inter mortales habiti, nunc te authore atq; duce præſtãtiſsimo ab omnibus & pij exiſtimentur, & docti. Ita te magiſtro atque principe noſtræ ciuitatis ampliſsimo humanitate compenſata eſt vetus illa gẽtis noſtræ barbaria, qua inter reliquas Chriſtianas gentes fuimus olim infames: quam ſcripta tua inueteratam ex noſtris moribus diſciplinaque funditùs deleuerunt. Tu enim extitiſti in gente noſtra primus, qui directũ nobis iter ad ingenuas artes, & ad humanitatem diſpoſitum demoſtraret. Quibus rebus, te monitore atque præmonſtratore, homines noſtri capti incenſique, incredibili optimarum artium ſtudio flagrare cœperunt. Vnde profectò optimus & doctiſsimus Cardina-

dinalis ſempiternam gloriam apud Polonos ſuos, & immortale decus in vniuerſo Chriſtiano orbe eſt iamdudum conſecutus: quod & eruditione & eloquentia præſtātiſsimus, religionem catholicam, Eccleſiamq; Dei, & ſapiētiæ ſtudia ſubleuare atq; fulcire potuerit.

Poloniam verò à planis montibus nomen accepiſſe perhibent, cùm ante Sarmatia vocaretur. Eamque duplicem faciunt, Maiorem, quæ Saxoniæ & Prutenis vicinior eſt: & minorem, quæ Vngariam & Ruſsiam reſpicit. Ad Chriſti fidem conuerſa, anno 965. Quando Mieſco vel Mietzlaus Rex, per Boleſlaij Bohemorum regis filiam, vxorem baptiſatus fuit, multaſque Eccleſias erexit. Lituaniam, Samogetiam, Ruſsiamque Vladiſlaus rex cōuertit anno Chriſti 1387.

CRACOVIENSIS Academia primò quidem à Cazimiro rege anno Domini 1361. inchoata fuit, ſed anno 1400. vocatis ex Pragēſi Academia clariſsimis Profeſſoribus, cùm hactēus obſcura fuiſſet, inſtaurabatur. Heduigis enim Regina Vladiſlai vxor moriens ingētē pecuniā reliquit, qua Cracouienſis Academia à Cazimiro cœpta, perficeretur. Duo igitur celeberrima collegia extruxerunt, in quorum altero Theologi, & Philoſophi, in altero Iuriſconſulti & Medici profiterentur. Quáquam Medici, philoſophiæ, & bonarum artium profeſſoribus ſeſe cōiungere maluerunt. Ad omnium diſciplinarum profeſsiōem hæc Academia erecta fuit, ſed ſacra Theologia, ar-

tes

tes mathematicæ, & humanior literatura inprimis ibi floruit. Hic Petrus Roizius Lituanicarum deciſionum ſcriptor celeberrimus, Iuriſprudentiam ſe docuiſſe profitetur.

Cracouienſes Mathematicis diſciplinis vacaſſe, & ſyderum curſus, temporum vices, incerta bellorum, & in vtranque fortunam hominum arcana fatorum perquiſiuiſſe, aſſerit Iouius libro 13. hiſtoriarum. Eſt autem Cracouia Metropolis & totius Regni Gaza, quam Rundiſſa fluuius circumluit, & aquęductibus perluit. Sita ad montem Valuelum, in cuius ſummitate arx regia eſt.

In arcis Cracouienſis porta legitur.

Ama oſurus. *Odi amaturus.*
Ne quid nimis.
Cunctis eſto benignus. *Nemini blandus.*
Paucis familiaris. *Omnibus æquus.*
In aduerſis fortis. *In proſperis cautus.*
Memorare nouiſſima, & non peccabis.

IN REGII CONCLAVIS
Ianua:

Digito compeſce labellum.
Occaſionem noſce.
Noſce teipſum.
Tecum habita.

IN SACELLO A SIGISMVNDO
I. Pol. Rege exſtructo.

Bonus bonis & malis.
Manſuetioribus Camœnis.
Iniuriam odio proſequere.

Fata viam aperient.
Vir prudens ſeruit tempori.
Virtus labore niteſcit.
Pro patria mori ne timeas.
Iniuriarum remedium optimum obliuio.
Mors bona initium vitæ.
Inimici hominis domeſtici eius.
Nonne duodecim horæ diei?
Summum lucrum iuſtum pretium.
Nemo ſapiens, niſi patiens.
Idonea tempora noſce.
Prudens conſilium cum ratione rege.
Inuidiam obliuione vlciſcere.
Nulla beſtia nocentior adulatore.
Inteſtina diſcordia peſtis Reip.
Supra vires tentandum nihil.
Patienter ferenda quæ mutari non poſſunt.
Operoſum placere cunctis.
Fraude perit virtus.
Quod facis, exſpecta.
Leges in plebem vim habent: in potentiorem obmuteſcunt.
Citò violatur auro iuſtitia.
Neſcias quod ſcis, ſi ſapis.

In aedibvs Lithvaniae Dvcis D. Alberti Razevvil.

Minus in paruis fortuna fuerit.
Rebus in paruis alta lætitia.

Sol ſub occiduo virtus manet orbe perennis,
Omnia mortali cætera ſorte cadunt.

IN

IN FORO CRACOVIENSI.

Non bene ſi domus hæc cuiquam fabricata videtur:
Sic ſinat hanc nobis, corrigat ipſe ſuam.

IBIDEM.

Ni Deus ædificet, fruſtra domus vlla paratur.
Felices ciues datq; facitq; Deus.

Infelicitas nemini obijcienda.
Bona opinio, dulcis pecunia.
Adſit quiſquis amicus.
Mors deridet curas.
Eſt Iuppiter omnibus idem.
Neſcia torporis virtus.
Deſperata ne tentes.
Perficienda aggredere.
Vbi opes, ibi amici.
Vana mundi curioſitas.
Neceßitas probat amicitias veras, detegit fictas.
Inſtar ſi flammæ arderent corda innida; ſanè
Non tanto in pretio ligna cremenda forent.

IBIDEM.

Vetus hic & vſitatus hypocritarum mos eſt: quòd impietatis, cui ipſi maximè omnium obnoxij ſunt, alios, eosq; innocentes, accuſent: ac eo quoque nomine trucident.

IBIDEM.

Curioſum genus hominum ad cognoſcendam vitam alienam, deſidioſum ad corrigendam ſuam.

IN ARCIS POSNANIENSIS porta:

Quantò maior eſt fortuna, tantò minus eſt ſecura.

IN-

IN ANTIQVIS PALATINI POSnanienſis ædibus:

Sumtus cenſum ne ſuperet.
Generoſis decora ſunt omnia.
Difficile eſt tacere.
Parta labore iuuant.
Reſponde in tempore.
Mala ſunt vicina bonis.
Anxiè viuere, non eſt viuere.
Ne bos in lingua.
Lædenti parcere virtus.
Moribus probatus eſto.

IN NOVIS.

Neminem contemne.

IN CVRIA POSNAN.

Tyrannus facit quod placet:
Rex quod honeſtum eſt.
Vbi eſt tẽperata poteſtas, ibi regnum eſt diuturnum.

IN FORO.

Non cuiuis manum porrigas.
In via ligna ne ſeces.
Æris alieni comes miſeria.
Tempora tempore tempera.
Carere debet omni vitio, qui in alium paratus eſt dicere.
Præcipitis conſilij comes eſt pœnitentia.
Ne lingua mente celerior.
Antidotum vitæ patientia.
Natura quis pauper? opinione diues?
Fortuna cùm blanditur, vel maximè fugienda.
Sat habet fautorum, ſemper qui vixit benè.
Quod ſatis eſt cui contingit, nihil amplius optet.

Veraci creditur & mentienti;
Mendaci non creditur & iurato.
Si ad naturam viues, nunquam eris pauper:
Si ad opinionem, nunquam eris diues.
Natura enim exiguum deſiderat:
Opinio autem immenſum.
Non bene pro toto libertas venditur auro.
Quod commodauit fortuna, tollet:
Quod mutuauit natura, repetet.
Quod parauerit virtus, retinebis.
Inuidiam virtute ſupera.

Demoſthenes Græcorum diſertiſsimus leges animam ciuitatis eſſe inquit: vt enim corpus anima viuit: ſic ciuitas legibus conſeruatur. Proinde naturæ & ſui ipſius obliuiſcitur, qui ſacratiſsimas conſtitutiones, patriasque leges auerſatur.

Suauiſsimus eſt laborum fructus.
Mors, & tempus vorant omnia.
Vita ſine literis mors eſt, & viui hominis ſepulchrum.
Semper ſpero meliora.
Sapientia vitæ cuſtos.
Ornatus vitæ temperantia.
Fundamentum famæ iuſtitia.
In paruis quies.
Velis quod poſſis.
Viue vt poſt viuas.
Fortunæ aculeus virtute contunditur.
Pone gulæ metas, vt ſit tibi longior ætas.
In ſecundis meditare quo pacto aduerſa feras.
Senectus laudabilis duobus quaſi ſcipionibus nititur, recordatione vitæ honeſtè anteactæ, & ſpe vitæ melioris.

Non

Non ſapias plus quàm neceſſe eſt.
Bonorum laborum fructus glorioſus.
Primus error veniam meretur, repetitæ culpæ non venia, ſed reprehenſio debetur.
Pax iniquiſſima bello iuſtiſſimo præferenda.

POSNENSIS autem Academia cùm nonnihil emerſiſſet, iterum collapſa fuit.

REGIOMONTANA in Pruſſia.

PRuſsia ſub Frederico II. Imperatore ad Chriſti fidem conuerſa eſt. Deiparini enim ſiue Mariani milites poſt amiſſam Ptolemaidam Syriæ, in Germaniam reuerſi ſunt, & Pruſsiam barbaram & idololatriæ deditam rei militaris peritiſsimi fratres, armis facilè domuerunt, & cum fidei Germanicum idioma ſuſcipere coegerunt. Quare Imperator quicquid vltra citraq́; Viſtulam Pruſsiæ erat, perpetuo Iure ſacræ militiæ fratribus poſsidendum tradidit, ea tamen lege, vt aduerſus Chriſtianæ fidei hoſtes omni tempore dimicare parati eſſent, & nemo in eum Ordinem reciperetur, præter nobiles Germanos. Ideoq́ue ſic creuerunt terris & opibus, vt nulli ferè Regi cederent. Superiorem tamen ſuum nõ Regem, nec Ducem, ſed maximum Ordinis Magiſtrum appellauerunt. Volaterranus lib. 7. Sabellicus Aenead. 10. lib. 14. Io. Bohemus lib. 3. de moribus gentium. Munſterus lib. 3. Coſmog. Academiam verò Regiomontanam anno

anno 1544. Albertus Brandeburgicus Magiſter Ordinis inſtituit.

Veteris Collegij inſcriptio.

Qui regit indomito præſtantes Marte Boruſſos,
Gymnaſio Princeps hæc dedit arma ſuo.
Nempe duas aquilas, inuictum heroaq; cuius
Æonidas forti protegit enſe manus.
Quando Redemptoris poſt incunabula noſtri
Addita ter centum luſtra duobus erant:
Phœbus & vndecies ternos compleuerat orbes,
Lucida qui cæli ſigna pererrat equis,
Hæc erecta fuit doctis Academia Muſis,
Quas fouet Alberti cura benigna Ducis.

Noui Collegij.

Hoc opus Albertus Fredericus Marchio ſtruxit,
Patris vt impleret vota ſuprema ſui.
Debetur Patri, debetur gratia nato,
Quorum cum Muſis gloria ſemper erit.
Viue diu Princeps, & per veſtigia patris
Incedens, pergas amplificare ſcholas.

POLONIAE Reges Vilnenſi arce pretioſiſsimam Bibliothecam erexiſſe, auctor eſt Martinus Cromerus. Et Thomas Bozius lib. 22. de ſignis Eccleſię, Vilnę, Metropoli Lithuaniæ, bibliothecam hanc Poloniæ regum locupletiſsimam appellat.

VRATISLAVIENSES ann. Domini 1505. Vladiſlai Hungariæ Bohemiæque Regis & Epiſcopi ſui opera atq; auxilio Academiam erigere conabantur, ſed Cracouienſis Vniuerſitas, vt maieſtatem ſuam tueretur, omnes eorum

rum rationes ita refutauit, vt Iulius Pontifex eam tunc erigi non permitteret.

In ſchola noua Eliſabethana legitur.

Opt. & grauiſs. quiſque confitetur ſe multa ignorare, & multa ſibi etiam eſſe diſcenda.

Tum iudicant homines, vbi iam pœnitet.

Frangas citius quàm corrigas, quæ in prauum induruerunt.

IBIDEM.

DISCIPLINAE SCHOLASTICAE LEges Marmori inſculptæ.

Lex eſt, cui omnes homines decet obedire.

MARTIAN. L. II. *DE LL.*

LEX I.

Inprimis adoleſcentes pietatis ſint ſtudioſi, certoque ſciant, ſine diuini numinis inuocatione, nihil ſe in ſtudijs diligentia ſua promoturos.

II.

Cæterùm ante præceptorum aduentum diſcipuli hora cõſtituta præſto adſint omnes: tarditas pro dimidia abſentia habeatur.

III.

Venientes præceptores reuerenter excipiant, abeuntes honore proſequantur.

IIII.

Præſentibus illis conſileſcant omnes: abſentibus ne perſtrepant.

V.

Arma ſcholaſtica cuncti præparata ſemper in promptu habeant, vt dictata facilè & celeriter excipiant.

VI. Inter

VI.

Inter prælegendum nemo garriat, ſed ſit attentus lectioni.

VII.

Lectiones verò ſuas ſinguli aſsiduè meditentur.

VIII.

Semper & vbique loquantur Latinè, idque operam dent, vt & emendatè & ſine vitio loqui diſcant.

IX.

E ſchola ſine conceſſu præceptoris neque exeat quiſquam, neque abſit.

X.

Dimiſsi verò ſimul tẽplũ ingrediãtur omnes: atq; ibi nemo rideat: nemo temerè circũſpectet: aut alijs incompoſitis geſtibus cõſpiciatur: quin potius aſsiſtentes libro, cantent attentè: minores quietè & tacitè exſpectent: nec quiſquam inde exeat, niſi impetrata venia ab aliquo præceptore: in quorum numero & cantor & aliqui hypodidaſcali, & ſynergi ſunt habendi: hymno verò finito, domum ſe quiſque placidè recipiat.

XI.

Per plateas, forum, vicos, aut vrbis compita nemo clamabundus, aut citra neceſsitatem oberret, ſurſumúe ac deorſum curſitet.

XII.

Obuijs ſacerdotibus, magiſtratibus, Senatoribus, ciuibus, cæteriſque viris grauibus, ma-

matronis primarijs, item & virginibus, honorem debitum exhibeant.

XIII.

Nunquam mentiantur: nemini maledicãt; iurgia, & ſimultates vitent.

XIV.

Quòd ſi quę lis inter pueros oriatur, ad pręceptores referant protinus, ne adoleſcat.

XV.

Impudica & obſcœna nemo neque dicat, neque faciat.

XVI.

In fluminibus, ſtagnis, lacubus (quia periculoſum eſt) nemo lauaturus immergatur.

XVII.

Pexi, loti, compti ſint, cùm domo egrediũtur, veſtituque non laſciuo quidem, ſed decenti ac honeſto ornati.

XIIX.

Epiſtolas & ſtyli exercitationes non oſcitanter aut perfunctoriè, ſed accurato ſtudio & diligentia curent: deque eo in omnes partes ſoliciti ſint, vt quæ ſcribunt à vernaculæ linguæ barbarie remota ſint, & ad Ciceronis, Terentij, &c. perſpicuïtatem, copiam, elegantiam, quàm proximè accedant, ſintque præceptorum iudicio & comprobatione non indigna. Negligenter verò ſcripta pro nõ ſcriptis habeant.

XIX.

In ſumma, honeſtatem & ſtudia cuncti iuuenes ſcholæ noſtræ, idque de mandato am-

pliſs.

pliſs. Senatus, diligenter colant: vt amabiles ſint & gratioſi apud omnes, morum commoditate perficiant: nec corripiantur meritò, caueant: & virtutis ac pietatis laudem vt emereantur, ſtrenuè ſeduloque contendant.

LEGVM FVSIOR EXPLANATIO.

Quæ ad pietatem Cap. I.

Decalogi totius præcepta frequenter ac religioſæ euoluunto. 2. Diuino nomine ne abutuntor. 3. Ne iuranto. 4. Ne mentiuntor. 5. Ne maledicunto.

In templo. Cap. II.

Dominicis feſtiſque diebus maturè adſunto. 2. Lectionem Euangelij & Catecheſeos, ne negligunto. 3. Templum ingrediendo & exeundo ſtrepitus vitanto. 4. ſtando & ſedendo modeſti ſunto. 5. oranto, non voranto. 6. concionem Sacram attenti auſcultanto.

In Præceptores. Cap. III.

Eos officioſè obſeruanto. 2. Docentes auſcultanto. 3. Nulli eorum refragantor, aut reſponſanto. 4. Iuſſa diligenter exequuntor. 5. Illorum neminem irridento. 6. Didactron fideliter numeranto. 7. Et quidquid contra Decalogi quartum *P*ræceptum eſſe nouerint, nullo tempore admittunto.

Decorum in ſchola. Cap. IV.

Inter prælegendum non aliud agunto. 2. Murmura, ſtrepiuts, confabulationes, ſoporē vitanto. 3. Expoſituri. aut recitaturi, attentè, articulatè, diſtinctè, verecundè loquuntor. 4. Euocato, aut abſente Præceptore, in officio

manento. 5. In ædificijs ſcholæ nihil frangunto, neque conſcindunto. 6. Fracta, rupta, vitiata, reus ſuis ſumptibus reparato, pœnasq́; culpæ & leuitatis dato. 7. Parietes nec carbonibus, nec minato lapide pingunto, aut modo alio quouis contaminanto. 8. Libros reſque alias ſuas diligenter cuſtodiunto, alienas verò minimè auertunto.

Extra ſcholam. Cap. V.

Virtutes & mores boni in plateis debito cum decore vbique elucento. 2. Dicta, audita & à Præceptoribus tradita domi ſollicitè repetunto. 3. Epiſtolas & alia non perfunctoriè componunto.

In funere. Cap. VI.

Quo ordine in claſsibus ſunt collocati, foris procedunto. 2. Veſtitu, geſtu, inceſſu, concentu, modeſtiam & verecundiam ſumma diligentia conſeruanto.

Decurionum officia. Cap. VII.

Pueros ſuæ decuriæ diligenter audiunto. 2. Segnes & confabulantes notanto, & ad præceptores deferunto, idq́; fideliter exſequuntor.

Cuſtodum officia. Cap. VIII.

Immodeſtos in ſcholis, templo, funerum curatione attentè obſeruanto. 2. Ferulas præceptoribus præbéto 3. Vt ordine & modeſtè dimiſsi è ſchola templum ingrediantur curanto. 4. In comitatum funeru euagantes in ordinem cogunto.

Pædagogorum officia. Cap. IX.

Vt

Vt pueros ſuę fidei commiſſos fideliter inſtituant, diligenter ipſi diſcunto. 2. Curam eorum omnibus locis agunto. 3. Pietatem, artes, moresque bonos docento, in ijsque præſtandis ipſi præeunto. 4. Domi ſe, nocte præcipuè (cùm intempeſtiua abſentia malè perpetrati facinoris ſuſpicione raro careat) cōtinento. 5. A tabernis meritorijs, cœnopolijs, orcheſtris, luſtrisque ferarum abſtinento. 6. Seduli in officio ſunto. 7. Ne diuagantor, ne deambulanto. 8. Cum familia ne rixantor, ne tumultus excitanto. 9. Ne mandatis heri refragantor. 10. Ne longius quàm permiſſum eſt euagantor. 11. Domo, niſi de voluntate heri, ne abſunto.

Peregrinorum officia. Cap. X.

Negotium ſuum tranquillè agunto. 2. In inſtituendi ratione iudicanda nihil ſibi aſſumunto. 3. Hoſpites ſe, non ciues, eſſe cogitanto. 4. Liberalitate Senatus ne abutūtor. 5. Mercedem præceptoribus debitam ſine mora & detrimento curanto. 6. Diſceſſuri memorem gratumque animum cùm priuatim, tum in ſcholis publicè teſtatum omnibus faciunto.

Diſcentium officia. Cap. XI.

Per te diſcendi cupidus eſto, percipiendique voluntatem, amorem atque ardorem potius tecum ipſe adferens. Cur in hoc virtutis ac diſciplinæ honeſtiſſ. domicilio verſeris etiam atque etiam meditare: quamque turpiter facturus ſis, ſi quam nactus es Spartam, deſidia & negligentia tua amiſeris; cogita: atque ea de re nec querēdi, nec audiendi, nec diſpu-

tandi occaſionem vllam, aut quidquid ſtudijs tuis accommodatum eſſe iudicaris, prætermittendum ducas.

Oeconomi operæ. Cap. XII.

1. Operas quotidianas diligẽter exequitor. 2. Pauimenta verrito. 3. Calfacito. 4. Ignem cuſtodito. 5. Ludum claudito, recludito. 6. Signum attemperatè dato. 7. Ignem tecto inferri ne permittito. 8. parietes inquinari ne patiare. 9. Tabulas ac ſpecularia integra cõſeruato. 10. Otioſos ac petulantes ex vicinia pueros coerceto. 11. Nihil denique quod imperatum fuerit recuſato.

Præceptores. Appendix.

Nihil magnoperè attinet, ac ferè ἀπροσδιόνυσον videtur, eos officij admonere, cùm vocationis ſuæ memores ſint, cuius rationem non præſentibus tantùm Procuratoribus, ſed Deo ipſi vindici æterno probare debeant. Mercedem verò non in hac ſolùm exigua vita; ſed in perpetua illa felicitate etiam ab eodem liberaliſsimo remuneratore cumulatè ſibi expectanda eſſe ſciant, idque ſacr. lit. teſtimonio perſuaſum habeant.

Faciebat Bonauentura Roſlerus, Ampliſs. Senatus Vratiſl. Scriba: Anno ſalutis ſupra ſeſqui milleſimum tertio & ſexageſimo: ætatis 5. eodem 14. Cal. Mar. Qui quidem Bonauentura fecit, & fuit quod potuit, vixit dum licuit: mortuus eſt cùm Domino placuit.

IN

IN AEDIBVS CVIVSDAM *Canonici.*

Meditatio ex mente nunquam ſeponenda.

- Vtinam homines
  - Sperent.
  - Intelligerẽt
  - Prouiderent
- Tria
  - Præterita
    - Malũ commiſſum.
    - Bonũ omiſſum.
    - Tempus amiſſum.
  - Præſentia
    - Vitæ huius breuitatem.
    - Saluãdi difficultatem.
    - Saluandorũ paucitatem.
  - Futura
    - Mortẽ, qua nihil miſerabilius.
    - Iudiciũ, quo nihil terribilius.
    - Pœnã, qua nihil intollerabilius.
    - &c.

ACADEMIARVM LIBER VI. DE ACADEMIIS GALLIAE.

GALLIA.

GAlliam Græcos Galatiam à lacte denominaſſe putāt: quòd lacteos alboſque homines producat. Alij Galatam Herculis filiam hoc nomen Gallię indidiſſe malunt. Iam ferè Francia, à Francis vel Franconibus Germanis, quorum Herbipolenſis Epiſcopus Dux & Princeps eſt, appellantur. Vberrimis Europæ Prouincijs meritò annumeratur. Ducatus 18. Comitatus 35. Archiepiſcopatus 17. Epiſcopatns 108. habet, & potentiſsimū & florentiſsimum Regnum eſt.

Noachi ex Iapeto filio nepotes, bonas literas cum vera religione, primi poſt diluuium in Galliam quoque importarunt. Publica autem Gymnaſia & ſcholas tandem Sarron introduxiſſe putatur, vt eam gentem humaniorem & mitiorem redderet: vnde & diuinarū & humanarum literarum profeſſores Samothei & Sarronidæ olim fuerunt vocati. Quod his verbis Diodori confirmat Annius: Sunt apud Celtas Theologi ac Philoſophi, quos vocant Sarronidas, qui pręcipuè ab ijs coluntur. Nam moris eſt apud eos, nullum abſque Philoſopho ſacrificium facere: exiſtimant enim per diuinæ naturę conſcios ſacra fieri oporte-

re,

re, tãquam dijs propinquiores. Horum interceſsione bona à Dijs cenſent petenda, quorum conſilio & bello & pace fruuntur. Druidas à Dite vel Druijo deſcendiſſe grauiſsimi authores probant: quos Diodorus ipſorum diuinatores extitiſſe dixerit. Laertius promiſcuè vſurpat: Philoſophiam, inquit, à barbaris initia ſumpſiſſe plerique autumant, nã Perſis Magos, Babylonijs & Aſſyrijs Chaldæos, Indis Gymnoſophiſtas, Celtis ſeu Gallis Druidas, qui & Seumothei appellabantur, eius rei fuiſſe authores ait Ariſtoteles in Magico, & Sotion in 23. ſucceſsionis libro. Strabo autem libro Geographiæ quarto: Apud omnes, ait, tres paſsim nationes eximio in honore ſunt, Bardi, Vates, & Druidę. Bardi, laudationibus rebusque Poeticis ſtudent. Vates ſacrificiorũ naturaliumque cauſarum curæ ſunt dediti. Druidæ præter cauſarum naturalium ſtudia, moralem diſciplinam exercẽt, iuſtiſsimi omnium opinione, ideò & priuata & publica iudicia eorum fidei mandantur: adeò vt rem etiam bellicam anteà iudicarent, & Martem collaturi illis iubentibus deſiſterent, capitis quoque iudicia horum ſententiæ permittebantur. Immortales animas & mundum, & hi, & alij aſſerunt ignem & aquam aliquando ſuperaturos. De horum autem ſecta, & moribus, Cæſar libro ſexto Commentariorum ſic loquitur: Druidæ rebus diuinis interſunt, ſacrificia publica & priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adoleſ-

centium numerus diſciplinæ cauſa concurrit, magnoq́ue hi ſunt apud eos honore: nam ferè de omnibus controuerſijs publicis priuatiſq́ue cõſtituunt, & ſi quid eſt admiſſum facinus, ſi cædes facta, ſi de hæreditate, de finibus cõtrouerſia eſt, ijdem decernũt præmia pœnaſq́ue conſtituunt. Si quis aut priuatus aut publicus eorum decreto non ſteterit, ſacrificijs interdicunt. hæc pœna apud eos eſt grauiſsima, quibus enim ita eſt interdictum, ij numero impiorum ac ſceleratorum habentur, ijs omnes decedunt, aditum ſermonemq́ue defugiunt, ne quid ex cõtagione incommodi accipiant, neque ijs petentibus ius redditur, neque honos vllus communicatur. His autem omnibus Druidibus præeſt vnus, qui ſummam habet inter eos authoritatem. hoc mortuo, ſi quis in reliquis excellit dignitate, ſuccedit, aut ſi ſunt plures pares, ſuffragio allegitur, nonnunquam etiam armis de principatu contendunt. Hi certo anni tempore in finibus Carnutum: quæ regio totius Galliæ media habetur, conſidunt in loco conſecrato. huc omnes vndiq;, qui controuerſias habent, conueniunt, eorumq́ue decretis iudicijſq́ue parent. Diſciplina in Britannia reperta, atque inde in Galliam tranſlata eſſe exiſtimatur, & nunc qui diligentius eam rem cognoſcere volunt, plerumque illò diſcendi cauſa proficiſcuntur. Druidæ à bello abeſſe conſueuerunt, neque tributa cum reliquis pendunt: militiæ vacationem, omniumq́ue rerum habent immuni-

munitatem. Tantis excitati præmijs, & ſua ſponte multi in diſciplinam conueniunt, & à parētibus propinquiſque mittuntur. Magnū ibi numerum verſuum ediſcere dicūtur, itaque annos nonnulli vicenos in diſciplina permanent. Neque fas eſſe exiſtimant ea literis mandare, cùm in reliquis ferè rebus publicis priuatiſque rationibus, græcis literis vtantur. Id mihi duabus de cauſis inſtituiſſe videntur, quos neque in vulgum diſciplinam efferri velint, neque eos qui diſcunt, literis confiſos minùs memoriæ ſtudere, quod ferè pleriſque accidit, vt preſidio literarum diligentiam in perdiſcendo, ac memoriam remittant. Inprimis hoc volunt perſuadere, non interire animas, ſed ab alijs poſt mortem tranſire ad alios, atq; hoc maximè poſt mortē excitari putant metu mortis neglecto. Multi preterea de ſyderibus atq; eorū motu, de mūdi ac terrarū magnitudine, de rerū natura, de Deorum immortalium vi ac poteſtate diſputant, & iuuētuti tradunt, &c. Strabo bella etiam indicaſſe ſcribit, ſicut apud Romanos Feciales: quia & doctiſsimi & iuſtiſsimi habebantur. Qui verò plura de his ſcire cupit, eum ad Plinij librum 16. hiſtorię naturalis, Luciani Herculem Gallicum, Sabellicum, Nauclerum, & innumeros auctores breuitatis gratia remitto. Gulielmus quoque Camdenus in Britannia ſua de his nuper aliqua annotauit, ex Lucano & alijs, & à quercus robore, qua in ſacrificijs vtebantur, vel Dite denominatos probat.

Eius

Eius prętereа artis, ſi tamen ars appellanda eſt, quæ in augurijs extiſque inſpiciendis, & diuinando conſiſtebat, periti eſſe credebãtur. *Vn*de Cicero libro primo de diuinatione : Diuinationũ, inquit, ratio ne in barbaris quidem gentibus neglecta eſt : ſiquidem & in Gallia Druides ſunt, è quibus ipſe diuitiarum Heduum hoſpitem tuum laudatoremq́; cognoui, qui & naturæ rationem, quam Phyſiologiam Græci appellant, notam eſſe ſibi profitebatur, & partim augurijs, partim coniectura quæ eſſent futura dicebat, &c. Nam Diocletiano Imperatori prædixiſſe huius profeſsionis mulierem quandam, quòd ipſe aliquãdo Imperator futurus eſſet, ſcribit Flauius Vopiſcus. Lampridius verò auctor eſt; quòd talis quædã mulier Alexandro Seuero mortem prædixerit: Mulier, inquit, Druias eunti exclamauit gallico ſermone: Vadas, nec victoriam ſperes, nec militi tuo credas: profectuſque ad bellum occiſus eſt. Mirificè enim nimiſque ſuperſtitiosè corpora cæleſtia obſeruabant, ita vt maiorum diſciplinam planè corrumperent. Vnde illud Lucani Poetæ:

Et vos barbaricos ritus, moremq́ʒ ſiniſtrum
Sacrorum Druidæ ſacris repetiſtis ab armis.

Nam hominem à tergo enſe feriebant, ex cuius lapſu & geſtibus, & ſanguine diuinarẽt, vt poſt Strabonem ſcribit Ioannes Boemus. Quare Auguſtus Cæſar ciuibus ea doctrina interdixit.

Claudius Imperator omninò ſuſtulit, quod

Tran-

Tranquillus his verbis probat: Druidarum religionem, apud Gallos diræ immanitatis, & tantùm ciuibus ſub *Auguſto* interdictam, penitùs aboleuit. *Et* Strabo: *Ab* his obſcœnitatibus, fœdiſque ſacrificiorum & diuinationũ ritibus, Romani prorſus eos auerterunt. Muſicam verò & Poeſin *Bardus* primus in Galliam intuliſſe creditur. Vnde Diodorus: Sunt, inquit, apud Celtas melodiarum poetæ, quos appellant Baros, hi organis veluti lyra cantãt, hos laudantes, alios vituperantes, qui tanti apud eos ſunt, vt cùm extructa acie exercitus eductis enſibus cõiectiſq; iaculis propinquãt, non ſolùm amici, ſed hoſtes quoque eorum interuentu à pugna conquieſcant. Ita apud agreſtiores barbaros ira cedit ſapiẽtiæ, & Mars reueretur Muſas, &c. Sed paulatim *Ianigenarum* *Italorum*, Græcorumque diſciplinæ in Galliam venerunt, quas ipſi pro ſua induſtria mirificè elaborârunt. Scribit enim libro ſeptimo Commentariorum Cæſar, quòd Gallorum gens ſummę ſolertiæ ſit, atque ad omnia imitanda & efficienda, quæ à quoquam traduntur, aptiſsima: & lege quadam cautum fuiſſe refert Irenicus, vt quidam ex Gallis in Græciam Philoſophiæ & bonarum artium gratia, proficiſcerentur. Tempore enim Cęſaris earum adhuc vulgò imperitiores fuiſſe videntur, præſertim Neruij; is enim libro quinto belli Gallici ſcriptum reliquit, quòd ad Ciceronem Neruios oppugnantem literas Græ-

cas

cas dederit, ne hoſtes, ſi Epiſtola interciperetur, conſilia Cæſaris cognoſcerent.

Theologia veterum Gallorum.

IVlius Cæſar, qui Galliæ antiquam religionem, doctrinam, & mores, accuratiſsimè omnium exploratiſsimeque cognôrat, libro ſexto Commentariorum: Natio, inquit, omnium Gallorum admodum dedita religionibus, atq; ob eam cauſam qui ſunt affecti grauioribus morbis, quique in prælijs periculiſque verſantur, aut pro victimis homines immolant, aut ſe immolaturos vouent: adminiſtrisque ad ea Druidibus vtuntur: quòd pro vita hominis, niſi vita hominis reddatur, non poſſe Deorum immortalium numen placari arbitrantur, publicaque habent eiuſdem generis ſacrificia. Alij immani magnitudine ſimulacra habent, quorum contexta viminibus membra viuis hominibus complent, quibus ſuccenſis circumuenti flamma exanimantur homines. Supplicia eorum, qui in furto aut latrocinio, aut in aliqua noxa ſint comprehenſi, gratiora Dijs immortalibus eſſe arbitrantur, ſed cùm eius generis copia deficit, etiam ad innocentium ſupplicia deſcendunt. Deum maximè Mercurium colunt. huius ſunt plurima ſimulacra, hunc omnium inuentorem artium ferunt, hunc viarum atque itinerum ducem, hunc ad quæſtus pecuniæ, mercaturasq; habere vim maximam arbitrantur. Poſt hunc Apollinem, & Martem, & Iouem, & Mineruam, de quibus eadem ferè quàm reliquæ

gentes

gentes habent opinionem: Apollinem morbos depellere, Mineruam operum atque artificiorum initia tradere, Iouem Imperium cęleſtiũ tenere, Martem bella gerere, cui & cùm prælio dimicare conſtituerunt, ea quæ bello cœperunt plerunque deuouent, quæ ſuperauerunt animalia capta immolant, reliquaſq́; res in vnum locum conferunt. Multis in ciuitatibus extructos harum rerum cumulos locis conſecratis conſpicari licet: namque ſæpe accidit, vt neglecta quiſpiam religione, aut capta apud ſe occultare, aut poſita tollere auderet, grauiſsimumq́ue ei rei ſuppliciũ cum cruciatu conſtitutum eſt. Valerius etiã *Maximus*: Vetus, ait, Gallorum mos occurrit, quos memoria proditum eſt, pecunias mutuas, quę his apud inferos redderentur dare, quia perſuaſum habuerint, animas hominum immortales eſſe. Dicerem ſtultos, niſi idem Brachati ſenſiſſent, quod Palliatus Pythagoras credidit. Simile ex India & Iapania, nouiter repertis inſulis, ſcribitur: illos populos Bonzis ſacerdotibus ſuis crediciſſe, decuplum ſe in altero mundo recepturos à Dijs, pro eo quod viui eorum miniſtris dediſſent: ideoq́ue morituros Bonzorum chyrographũ ſecum in ſepulchris accepiſſe, vt eo viſo, dij decuplum eiuſdem monetæ reſtituerent, quo in altera vita ingruentibus neceſsitatibus ſuccurrerẽt. Qualiter ruſtici ſimulachra deorum velamine tecta per agros circumtulerint, & arbores quaſdam in ſacris habuerint, in vita S. Martini Turonenſis, narrat S. Sulpitius.

Ve-

Veram Chriſtianam religionem ipſi Apoſtoli intulerunt, præſertim Paulus & Philippus. Lucam quoque Euangeliſtam in Gallia docuiſſe, auctor eſt Epiphanius. D. etiam Clemens Epiſcopos ſe in Galliam, ex mandato Petri, miſſurum ſcribit, ad Iacobum fratrem Domini. Hanc Apoſtolorum diſcipuli, Creſcens, Martialis, Dionyſius Areopagita, præterea Eleutherius, Aphrodiſius, Ruſticus, diligẽtiſsimè propagârũt. Vt Tertullianus profiteatur, quòd ſuo tempore in diuerſis Galliarum nationibus Chriſtum coluerint.

Ipſum verò Regnum ad fidem Chriſti cõuerſum eſt anno Domini 499. Clodoueus enim Rex, quia eo prælio, quod contra Germanos gerebat, ſummo in periculo conſtitutus, Chriſtum, quem Clotildis vxor Burgundiorum Regina ſemper prędicauerat, implorare cœpit: cuius auxilio cùm hoſtem ad Tolbiacum Vbiorum non procul à Colonia Agrippina facilè ſuperaſſet, in eum libẽter credidit, & in Galliam reuerſus, à S. Remigio Remẽſi Epiſcopo cum ſuis baptizatus eſt. Quod pręter innumeros ſcriptores ipſius Clodouei Regis Epitaphium, à S. Remigio, vt creditur, conſcriptum declarat.

Diues opum, virtute potens, clarusq́ triumpho,
Condidit hanc ſedem Rex Clodoueus, & idem
Patritius magno ſublimis fulſit honore.
Plenus amore Dei contempſit credere nullo,
Lumina qui varijs horrent portenta figuris:
Mox purgatus aquis, & Chriſti fonte renatus,

Fra-

Fragrantem geſſit infuſo criſmate crinem.
Exemplumq́; dedit, ſequitur quod plurima turba
Gentilis populi, ſpretoq́; errore ſuorum,
Doctorem cultura Deum, verumq́; parentem
His felix meritis ſuperauit geſta priorum.

Primus igitur Chriſtianā religionem à Burgundiorum Regina Galli acceperunt. Burgūdi quando conuerſi ſint, Socrates lib. 7. ca. 30. Guido Pap. deciſ. 114. P. Aemilius lib. 1. Hiſtor. Gregorius Thuronen. lib. 2. tradiderunt.

Iuriſprudentia.

CÆſar libro ſexto de bello Gallico: Quæ ciuitates commodiùs ſuam Rempublicā adminiſtrare exiſtimantur, habent legibus ſancitum: ſi quis quid de Republica à finibus rumore aut fama acceperit, vti ad magiſtratū deferat, neve cum quo alio communicet: quod ſæpè homines temerarios atque imperitos falſis rumoribus terreri, & ad facinus impelli, & de ſummis rebus conſilium capere cognitum eſt. Magiſtratus quæ viſa ſunt occultant, quæq; eſſe ex vſu iudicauerint, multitudini produnt. De Republica, niſi per concilium loqui non conceditur. Lib. 3. Conſilia Gallorum ſubita & repentina eſſe affirmat: eoſdemq́ue in conſilijs capiendis parùm conſideratos olim fuiſſe, libro quarto his verbis demonſtrat: Cæſar infirmitatem Gallorum veritus, quòd ſunt in conſilijs capiendis mobiles, & nouis plerunque rebus ſtudent, nihil his committendum exiſtimauit. Eſt autem

hoc Gallicæ conſuetudinis, vt & viatores etiam inuitos conſiſtere cogant, & quod quiſq; eorum de quaq; re audierit aut cognouerit, quærant: & mercatores in oppidis vulgus circumſiſtat, quibuſque ex regionibus veniant, quaſque ibi res cognouerint pronuntiare cogant. Et de his rumoribus atque auditionibus permoti, de ſummis ſæpè rebus conſilia ineũt, quorum eos è veſtigio pœnitere neceſſe eſt: cùm incertis rumoribus ſeruiant, & plerique eorum ad voluntatem fictis reſpondeant. Ad bella ſuſcipienda Gallorum alacer ac promptus eſt animus: mollis verò ac minimè reſiſtens ad calamitates perferendas mens eorũ eſt: temeritas maximè illi hominum generi innata. Cumque in Prouinciam Gallia redacta eſſet, omnia ſtatim iura & leges commutatas fuiſſe teſtatur. Et Strabo libro Geographiæ quarto: Illud in Gallorum conſilijs, inquit, peculiare obuenit, ſi quis alio concionante vel tumultuetur, vel obſtrepat, miniſter ſtricto occurrit enſe, & minitabundus ſilentiũ imperat, qui ſi non deſierit, ſecundò ac tertiò idem factitat, denique tantum abſcindit è ſagulo, vt quod reſiduum eſt reddatur inutile. Porrò Cornelius Tacitus ſcriptum reliquit: veteres Gallos Auguſtoduni, quæ nobiliſſima vrbs Heduorum erat, ſtudijs liberalibus operam dediſſe. Sed hanc Batauicæ cuiuſdam rebellionis latrocinio (vt Eumenius loquitur) euerſam, Conſtantius Imperator, Conſtantini Magni pater inſtaurauit, tantamque ſcho-

ſcholam, quæ non modò auditoriorum ruina, ſed & morte Rectoris atque magiſtrorum conciderat, attollere laborauit, vt hoc ipſius ad Eumenium Rhetorem reſcriptum declarat.

Mirentur & Galli noſtri, vt eorum liberis, quorum vita in Auguſto oppido ingenuis artibus eruditur, & ipſi adoleſcentes, qui hilari conſenſu meum ſuſcepêre comitatum, vt eorũ indoli conſulere cupiamus. Proinde quod aliud præmium his quàm illud conferre debemus, quod nec dare poteſt, nec eripere fortuna? Vnde auditorio huic, quod videtur interitu præceptoris orbatum, te vel potiſsimũ præficere debuimus, cuius eloquentiam, & grauitatem morum ex actis noſtris habemus, & adminiſtratione compertam. Saluo igitur priuilegio dignitatis tuæ, hortamur, vt profeſsionem oratoriam receptes, atq; in ſupradicta ciuitate, quam non ignoras, nos ad priſtinam gloriam reformare, ad vitæ melioris ſtudium adoleſcentium excolas mentes. Nec putes hoc munere ante partis aliquot tuis honoribus derogari, cùm honeſta profeſsio ornet potius omnem, quàm deſtruat dignitatẽ. Denique etiam ſalarium te in ſexcentis millibus nummum ex Reipublicæ viribus cõſequi volumus, vt intelligas meritis tuis etiam pretium conſtituere noſtram clementiam. Vale Eumeni chariſsime nobis.

Eumenius verò intellecta Cæſaris voluntate, peculiarem orationem habuit, de ſcholis

inſtaurandis,ad V.P.Præſidem Galliarum,vbi inter cętera ſic loquitur:Quanquam in hac oratione,vir perfectiſsime,loci tantummodò inſolentia , non dicendi nouitate perturbor. Siquidem id poſtulo,quod non modò contradicendo nemo audeat impedire,ſed omnes potius, quibus diuina Principum liberalitas, quibus vrbis iſtius reſtitutio,quibus optimarum artium celebratio grata atque iucunda eſt,ſummo gaudio & fauore ſuſcipiāt: vt Menianæ illæ ſcholæ quondā pulcherrimo opere, & ſtudiorum frequentia celebres & illuſtres iuxta cætera quæ inſtaurantur opera ac templa reparentur.Cui vnquam veterū Principum tantæ fuit curæ,vt doctrinæ atque eloquentiæ ſtudia florerent, quanta his optimis & indulgentiſsimis Dominis generis humani?quos ego quidem,quantum ad votum pietatemq́ue pertinet,liberorum noſtrorum parentes appellare non dubito, qui nobiliſsimā iſtam indolem Galliarum ſuarum interitu ſummi doctoris orbatam reſpicere dignati ſuo potiſsimum iudicio præceptorem ei moderatoremq́ue tribuerunt,& inter Imperatorias diſpoſitiones ſummis Reipublicæ gubernandæ prouiſionibus occupatas,literarū quoque habuerunt delectum.In quo ego V.P. nihil laudi meę tribuo,ſed Domini noſtri Conſtantij Principis incredibilem erga iuuentutem Galliarum ſuarum ſolicitudinem atque Indulgentiam ſatis mirari nequeo. Salarium me liberaliſsimi Principes ex huius Reipublicæ iu-

cæ iuribus in ſexcentis millibus nummum accipere iuſſerunt. Hoc ego ſalarium quantũ ad honorem pertinet, adæratum accipio: & in accepti ratione perſcribo, ſed expenſum referre patriæ cupio, & ad reſtitutionem huius operis, quoad vſus popoſcerit, deſtinare.

Præſertim cùm mihi vltra communem cũ reliquis ſtudiorum religionem etiam proprius quidam ſit erga Meniana illa, ex Maiorum meorum recordatione dilectus. Quamuis enim ante ingreſſum pueritiæ meæ prætermiſſa fuerit eorum exercendi ſtudij frequentatio: tamen illic auum quondam meum docuiſſe audio, hominem Athenis ortum, Romæ diu celebrem, mox in iſta vrbe perſpectum, probato honinum amore doctrina atque huius ipſius operis veneratione detentum. Hæc ergò tunc ſchola fuit reſtituta. Vnde Cõſtantinus à Donatiſtis in Africa rogatus, vt ipſis iudices daret ex Gallia, qui ſuam & catholicorum cauſam cognoſcerent, Maternum ex Agrippina, & Rheticium ab Auguſtoduno euocauit. Paulatim tamen rurſus intercidit. Etſi varias, eaſque celebres in Gallia ſcholas extitiſſe, Auſonij liber de profeſſoribus Burdegalenſibus, Tholoſanis, Narbonenſibus, &c. teſtatur. Vbi & de Tiberij Victoris Mineruij cathedra Burdegalenſi legitur:

Mille foro dedit iuuenes, bis mille ſenatus
Adiecit numero, purpureiſq; Togis,
Me quoque.

Gratianus quoque Imperator, qui Auſonij

diſcipulus fuiſſe perhibetur, ad Antonium præfectum prætorio Galliarum reſcripſit, vt in ſingulis Galliæ metropolibus excitarentur, alerenturque ſtudia literarum egregijque earum profeſſores præficerentur, quibus annonæ liberaliter præberentur. Quod ipſius reſcriptum in Theodoſiano Codice his verbis recitatur: *Per omnem diœceſim commiſſam magnificentiæ tuæ frequentiſsimis in ciuitatibus, quæ pollent & eminent claritudine præceptorum, optimi quique erudiendæ præſideant iuuentuti. Rhetores loquimur, & Grammaticos Atticæ Romanæque doctrinæ, quorum oratoribus viginti quatuor annonarum Fiſco emolumenta donentur, Grammaticis Latino vel Græco duodecim annonarũ deductior paulò numerus ex more præſtetur, vt ſingulis vrbibus, quæ metropoles nuncupãtur, nobilium profeſſorum electio celebretur. Nec verò iudicemus, liberum vt ſit cuique ciuitati ſuos doctores & magiſtros placito ſibi iuuare compendio. Treuerorum vel clariſsimæ ciuitati vberiùs aliquid putauimus deferendum, rhetori vt triginta, item viginti Grãmatico Latino, Græco etiã, ſi qui dignus reperiri potuerit, duodecim præbeantur annonæ.*

Tandem Carolus ille Magnus Gallorum ius in ordinem redigi, & legum libros conſcribi iuſsit: nam vetus illud ius Romanorũ iam diu anteà per Lõgobardos & Francos obliteratum erat, deinde ad aliarum quoque artium

tium ſtudia promouenda acceſsit, earumque profeſſores egregiè coluit, ac magnis muneribus affecit, præcipuè ſacrarum literarum doctores. In primis verò Beati Auguſtini libris, qui de Ciuitate Dei inſcribuntur, delectatus, nõ in ſcholis tantùm, ſed etiã ad menſam ſuam eos legi curauit, vt Eginhardus, Lupoldus, Vrſpergenſis, Nauclerus, Vincentius, cæterique authores probant: & ex hac eius epiſtola apertè colligitur.

Carolus Dei fretus auxilio, Rex Francorum, & Longobardorum, ac patricius Romanorum, religioſis lectoribus noſtræ ditioni ſubiectis:

CVm nos diuina ſemper domi foriſque clementia, ſiue in bellorum euentibus, ſiue pacis tranquilitate cuſtodiat, etſi rependere quicquam eius beneficijs humana tenuitas non poteſt: quia eſt inæſtimabilis miſericordia Deus noſter, deuotas ſuæ ſeruituti benignè approbat voluntas. Igitur quia curæ vobis eſt, vt noſtrarum Eccleſiarùm ad meliora ſemper proficiat ſtatus, obliteratam penè maiorum noſtrorum deſidia, reparare vigilanti ſtudio literarum ſatagimus officinam, & ad pernoſcenda liberalium artium ſtudia noſtro etiam inuitamus exemplo.

Vnde & egregia eius erga bonas literas voluntas perſpicitur: & quàm pulchrè intellexerit Eccleſiæ Chriſtianæ inſtaurationé, propagationemque religionis Catholicę, à bonis artibus magna ex parte dependere. Vt mirum

videri non debeat, quòd propter hanc pietatem, eruditionem, magnaque earum artium & Philoſophiæ præſidia, ferociſsimas gentes domare, tantumque ſibi imperium breui tẽpore comparare, ac tranquillum reddere potuerit. Vtinam omnes alij Principes, qui imperandi dominandique voluntatem induerunt, has etiam optimi & longè potentiſsimi Imperatoris Caroli virtutes imitarentur. Earum enim præſidio multi poſt ipſum ex paruo quandoque Regno ampliſsimum florentiſsimum, ac firmiſsimum reddiderunt: contra his deſtituti, cùm æquum & bonum, atque iuſtitiæ præcepta, nec ipſi ſatis callerent, nec in ſubditos vt imprimerentur curauiſſent, ſic per ſtulta conſilia labefactârunt, vt ſi regno, quod pleriſque accidit, non exciderent, multò tamen minùs, multoque infirmius ad filios ſuos tranſmitterent.

PARISIENSIS

Academia.

HAnc Carolus ille Magnus circa annum Domini 791. ex Alcuini præceptoris ſui, Venerabiliſque Bedę diſcipuli conſilio, erexiſſe creditur. Quod etſi varijs clariſsimorum ſcriptorum teſtimonijs confirmari poſſet: tamen duorũ ſolùm poetarũ verſus aſſcribam, quorum prior Architremius de vrbe ſimul ac Academia, & commoditatibus ſic loquitur:

Exoritur tandem locus altera regia Phœbi,
Græca libris, Inda ſtudijs, Romana poetis,

Attica Philoſophis, mundi roſa, balſamus orbis,
Sydonis ornatu, ſua menſis, & ſua potu,
Diues agris, fœcunda mero, manſueta colonis,
Meſſe ferax, inoperta rubis, nemoroſa racemis,
Plena feris, fortis Domino, pia regibus, aura
Dulcis, amœna ſitu, bona qualibet, omne venuſtum,
Omne bonum, ſi ſola bonis fortuna faueret.

Euſtachius verò Cnobeldorpius Prutenus, Academiæ inſtitutionem & gloriam ſic deſcribit.

ECce ſenex quidam varijs agitatus ab auſtris.
Attulit optatos in loca Galla pedes.
Nomen adhuc meminit, quamuis carioſa vetuſtas,
Alcuinus meritum poſteritatis habet.
Quas poſuêre ſcholas, ſuperare palatia regum
Structuris, ſpacio, ſumptibus, arte putes.
Centum migdonio collegia ſtantia ſaxo,
Magnificas cingunt conſpicienda domos.
Singula mille ſtrepunt poſt tintinabula linguis,
Inceptum vario murmure feruet opus.

De hoc Albino ſic refert Arnoldus VVion, Monachus Ordinis S. Benedicti Duacenſis, in ſuo Ligno vitæ, lib. 5. capite 92.

Sanctus Alcuinus, qui & Albinus, cognomẽto Flaccus, natione Anglus, patria Eboracẽſis, Monachus primùm S. Petri Londini, & Bedę diſcipulus, Ordinis S. Benedicti, doctrina & ſanctitate ſua, Ordini monaſtico gloriã, ſibique nomen æternum peperit. Cùm autem eſſet in omni ſcientiarum genere, ſuo tempore, celebratiſsimus, Caroliq; Magni præceptor, qui eum Magiſtrum ſuum delitioſum voca-

bat, ad ſacroſanctæ Eccleſiæ laudem, reique literariæ cōmodū ſtudiū Pariſienſe, à Roma tranſlatum, primùm omnium inſtituit, primoſque magiſtros, monachos omnes, *Rabanum* videlicet, Ioannem, & Clementem ad iuuentutem literis diſciplinîſque imbuēdam ordinauit. *V*nde facilè eſt videre, quod ab alijs multis memoriæ proditum eſt: quicquid vel politioris literaturæ, vel ſolidioris doctrinæ in illa *A*cademia, & tribus alijs, de quibus mox agemus (Ticinenſem Italiæ, & Oxonienſem atque Cantabrigien. Angliæ intelligit) iam vigeant, ex ſchola Benedictina tanquam ex fonte emanaſſe. Iterum, cap. 95. Ab eo tempore, quo S. Neotus noſter ſcholas Oxonij collocarat, deinceps fuêre viri ſemper, præſertim verò Monachi, in inſula *A*ngliæ diſertiſsimi, & erudítiſsimi, qui tanquam doctrinarum riuuli, ab illo fonte perpetuo decurrentes, non modò Angliam, ſed Galliam quoque, ac Italiam mellifluo diſciplinarum genere irrigarunt. N Carolus *M*agnus *A*lcuinū ab *O*ffa Merciorum Rege in *G*alliā miſſum, conciliādæ amicitiæ cauſa, cùm videret in homine plurimas eſſe literas, quamobrē meritò ei honor eſſet habendus, ex Legato hoſpitē fecit ſuū, ex hoſpite *P*ręceptorem, vti alibi eſt expoſitum. *V*etus *A*thenienſiū, credo, imitatus exēplū, qui Gorgiam à Leontinis, publicè ad ſe miſſum, legationis munere defunctum, Athenis detinuerunt, eius capti eloquentia. Alcuinus itaque homo *A*nglus, in Gallia deinde moratus,

tus, Lutetiæ Pariſiorum bonas literas profiteri cœpit, eoque auctore, non multo ipſe Carolus in ea vrbe primus Gymnaſium collocauit, & in Italia Ticini, quæ nunc Papia nuncupatur, alterum. Fuit is annus ſalutis noſtræ circiter 792. Alcuino iam defuncto, cùm duos ferunt Monachos ex Scotia in Galliam delatos, ſe ſapientiam venalem habere, magna voce teſtantes, mercedis loco cibaria & veſtiaria duntaxat petiiſſe: & iſtorum alterum, qui Clemens nominabatur, à Carolo Lutetiæ retentum, eique ex omni ordine ciuitatis traditos iuuenes in diſciplinam. Alterum verò, Ioannē videlicet Scotum, Monachum Londinenſem, Ordinis D. Benedicti, congregationis Giribennę, Bedæque Venerabilis diſcipulum, in Italiam tranſiſſe, ac Ticini docuiſſe, primaque Almæ illius Vniuerſitatis fundamenta ieciſſe, quæ in eum, quem nunc videmus ſplendorem, poſtea excreuit: vnde iure Monaſtico Benedictino Ordini gratiæ reddendæ, quæ per eius alumnos tantus literarum fructus in Italiam vſque promanarit.

Quod verò Carolus Magnus hanc Academiam ex Romana deſumpſerit, præter alios multos, eoſque graues ſcriptores Cardinalis Zabarella, & Petrus Anchoranus inſignes Iuriſconſulti Clementina 1. de magiſtris, & Vincentius lib. 24. ſpeculi teſtantur.

Equidem in antiquo libro manuſcripto ſic legi:

Regnante Magno Carolo cœpit florere

ſtudium

ſtudiũ Pariſijs: vt enim dicitur in tractatu, qui ſpeculum vocatur, Alcuinus de Roma ſtudium Pariſijs pertulit, & trãſtulit, quod fuit illuc trãſlatum à Romanis de Græcia. Fuerunt autem quatuor fundatores huius ſtudij: ſcilicet Rabanus, Alcuinus, Claudius, & Iohannes Scotus, &, vt ibi recitatur in Chronicis Metropolis Arelaten. dicitur, quòd caput aureum ſtatuæ, de qua Daniel, per Carolum Magnum erexit Deus in Francis; qui cùm regnaret, & ſtudia literarum deeſſent, & eſſent in obliuione, & cultura veritatis teperet; contigit duos Scotos monachos de Hybernia cum mercatoribus Britannis ad litus Galliæ deuenire, in ſecularibus & ſacris literis eruditos, qui cùm nihil venale oſtenderent, ad turbas conuenientes cauſa emendi clamare ſolebant. Si quis eſt auidus Sapientiæ, veniat ad nos, & accipiat eam. Nam apud nos eſt venalis. & ſic factum eſt ſæpe. Et alijs putantibus eos eſſe inſanos, venit hoc ad aures Regis, vocatique ſunt ad Regem, à quibus cùm quæreret: an haberent ſapientiam, reſpõderunt ſe habere illam. Scilicet, in nomine Domini dignè quærentibus eam dare parati ſumus, inquiunt. Quo quęrẽte quid pro ea peterent. Reſponderunt ſe petere tria, ſcilicet, loca oportuna, animas ingenioſas, & illa ſine quibus vita iſta non poteſt tranſigi: ſcilicet alimenta, & quibus tegamur. Tunc Rex gaudio repletus: vtrumque ſecum retinuit. Et poſtea cùm iret ad bella, vnum nomine Clementem, Pariſijs reſidere fecit:
nobi-

nobileſque pueros ei commendauit,& necdũ victualia miniſtrari præcepit,& habitacula ad inhabitandum oportuna etiam deputauit. alterum in Italiam duxit, & monaſterium Auguſtini iuxta Ticinenſem vrbẽ delegauit, vt qui vellent addiſcere congregarentur ad eũ. Hoc audito, ſcilicet, quòd Rex gratanter ſapientes & religioſos ſuſciperet, venit Alcuinus cum ſocijs ſuis ad eum. In omnibus autem ſcripturis exercitatus eſt, vt diſcipulus Bedę, quẽ Rex ſecum vſque ad finem tenuit, niſi cũ ad bella iret: deditq́, ei Abbatiam beati Martini, vt ibi quieſceret, & ad ſe fluẽtes doceret. Et ſic Franci æquati ſunt Romanis & Athenienſibus, quo ad gloriam ſtudiorum, in philoſophia, & artibus liberalibus. Quanquam igitur ante Carolum artes Pariſijs, etſi corruptæ floruiſſe videntur: is tamen veram Academiæ formam introduxit, ac primus auctor fuit, vt pura philoſophia ad propagandã religionem Chriſtianam, traderetur, ſicut ex epiſtola ipſius, quam ſupra recitaui, apparet. Huius verò tam præclari operis author atque promotor fuiſſe legitur Alcuinus ipſius Imperatoris præceptor. Cùm enim propter crebras bellorum clades artium ſtudia in Gallijs iam oppreſſa diu iacuiſſent, tempore Caroli Magni, à quo pax Galliæ orbique terrarum reſtituta eſt, reſuſcitata fuerũt. Nam duo quidam Monachi venerabilis illius Bedæ diſcipuli, ex Anglia in Galliam profecti fuerunt, cumque alij mercatores ſuas merces prædicarent,

rent, ipſi ſapientiam diſcere amantibus non pretio, ſed gratis tradituros profitebantur, quod vbi ad Imperatoris, qui eam iam diu deſiderabat, aures perueniſſet, honorificè vocatos, pro ſua dignitate excepit: eorumque alterum *Lutetiæ Pariſiorum* nobilium puerorum ſcholæ præfeciſſe traditur: alterum verò *Papiam* miſiſſe. *Cum*que id Imperatoris erga bonas artes ſtudium in Anglia renuntiaretur, ipſe *Alcuinus* vir in omni literarum genere præſtantiſsimus, ad Imperatorem profectus eſt, auctorq; illi fuit, vt publicum Gymnaſium hoc erigeret. Etſi V..on iam recitato loco aſſerit, hos duos Mon..chos ex Scotia: idque *Alcuino* defuncto, in Galliam veniſſe: Magnus ergo hîc ſtudioſorũ concurſus erat, & ex omni loco tanquam ad mercaturam bonarum artium huc proficiſcebantur: vt veterum *Athenienſium* atque *Romanorum* gloriam etiam ſuperatura videretur.

Ideoque Angli hanc ſuam Coloniam exiſtere gloriantur; & tam religionem Chriſtianam, quàm bonarum artium ſtudia Anglos in Galliam intuliſſe prædicant. Sicut data opera Io. Caius in libris de antiquitate Academiæ Cantabrigienſis perſequitur.

Cancellarius *Pariſienſis*, quia pro licentia docendi à quolibet exigebat marcam argenti, pauciores ad docendum accedebant; iccirco Alexander III. Pont. decretalem ædidit, quæ cap. Quanto, ext. de magiſtris, & ne quid pro licentia docendi exigatur. *Mar.* Soci. Anchor.

&

& alij ad iſtud capit. Quanto, &c. Tempore verò Ludouici regis ſancti, quod ſtudioſi à ciuibus iniuriam ſibi fieri, vetera priuilegia, & antiquas conſuetudines, contra diuinum & humanum ius, auferri querebantur, omnes ferè dilapſi ſunt: & Anglorum rex, propoſita ingentium præmiorum, honorum, vocationum, & emolumentorum ſpe, aliquot eorum millia Oxonium eliciebat. Ac ſolitudo bonis literis Lutetiæ eo tempore, exiliumq́; indictũ videbatur, niſi Ludouicus Rex earũ patrocinium ſuſcepiſſet. Is enim nõ minus decoris liberales artes & humaniora ſtudia Frãcis, quã arma afferre prædicans, egregiãq́; Rem. fore, ſi bellicarum rerum gloria, cum humanarum, diuinarumq́ue rerum cognitione & doctrina coniungeretur: regię vrbis ciues ad officiũ, & colẽdos Doctores, ac diſcipulos reuocauit, & ſuus vt ingenuis artibus bonos haberetur, pro ſua ſingulari pietate effecit. Robertus verò Ludouici regis frater, anno Dom. 253. ampliſsimum illud collegium Sorbonicum inſtituit. vndè tot præſtantes Theologi & orbis clariſsima lumina prodierunt. Ioanna Regina circa annum 1286. collegium Nauarræ erexit. Sed cùm Caroli VI regis magiſtratus Vniuerſitatis Rectorem, eò quòd Vrbani PP. literas publicè in ſchola recitaſſet, comprehendi iuberet, ipſe quidem Rector fuga ſibi conſuluit, ſtudioſi verò alij aliò dilapſi ſunt: ipſaq́ue Academia plurimum detrimenti accepit, quæ ab alijs Regibus tantis priuilegijs ornata reperi-

reperitur. Ludouicus enim IX. Iulij Cæſaris factũ imitatus, vt quàm plurimi in hac Academia libẽter ſtuderent, huiuſmodi gratiã conceſsit: Concedimus & volumus, quòd omnes & ſinguli, de quacunque natione vel regione oriundi de corpore Vniuerſitatis Pariſien. exiſtentes & eſſe volentes, ad eam accedere, morari, redire, & ſe, nuntios ſuos, reſque ſuas vbilibet transferre pacificè & liberè abſq; vlla inquietatione poſsint: ſicut meliùs ipſis videbitur expedire. Simile refert Rebuffus de Philippo VI. Cõcedimus de gratia ſpeciali & certa ſcientia, & de noſtræ plenitudine poteſtatis, ne quiſquam laicus cuiuſcunq; conditionis vel eminentiæ exiſtat, ſiue priuata perſona magiſtros & ſcholares aut ad ipſum ſtudium Pariſienſe accedentes, aut redeuntes, de quorum ſcholaritate per proprium conſtabit iuramentum, in perſona, familia, & rebus, occaſione quorumcunque perſonalium onerum inquietent aut moleſtent, &c. Imò per ipſum Carolum VI. egregia quædam priuilegia accepit, inter quæ non poſtremum hoc eſt: Statuimus quòd Pariſijs ſtudentes, immunes ſint ab omnibus impoſitionibus, & ſubſidijs, tam ſuper vino habito ex hæreditatibus aut beneficijs, ſiue illud vendant minutatim, ſiue alias, ſiue ex frumento, & alijs quibuſcunque bonis ſic prouenientibus. Item in omnibus bonis emptis ad ſuum vſum, dummodò id Rector fuerit atteſtatus, qui ſuper hoc primitùs ab ipſis receperit iuramentum; &c. Quæ

Priuilegia Academiæ Pariſiens.

&c. Quæ quidem Regum Chriſtianiſsimorum priuilegia, Pontifices Romani pro ſuo in eam Academiam amore, maioribus etiam additis, libenter approbauerunt; quod etſi nimis longum eſſet recenſere: tamen vnam Innocentij ad Vniuerſitatem Pariſienſẽ epiſtolam aſſcribo: Gratiam vobis facere volentes ſpecialem, ſtatuimus, quòd nullus in Vniuerſitatem veſtram magiſtrorũ & ſcholarium, aut rectorem vel procuratores veſtros cuiuſcunque aut quarumcũque facultatum, ſeu quenquam alium pro facto vel occaſione ipſius Vniuerſitatis, excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti audeat ſententiã promulgare, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali. & ſi fuerit: promulgata, ipſo iure ſit irrita & inanis: Franciſcus autem Valeſius Rex ad conſtituendam Rempublicam cõuerſus, doctiſsimos Hebraicarum & Græcarum literarum, mathematicarumque artium profeſſores honeſtis ſtipendijs inſtituit, Guilhelmi Budæi & Ioannis Ballaij clariſsimorum hominum conſilio: quod vbi regni ordinibus probari, & rectè ſuccedere vidit, prioribus alios in literis Latinis, Medicina, & Philoſophia adiunxit: priorumque numerum adauxit, ac Pariſiẽſem Academiam, velut opulentiſsimum literarum emporium, breui florentiſsimam reddidit, longeque adhuc celebriorem facturus, niſi & bellis ferè continuis impeditus, & morte præuentus fuiſſet. Deſignârat enim locum amplum trans Se-

quanam, vbi gymnaſium omnium opinione maius extrueret, in quo gymnaſiarchæ, profeſſores, & probi adoleſcentes ſupra ſexcentos in literis educarentur: idque Francicorũ centum millibus annuo cenſu dotare ſtatuerat. Parùm enim eſſe putabat iuſtis regnum ſuum præſidijs muniſſe, niſi idem literis quoque ornaret, ac ſapientiſsimis viris confirmaret, quos veterum laudatiſsimorum Regum exemplo, vndique magnis præmijs, euocabat, authore Eraſmo, qui ſe etiam ſæpiùs ab eo vocatum ſcribit, vt de trilinguis collegij inſtitutione conſilium caperet. Nec minori cura in eo elaboraſſe ait Perionius, vt ex Iudæa & Græcia ingens Hebraicorum & Græcorũ librorum multitudo comportaretur, quibus eam, quam inſtruxerat, bibliothecam ornaret. Quare demortuum Regem vulgò patrẽ literarum appellârunt. Nam etſi hæc omnia, vti præalto animo conceperat, perficere non potuit: tamen & plurimum ipſe præſtitit, & multorum Principum ſtudia exemplo ſuo excitauit. Henricus enim eius filius bibliothecam patris optimis ſcriptoribus refertam, ſummo labore atque induſtria ornandam amplificandamq́ue ſuſcepit.

Antonius Poſſeuinus lib. I. bibliothecæ ſelectæ cap. 1. at, quid, inquit, Cicero dixiſſet, ſi poſt aliquot ſecula] vidiſſet Pariſienſem Academiam, in qua cum Athenis collata, quæ tot ſectas inter ſe diſſectas fouebat, virorum fuit cœtus excellẽtium, qui in vniuerſum orbem

lumen

lumen inferentes, rerum humanarum ſcientiam cum diuina iungebant, idque non ad faſtum, aut decus, ſed vt omnes ad æternam illã Academiam deſtinarent, in qua ad celſiſsimos gradus promouerentur: neque verò homines in terris ſolùm in quandam ſocietatem cogerent, ſed ex terreſtri ciuitate cæleſtem quoq; alteram conderent: quamquam non tam politicis, quàm diuinis legibus, quarum Deus ipſe fuerat lator, conſtabilirent.

Et lib. 3. cap. 5. Albinus à Carolo Magno adhibitus ad inſtituendam Pariſienſem Academiam: mirum eſt quot illa peperit Theologos inſignes: vt quadringentos, totos annos vix alicuius nominis Theologus extaret alibi, quã in Gallia.

Ioannes Petrus Maffeius de vita Ignatij, Societatis Ieſu parentis & conditoris, ſcribens: cùm illum ex Hiſpanijs in Galliam ſe trãſtuliſſe, & ad ſcholas Pariſiẽſes propter Academiæ ipſius celebritatem atque frequentiam appuliſſe dixiſſet; Lutetia, inquit, Pariſiorum vrbs in primis Europæ totius & magnitudine & celebritate viſendá, trifariam eſt diuiſa. Partẽ vnam, quam Sequana fluuius inſulam efficit, regia vetere, foro, & tribunalibus nobilem, vulgo ciuitatem appellant. Altera, quæ nouã Regiam continet, oppidum dicitur. Tertia pars iam inde à Carolo Magno dicata Muſis, Vniuerſitas nominatur. In hac, præter cæterarum incolarũ turbam, ſcholaſtici maximẽ inhabitat. Ac numerãtur ibi collegia permul-

ta libero aditu, cum ſuis vnumquodque liberalium artium diſcipulis, & Doctoribus, & præfecto collegij, quem primarium vocant. Cumque ibi Ignatius octodecim ferè menſes Latinæ linguæ tribuiſſet, in Montis acuti collegio, in collegium cui à S. Barbara nomen eſt, ad philoſophiæ ſtudia tranſijt, alacritate mirabili. Et Magiſtris attentè audiendis, multaque & diligenti eorum quæ audierat commentatione, quotidianis denique gymnaſij exercitationibus, triennio, & menſibus ſex (quod ſpacium temporis curriculo philoſophiæ in iſta Academia tribuitur) ita profecit, vt honorifico Magiſtri iudicio & teſtimonio, poſt conſueta certamina, ritu ſolemni, laurea, cæteriſque doctrinę inſignijs decoratus ſit. Poſthæc in cœnobij Dominicani gymnaſio ſacrá Theologiam aggreſſus eſt, ingenti ſanè labore & induſtria, cùm præter cæteras lucubrationes, hyeme ſequiente, quotidie, mane ante lucem ad ſcholas, quæ illa ibi circiter hora habebantur, accederet.

Mos autem eſt Pariſijs in ſcholaſticos improbos ac ſeditioſos ac ſanciendam Academiæ diſciplinam, ad hunc ferè modum animaduertere. diſsimulato conſilio, ad condictam diem, in aulam collegij Primarius, magiſtrique, nodoſa inſtructi virga conueniunt, comprehenſumq́ue repente noxium, & in medio conſeſſu nudatum, certo plagarum numero ſinguli afficiunt. Id ſupplicij genus cùm ad ſenſum corporis peracerbum eſt, tum verò

ad

ad dedecus & ignominiam longè turpiſsimũ: deq; ipſius nomine aula vulgo appellatur. Hũc igitur cruciatum ac notam maleficis cõſtitutã Ignatio inſonti parauerant. quod condiſcipulos feſtis præcipuè dieb⁹ ad ſcholã ad oratorium &, ſacra myſteria cõfeſsionis altariſq; traduceret : Niſi Collegij Primariũ Iacobũ Goueam de ſua innocentia prius informaſſet.

Porrò quia plurimum intereſt, vt commodis locis ſtudioſi habitare poſſunt: iccirco Pariſiijs. Vniuerſitas duos magiſtros eligit, qui præter hanc curam pretium quoque conſtituant. Et ne inter ipſos fortè ſtudioſos aliqua controuerſia oriretur, Innocentius Pótifex decreuit: Ne quiſquam, ſub excommunicationis pœna, alterius hoſpitium fraudulenter conduceret, quàm diu prior, abſque manifeſta malitia, retinere vellet, neue aliquẽ ſua priori poſſeſsione ſpoliare ac defraudare conaretur, teſte *Rebuffo*. *Qui* etiam hunc morem ibi obſeruari ait: Vt rector cum procuratoribus ter in hebdomoda, die Lunæ, Mercurij, & *V*eneris, hora ſecunda pomeridiana cũ alijs ad Academiæ ſalutem pertinentibus de rebus, tum domorum locatione, & conductione, ſtudioſorumque moribus inquirat. Miratur tamen *A*nchoranus, quòd *I*nnocentius Papa mandet, Romæ ius etiam ciuile publicè doceri: Pariſijs verò alibi vetet.

Cuius rationem expreſſam inuenio in cap. Super ſpeculo, extra. de priuilegijs. Sanè licet ſancta *E*ccleſia, legum ſecularium non reſpuat

famulatum, quæ æquitatis & iuſtitiæ veſtigia imitantur: Quia tamen in Francia, & nonnullis prouincijs, Laici Romanorum Imperatorum legibus non vtuntur, & occurrunt rarò Eccleſiaſticæ cauſæ tales, quæ non poſſunt ſtatutis canonicis expediri, vt plenius ſacræ paginæ inſiſtatur, firmiter interdicimus, & diſtrictius prohibemus, ne Pariſijs, vel in ciuitatibus, ſeu alijs locis vicinis quiſquã docere vel audire Ius ciuile præſumat. Et qui contra fecerit, non ſolùm à cauſarum patrocinijs interim excludatur, verùm etiam per Epiſcopum loci excommunicationis vinculo innodetur.

Superioribus tamen annis iudicio ampliſſimi Senatus huc Franciſcus Balduinus Iuriſconſultus euocatus fuit, vt in hac Academia Iuriſprudentiæ ſcholam excitaret. Ipſeque Balduinus ſeſe hic Iuriſprudentiam docuiſſe teſtatur ad l. Si pacto, C. de Pact. Ad tantam ergo gloriam hæc Vniuerſitas excreuit, vt Ioannes Bohemus libro tertio de ritibus gentium, omnium quę nunc in terris ſunt celeberrimam hanc eſſe affirmet; quippè vbi præſtãtiſsimi ſemper in omni artium genere profeſſores extiterunt, qui partim prælectionibus, partim eruditiſsimis ſcriptis totum mundum illuſtrarent. Alcuinus nimirùm Venerabilis Bedæ diſcipulus, & Caroli Magni præceptor, Rabanus, Petrus Lombardus Sententiarum magiſter, Albertus Magnus, S. Thomas Aquinas, Ioannes Gualenſis, qui ab eru-

eruditione & facundia arbor vitæ dicebatur, Iohannes Gerſon, Budæus, &c.

Papirius Maſſonus librorum de geſtis Ro. Pontificum 5. in Innocentio IIII. Cardinales, inquit, galerum, quo hodie vtuntur, huic vni acceptum debent. Et auditores Pariſien. Academiæ vectigalibus exemit: & ne extra Lutetiam per literas Apoſtolicas, ſuper litibus inter eos exortis, trahantur, primus omnium vetuit, Peruſij Non. Iun. & ſecund. Calend. Iun. Pontificatus anno nono. Vt in chartario eiuſdem Academiæ inuenio.

Et in Nicolao III. Huic Nicolao Doctores Pariſienſes priuilegiū debent, quod ipſe Romæ dedit ad S. Mariam maiorem, decimo Calend. April. Pontificatus anno V. vt vbiq; terrarum ipſis liceat legere, & regere, ac pro Doctoribus haberi.

Idque priuilegium in Chartario Academię vidimus. In Martino II. vulgo IIII. Ioannes Choletus, à Martino Cardinalis factus, Pariſijs Collegium Choleticum exædificauit, vbi excellentes adhuc Theologi florent. Iterum in Clemente VI. lib. 6. Clemens Sorbonicæ domus templum condidit, & in vitrea feneſtra imago illius cernitur, vbi flexo genu, & manus ad cælum tendens, ſupplicisque habitu Virginem ſacram veneratur. Cum hac inſcriptione:

Clemens Papa VI. prouiſor huius domus.

Ibi habitant Theologi à Roberto Sorbone, qui primus Collegium inſtituit, ſic appel-

lati: Porrò Prouiſorem à prouidendo dictum conſtat. Quia eius partes ſunt, proſpicere Academiæ commodis, & potiſsimum Sorbonicæ ſocietati conſulere. Mortuo enim deceſſore fit conuentus in aula Sorbonica, vbi prouiſorem deligunt, in corde regis & gratia validum. Isque ſemel electus omni deinceps vita conſulit vtilitati publicæ, & alumnos Sorbonicæ domos deſignatos, ij ſunt Theologiæ ſtudioſi, datis literis confirmat.

Et poſt pauca:

Clemens hic Lutetiæ Pariſiorum Doctoris Theologi nomine & laurea, qui honos nó exiguus illa ætate habebatur, inſignitus eſt.

Rurſus in Nicolao V. lib. 6. Anno 6. Pontificatus Nicolai V. Guilhelmus Cardinalis cognomine Eſtouilla, presbyter S. Martini in montibus, in regno Franciæ, ſingulisq́; Galliarum prouincijs, Apoſtolicæ Sedis Legatus, Pontificis iuſſu, Academiam Pariſienſem optimis conſtitusis legibus inſtaurauit, Calen. Iun. Anno 1452. vti ex Chartario ipſius mihi conſtitit. Et ante eum Ioannes tituli S. Marci, & Aegidius tit. S. Martini in montibus, S. R. E. Cardinales, Apoſtolicæque Sedis Legati, leges eidem Academiæ dederant, quæ ſtatuta appellantur. Quas Guilielmus ita probat, ſi non inſtitutis ſuis repugnent, eaſq́; laudat.

Et in Vrbano V. pari beneficio Pariſienſem Academiam, quo Bononienſes, affecit: datis ad Ioannem tituli S. Marci, & Aegidiũ

D. Mar-

D. Martini Presbyteros Cardinales literis: quibus mandat, eandem Academiam optimis legibus inſtaurari.

Iacobus Meierus libro *15.* Annalium Flandrię: Scholam, inquit, Pariſienſem contra quęcunque monſtra veritatem ſemper defendiſſe video.

Et libro 14. Pariſienſis Academiæ auctoritatem & priuilegia declaraturus, anno, inquit, *1403.* Mercatorum Præfectus duos ſtudioſos ſuſpenderat patibulo, ſed coactus fuit eos oſculari, & reddere ſcholæ honorificè ſepeliendos. Claudius quoque Eſpenceus, tractatu de tribus lilijs Francicis, eius rei mentionem fecit.

INSCRIPTIO PARISIENSIS IN Palatio Parlamenti ad dextram:

Facite iudicium & iuſtitiam, quòd ſi non audieritis hoc, in me iuraui, dicit Dominus, quòd deſerta erit Domus hæc. Iere. 22,

Ad ſiniſtram:

Videte Iudices quid faciatis; non enim hominis exercetis iudiciū, ſed Dei, & quodcunq; iudicaueritis in vos redundabit. 2. Paralip. 19.

In armamentario Regis.

AEtna hæc Henrico Vulcanea tela miniſtrat:
Tela Gyganteos debellatura furores.

ANDEGAVENSIS.

HAnc Ludouicus XI. Andegauenſium Dux inſtituit, eodem ferè tempore, quo Rupertus Palatinus Heidelbergēſem in Germania

nia ſundabat. Henricus Valeſius, Dux Andegauenſium ſuperioribus annis inſtaurauit. Ad quod diuinum opus præter reliquos maximarum artium doctrina inſignes viros, Franciſcum quoque Balduinum magnis præmijs euocauit, vt iuris ſtudium attolleret. Qui Balduinus vtrunque hoc in commentarijs ad L. Si pacto, C. de pactis, his verbis complectitur: Cùm videam clariſsimos viros, quos alioqui non expectabam huc conueniſſe, vt aliud fortaſſe quippiã audirent, quàm quod ſcholaſtica de iure diſputatio tradere poteſt, hinc diſcedere(etſi hora iubeat)non poſſum, quin ijs teſtibus tanquam ſuperſtitibus profitear, me huic Academiæ gratulari, quæ tandem nacta ſit, & videat, Principem Henricum ſuum, qualem iam pridem oportebat, futurum in ea vindicem iuriſprudentiæ, vt regni huius Galliæque vindex iam fuit. Scit ille auum ſuum Regem Franciſcum Magnum, honoris cauſa, dictum eſſe patrem artium atque literarũ. Sed factum eſt, neſcio quo fato, vt cùm Rex ille artes omnes excoli iuberet, iuriſprudentia, cuius in primis ratio habenda erat, prætérita ſit. Sit ergo huius vindicandæ cura & auctoritas nepoti relicta, qui hac ratione maior auo futurus ſit. Eſt illa quidem certè digna principe quoque adoleſcente, & rerum fortiter geſtarum gloria iam cumulato: Digna Andium Duce magno, & Galliæ Prorege maximo. Non diſcedam longius. Videmus in hac vrbe ſepulchrum Ludouici II. Ducis Regij,
qui

qui hanc Academiam ante annos centum & ſeptuaginta fundâſſe & inſtituiſſe dicitur. An non ille ſuum excitaret nunc hæredem, cui cernendæ huius quoque gloriæ tanquam hæreditatis, dico amplificandæ dignitatis literarum, & excitandorum in hac ſchola optimorum ſtudiorum exemplum reliquit? Nondũ plenæ pubertatis erat Ludouicus ille, cùm hęc illi cogitatio diuina in mentem venit. Vocabatur in Hiſpaniã ducendæ vxoris, & in Italiam regni ſui recuperandi cauſa: ſed vt patriæ relinqueret quod debebat, & ſuæ virtutis ſpecimen daret, quod & Hiſpania & Italia admiraretur, in primis lumen literarum hîc accendere voluit. Fortaſſe etiam ſapientiſsimus adoleſcens proſpiciebat, quæ, ſe abſente, Galliæ perturbatio & vaſtitas, quæ tenebræ paulo pòſt conſecuturæ eſſent, ex funeſtiſsimo diſsidio ſuorum cognatorum, familiæ dico Aurelianenſis atque Burgundicæ. Tantò ergo magis operam tempeſtiuè dedit, vt aliquod ſemen doctrinæ iuris hîc conſeruaretur, aduerſus impendentem barbariem. Ipſeque paulò pòſt expertus eſt, quàm opus haberet etiam in priuata ſua cauſa, ſed tamen magna, Iuriſconſultis, cùm ius ſuum ad Regnum Aragonicum ex ſucceſsione vxori delatum explicare deberet. Sed altius aſſurgebat, cùm iuriſprudentiæ ſedem hîc collocabat. Valeant inepti quidam, qui Romanas leges nihil ad Francos pertine-

re

re hodie clamitant. Rex ipſe Philippus Pulcher cùm Aureliam ſcholam inſtitueret, profeſſus eſt, earum ſe legum, quibus alioqui non teneretur, æquitatem admirari & amplecti, vt Romani earum tabulas à Græcis vltrò repetitas acceperunt, &c. Se verò ait ad hanc Academiam inſtaurandam accitum, atque inter libellorum magiſtros in prætorio Ducis Henrici relatum. Pluribuſq; verbis præclarum iſtud Principis adoleſcentis inſtitutum promouere conatur. Philippũ etiam Huraldum eius Cancellarium, vt pro maxima ſua auctoritate idẽ faciat, hortatur. Eodem verò anno hanc Academiam inſtitutam fuiſſe affirmat, in Relatione ad eundem Principem, quo Cracouienſis in Polonia, auſpicijs mulieris Andegauenſis, Ludouici filię, erigebatur. Andegauẽſis Eccleſiæ ſcholaſticus Academiæ Cãcellarius eſt. Papirius Maſſonus lib. 3. Annalium Franciæ in Philippo Rege.

AVINIONENSIS, quæ olim quando Rõ. Pontifices ibi reſidebant, florentiſsima fuit, optimiſque priuilegijs ornata. Huic Paulus Caſtrenſis Iuriſconſultus multum ſplendoris attulit, vt eius commentaria in ius ciuile, quæ prælectiones Auinionicæ vocantur, declarant. Andreas quoq; Alciatus, cùm propter bella in Galliam veniſſet, ſexcentorum aureorum ſtipendio conductus, docuit, vt in oratione ad Ticinenſis Academiæ alumnos profitetur.

De Auinione ita cecinit Iulius Cæſ. Scaliger:

Viuendi ratio cum libertate recepta
Efficiunt vt ſis altera Roma tibi.
Templa, forum, celſo ſubducta Palatia cælo
Magna hæc, te plus eſt, dicere poſſe tuam.

Hîc Clementis V. Ioannis XXII. Clementis VI. Benedicti XIII. Marcelli II. & aliorum pulchra epitaphia habentur.

AVRELIANENSIS. Hæc à Philippo Pulchro Rege Gallorum anno Domini 1312. erecta eſt. Iuriſprudentię ſtudio olim celeberrima, ſuperioribus annis propter bella ciuilia ferè oppreſſa eſt. Quam tantis priuilegijs cõfirmatam Chriſtianiſsimi Gallorum Reges, quàm diu in vera religione catholica, & in fide erga ſuum Regem perdurabat, diligentiſsimè conſeruârant. Quoniam verò ex omnibus ferè nationibus huc ſtudioſi confluere ſolebant, maximamque & legibus meritò coercendam petulantiam quoſdam, etiam ſub lectionibus, exercere, queritur Rebuffus: ergo D. Adolphus Eicholtz collegio Germanorum, ſiue nationi Alemaniæ, certas viuendi leges & ſtatuta, de aliorum omnium voluntate, & cõſenſu, præſcripſit, vt & annales eius collegij, & hæc epiſtola teſtatur:

Aquilifera Alemaniæ natio Gymnaſij Aurelianenſis, Adolpho Eicholtz, huius inclytæ Academiæ Licẽtiato egregio, eccleſiæq; B. Mariæ ad gradus Colonienſis canonico digniſsimo, S. P. D.

IOannes Vlattenus Iuliacenſis, ſtatim cùm iam in frequentiſsimo omnium noſtrûm conceſſu iuramento præſtito conſortium noſtrum

ſtrum adauxiſſet, literas tuas exhibuit, eas lectitauimus quàm iucundiſsimè: ſunt nanque præter fertilem elegantiarum campum, & ſuauiſsimam ipſarum concinnitatem calamo tuo quaſi è beato quodam eloquentiæ fonte manantem, & locupletiſsimæ teſtes beneuolentiſsimi animi tui erga nos, & omni poſteritati iuge ſunt futuræ ſtimulum veſtigia tua inſectandi. Qui non modò præſens nullis parcens ſudoribus, enixiſſimè pro commodo & honore noſtro operam indefeſſam impenderis: ſed etiam abſens pro ijſdem vigilantiſsimè excubans, non ceſſas promouere, vt cultus quoque diuinus hinc à biennio (& hoc potiſsimùm inſtigatu etiam tuo) fundatus reddatur concinnior.

Quare cùm nullum reperiamus, cuius non gloriam tu anteceſſeris, nedum æquaueris: omnes certè tibi perpetuis obſequijs addicti ſumus.

Vale diu & felix, noſque amore, quo ſolitus es, amplectere. Ex Academia Aurelianenſi, decimo ſeptimo Kalendas Iunij. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo.

Fuit autem hic Dominus Adolphus Eicholtz (nam per occaſionem, quia Dominus & cognatus & fautor meus ſingularis olim fuit, tanti viri memoriam renouare oportet) liberalium artium, legum, Canonicumque

que Doctor, inſignis collegiatæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virginis ad gradus, Coloniç Agrippinæ Canonicus ſenior, & almæ Colonienſis Vniuerſitatis iterum iterumque Rector, iuriſque Canonici ordinarius profeſſor, vir & probus & doctus: qui totam ferè Germaniam, Galliam, & Italiam, bonarum, & illo tempore renaſcentium, literarum gratia, adoleſcens peragrauit. Cumque doctorum hominum mirificus cultor eſſet: præſtantiſsimis in vtraque literatura viris, Eraſmo & Budæo tam familiariter vſus eſt, vt vterque plures ad ipſum epiſtolas daret, quibus alter ab animi corporiſque viribus Roborium, alter δρυόξυλον vocabat. Mortuus tandem eſt Coloniæ anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio, cum hoc omnium conſenſu epitaphio: Vixit, dum vixit, benè.

Habet verò Aurelianenſis Academia eadem ferè priuilegia quæ Toloſana, vt indicat Baldus in L. omnia priuilegia, C. de Epiſcopis & Clericis.

Sanctus Iuo Presbyter & Confeſſor, aduocatus pauperum, & Iuriſconſultorum patronus, claris parentibus in Britannia minore, Gallici regni parte, natus educatuſque à teneris ſanctè & innocenter vixit. Decimo quarto ætatis Anno Pariſios profectus, animum omnibus bonarum artium Diſciplinis egregiè imbuit.

Inde

Inde Aureliam ſe contulit, vt Iuris Pontificij & ſacræ Theologię ſtudijs ſeſe traderet. Tum à Rhedonenſe Archidiacono aſcitus eſt, vt Iudicis Eccleſiaſtici officio fungeretur. Eam functionem gratis in ſe ſuſcepit, iudiciorum æquitatem ſanctiſsimè conſeruabat; iniuria oppreſſos ſubleuabat, pupillis & viduis opem afferebat, calamitoſos homines incredibili humanitate & patrocinio fouebat, inter diſcordes pacem conciliabat, ſi quādo ſententia in iudicio proferenda eſſet, id non ſine maximo lachrymarum imbre faciebat. Nihilque aliud meditabatur, quàm vt iudicia corrupta reſtitueret, iudicesque ſuo exemplo informaret, vt priſcorum Iudicum ſeueritatem ſanctitatemq; imitarentur. Ea fama permotus Epiſcopus Trecorenſis eum rogauit, vt Iudicē ſe generalem ſuæ Diocœſis conſtitui pateretur. In quo munere aliquamdiu ſtrenuè & fideliter verſatus, acriore diuinarum rerum amore inflammatus, eo ſe officio abdicauit, & ad Eccleſiam, cui præerat, ſe contulit, totumque ſe diuinis rebus mancipauit: auſteram vitam ducens, in veſtibus, cibo & potu. Quotidie ferè ſacrificabat, concionabaturque frequentiſsimè. Semper aliquos inopes menſæ ſuæ adhibebat, proprijs manibus pedes eorum abluens, erga pauperes liberaliſsimus, vltra vires ſæpe elargiens, à Deo cum fœnore omnia accipiebat: panesque diuinitus augebantur. Pauperibus & egenis in iudicijs patrocinabatur. Tantæ ſanctitatis euaſit, vt ſigno

ſigno crucis morbidos & dæmoniacos curaret, ignis rabiem cohiberet, aquas diuideret, cæcis viſum; mutis ſermonem impetrauit, mortuos 14. in vitam reuocauit, Eccleſiæ bona res & libertatem contra laicos animosè defendit. Obdormiuit ergo in Domino anno 1303. die Maij 19.

Clemens 6. Pontifex Max. in Diuorum numerum retulit, anno 1350. Ex Sabellico & ſcriptis Britonum, Boetius Epo Profeſſor Regius Duaci, & Fra. Zacharias Lippeloo in epitome Surij, in vita Iuonis, 19. Maij.

S. IVO ADVOCATVS PAVPERum, vir in Diuinis Scripturis exercitatus, & Canonum ſanctorum Patrum, ac generalium Conciliorum cautiſsimus interpres, nec minus ſanctitate, quàm ſcientia Reuerendus, &c. Sebaſt. Brant Iureconſult.

Iuo, qui miles fuerat togatus,
Miles & Chriſti, bonus & ſacerdos,
Perfidas turmas ſuperas duello
Nocte dieq́ꝫ.

Inclytam vitam, ſimul & modeſtam,
Inſtar in terris agis Angelorum,
Non mero, nec tu ſatiaris vnquam
Carnis in eſca.

Veſtibus duris, capreoq́ꝫ amictu
Vteris, corpus maceras, ieiunans

Abſtines: noctes vigilans, precaris
Sæpe perennes.
Pauperem Chriſtum ſatis æmulatus,
Pauperes ſemper inopeſq; turbas
Inſequens, nunquam miſeros ſinebas,
Mente grauari.
Tu pater iuris, decus, atque cuſtos;
Suetus es cauſas tuitare iuſtas:
Pauperis nunquam viduæ, aut pupilli
Deſpicis ora.
Iuo Doctorum venerande fautor,
Quem colit noſter chorus, & frequentat
Laudibus dignis: hodie fauentem
Reſpice cœtum.
Inpetra nobis veniam cupitam:
Fac pares vita, meritiſq; tantis
Curia tandem comites ſupernæ,
Participeſq;.
Id quod excelſæ moderator aulæ,
Cum ſuo præſtet genito, ſacroq;
Spiritu, trinus Deus, vnus, omnis
Arbiter æui.

Aliud eiuſdem ad eundem.

Et tua quis referet ſtudia Iuo ſancte iuuentæ,
Dogmata te puerum quæ didiciſſe ferunt?
Gratia namq; tibi luſtrans, demiſſa ſupernè,
Te facit electum, vas placidumq; Deo.
Hac duce Pontificum, & legalia noſcere iura
Eſt tibi conceſſum, largiter atq; datum.
Hinc fora pauperibus feciſti læta neglectis,
Iudicis aurilegas qui timuere manus.
Te iuſtam quiſquis cauſam fortaſſe peregit,

Patro-

Patrono ſenſit te duce iuſtitiam.
Quæ res cunque fuit, iuri aut contraria honeſto:
Mos tibi ſemper eam non tetigiſſe fuit.
Auſus erat nemo, cui fortè calumnia cordi,
Seu dolus vllus erat, te vel adire ſemel.
Te veritus Iudex, timuitq; tabe llio auarus,
Cauſidici expauit te quoque lingua loquax.
Improbulusq; cliens, importunusq; repulſam
Qui ſemel expertus, non rediturus abit.
Inſtar erat facies tua nam veneranda leonis,
Et qui te vidit, iudicat eſſe virum.
Formidandus eras, veluti Cato ſæpe theatris:
Sic tua verboſis ora ſeuera foris.

Refert Ioannes Croeſelius Academiæ Ingolſtadienſis bibliothecarius in ſuis Elogijs.

BITVRIGENSIS.

DE qua Munſterus Coſmog. libro 2. Habes ibi Academiam in omni diſciplinarum genere ornatiſsimam ante multos annos à Duce quodam Biturigũ erectam, hactenus à clariſsimis viris tam ſedulò excultam, vt iam literarum decus & emporium doctiſsimorum hominum meritò dici poſsit. Siquidẽ Theologorum ſchola illic nõ mediocris eſt, in qua profeſſores ſuis lectionibus, diſputationibus, concionibuſq; de religione & pitate bene merẽtur. Illic Philoſophiæ ſtudiũ, illic medicina ſuos habet peritiſsimos profeſſores: illic inter reliquas diſciplinas Iuriſprud. maximè floret. Hîc Alciatus, Rebuff. & ſimiles clariſs. Iuriſc. floruerũt. Nam Alciatus oratione ad Ticinen-

ſes gloriatur, quòd Biturigibus 12000. coronatos annuè acceperit.

Fr. Duarenus epiſtola ad Sebaſtianum Albaſpinium Gallorum Regis legatum, de ſuo in Biturigum ciuitatē reditu, affirmat. Quòd magnis ſtipendijs eum reuocarint, honorificè receperint.

Cumq́ue profiteri Ius in ſchola iterum cœpiſſet, frequensq́ue amicorum & ſtudioſorū cœtus, ex auditorio egredientem, comitaretur, fato quodam in mulum inciderit, qui ob mulionis imperitiam temerè in eam turbam ſe conijcientis, ictu calcis, ita crus oblæſerit, vt lectica in itinere vti cogeretur. Decretumq́ue ſibi ex ærario publico gloriatur ſtipendium annuum ad vicena millia ſeſtertiorum nummûm, præter illam pecuniam quæ ibi ex ſolēnibus gradationibus ſtudioſorum non parua conficitur. Et epiſtola ad iuris vtriuſque ſtudioſos in clariſsimo Biturigum gymnaſio inquit: Legum interpretandarum cauſa huc me ciuitatis humanitas, liberalitas, & ſingularis in bonas artes affectus pertraxit: vt confirmare auſim, iura ciuilia nuſquam gentium ſincerius, verius, diligentius enarrari. Satis magno argumento illud eſſe debet, quòd vel ex vltimis Europę finibus nobiliſsimos quoſque iuuenes, huius noſtri gymnaſij fama & celebritate permotos, huc quotidie, tanquam ad ciuilis ſapientię mercaturam, certatim cōfluere videmus. Recitatq́ue pulcherrimum

Sena-

Senatus Decretum tum de officio profeſſorũ & ſtudioſorum.

SENATVS DECRETVM.

QVarto Calendas Iunias cùm Senatu coacto verba fecerunt ex eo ordine nonnulli, tum de Iuriſconſultorum officio, qui honorario publicè accepto profitentur, cùm de Iuris ſtudioſorum iuuenum profectu, ac de his, quæ in vniuerſum ad totius ſcholaſtici conuentus tutelam pertinent: Cumq; æquiſſimum ſit ijs, qui Reipub. gubernacula tenent, magnæ curæ eas artes eſſe, ſine quibus iſta cõſiſtere nequit, ob eas cauſas Senatum arbitrari, clarorum Iuriſconſultorum, rectè, atque ordine facturum, ſi diligenter & ſolicitè curauerit tum monendo, tum pro poteſtate præcipiendo, vt iuuentus, quæ vndique huc confluit iuris diſcendi gratia, plena animi cõtentione in eius ſtudium incumbat: neque ſolitaria modò, & domeſtica lectione ſeſe exerceat: ſed viuam præceptorum vocem continenter, attentè, & auidis auribus: quo genere ſtudiorum nullum præſtantius eſſe, & virorũ ſapientiſsimorum teſtimonio, & rerum experimentis comprobatum eſt.

Et cùm natura comparatum ſit, vt hi præſertim, qui nondum ætatis ſunt confirmatæ, non niſi præſente rei alicuius vtilitate magnopere moueantur, ingentemque ſtudiorum ciuilium fructum, aut non videant omnino, aut veluti per caliginem quandam videant; ob eamque cauſam præceptoribus dicto au-

dientes nõ ſint, exiſtimare Senatum è Repub. eſſe, eos aliquibus gloriæ ſtimulis excitari, ac honorificentiſsimum aliquod & publicum prẹmium ijs decerni, qui prẹ ceteris in eo ſtudio Iuris viſi fuerint excellere.

Itaque placere, vt quotannis ex iuuenum iuris ſtudioſorum numero, qui Iuriſconſultorum Iudicio probati, ſelecti & ad Bulen ipſam, ſeu Senatum producti fuerint, ſeptem vt minimum ad ſolennes honorum ſcholaſticorum gradus magnifico, & viſendo ritu, in frequentiſsimo Profeſſorum omnium atque adeò Magiſtratuum, & ſplendidiſsimorum ciuium conſeſſu, quo maiore theatro ſpectata ſit eorum virtus, & eruditio, publicis impendijs promoueantur.

Ex quibus tres, *Αυτὶς Πϱολύτας*, totidem (quos vulgò Baccalaureos, & Licentiatos appellamus) ordo Iuriſconſultorum declarato, ſeptimũ verò docturæ inſignibus exornato.

Vt autem ea probatio, & electio ab omni gratia & ambitione remota ſit, placere, eos demum hoc honore dignos iudicari, qui certo ſtatutoq́ue tempore, in publicis auditorijs aſsidui non ſine libris (contra quàm hactenus factitatũ ſit) profeſſoribus ordinarijs operam dederint, non leuem & perfunctoriam, vt antehac, ſed plenam, iuſtam, atque inculpatam: quiq́ue profeſſores ſuos frequentius conſulendo, ac diſputatione laceſſendo, ipſis diligentiam ſuam, ſtudiuꝑ, & induſtriam approbauerint.

Item

Item arbitrari Senatum (quod ſine fraude cuiuſquam, edicti regij, alteriuſúe conſtitutionis, aut ampliſsimæ Pariſienſis curiæ Senatuſconſultorum fiat) primo gradui annos duos, tres annos alteri, quatuor verò tertio gradui ſufficere, ita vt quadriennio omnes iam dictos conſequi liceat.

Et cùm tertius hîc Docturæ gradus ſummum ſit honoris faſtigium, ad quod non temerè quenquam aſpirare decet, ne obſoleſcant tantæ dignitatis inſignia, placere nemini ad eum dignitatis gradum hac via aſcéſum patere, qui non aliquot publicis diſputationibus (quas Repetitiones vocant) ingenij profectus, eruditionis ſpecimen, & documentum non obſcurum dederit. Quo in genere qui cęteris frequentius ſubtilius, & diligentius ſeſe exercuerit, ſuoque exemplo, ad vtiliſsimum ſtudiorum exercēdorum genus alios inflammauerit, hunc ceu candidatorum omnium digniſsimum eorundem Iuriſconſultorum ſuffragijs renuntiari.

Et quò ſtudioſa iuuentus pleniorem, atque vberiorem ciuium erga ſe benignitatem experiatur, illud quoq; placere, ineunte proximo anno eos promoueri, quos tunc temporis ipſi profeſſores ſua commendatione dignos iudicauerint. Datum Biturigibus Anno 1541. Et Reges Reginasque Franciæ eam inſtauraſſe & ornaſſe affirmat.

Si quæ inter ſtudioſos & ciues de locatione domorum, de pretio, contentiones orian-

tur, Conſeruator Regius, præſentibus aliquot Doctoribus, definit, teſte Rebuffo.

BVRDEGALENSIS. Hæc Gymnaſium Aquitanicum, per excellentiam, vocatur, quòd in nulla alia Aquitaniæ Academia omne artium genus publicè tradatur.

CADOMENSIS in Normandia, quam Henricus V. Angliæ Rex Anno Domini *1418.* erexit.

DOLANA in Burgundia, quæ vetus quidem eſt, ſed circa annum Domini *1484.* florere cœpit. Superioribus annis propter vicinos motus Gallicos Muſæ iterum perturbatæ, & magna ex parte dilapſæ fuerunt.

Carolus Molinæus ad profeſsionem publicam euocatus, lectione prima Dolana inquit: Dum vos inſpicio, & dignitas, & ſplendor, tam ornatiſsimi & reuerendi cœtus, in mentem reuocat, & velut in rem præſentem ob oculos ponit, ſplendorem illum regni, & gentis Burgundicæ, vt temporaria externa omittam, Burgundi vel in hoc præſtant Francis, & Gallis, quin etiam Germanis, quòd primi nō priuato motu, nec vnius Principis exemplo, vel iuſſu, vel communi conſilio, & totius gētis decreto, anteceſſores veſtri fidem & doctrinam Chriſtianam, reiecto idolorum & falſorum Deorum cultu, amplexi ſunt, vt Eccleſiaſtica antiqua hiſtoria, quam tripartitam vocāt, etiam à Græcis ſcripta, lib. *12.* ca. *4.* teſtatur, idque *65.* annis ante Francos. Franci certè Burgūdos nō ſolùm vt maiores & prio-

res

res in fide reuereri debent: ſed etiam quòd vnius Burgundiæ & regiæ fœminæ Clotildis doctrina & ſuaſu tādem per Dei gratiam publicè fidem ſuſceperunt, & profeſſi ſunt. Adeò illa patienter & conſtanter perſeuerauit, vt maritum ſuum Clodoueum, huius nominis primum Francorum regem, ab Idolis & Ethniciſmo auerterit. & ad fidem Chriſti tandem & baptiſmum adduxerit, Et vtinam vos etiam vereri, vobiſque olim gratias agere debeant, quod ex hac Academia, & vrbe Dolana, legalis ſapientiæ theſauros, quin conſuetudinum quoque ſuarum interpretationes hoc tempore accipiant, prout illa omnia propediem hic vobis, & per vos ad honorem & cōmodum totius Reip. Chriſtianæ effundere cupio.

LVGDVNENSIS. Hanc etiam circa annum Domini 830. præcipuè floruiſſe reperio, doctiſsimiſque profeſſoribus exornata eſt, Nicolao illo Leoniceno Philoſophia & vtraque literatura clariſsimo, Ioanne Gerſone, Iodoco Badio, Petro Toleto, & Bartholomæo Argenterio medicis, &c. Doctiſsimos quoque & optimos Epiſcopos habuit, qui eā egregiè promouerent. Etſi nunc ferè intercidit.

Lugduni in ædibus typographi cuiuſdam reperiri ait Chytręus in ſuo itinerario.

Nolueris tibi quæ fieri, fac talia nulli,
Mutua ne referant, quæ modò præſtiteris.

Alibi ſub tabula picta.

Miraris dorſo cancri conſiſtere mundum?
Deſine, ſic hodie vertitur orbis iter.

Fontis in caſtello Orieuieti.

Quod natura huic munimento inuiderat, hoc felix induſtria adiecit.

MONTISPESSVLANA.

MOntiſpeſſulana, quæ à quibuſdam anno 1196. exorta ſcribitur. Olim iuriſprudétiæ, nunc medicinæ ſtudijs frequentiſsima. Hic *V*rbanus PP. V. collegium inſtituiſſe prędicatur, quod *P*apæ dicitur. Henricus verò Gallorum Rex vniuerſam *A*cademiam egregiè promouit, & collegium Regium erexit. Rectoris tanta authoritas eſt, vt ſtudioſi quacunque etiam de cauſa egredientem comitari honoris gratia cogantur, quod ſe non ſine maximo ſtudiorum ſuorum, multarumq́ue horarum iactura, nimis frequẽter feciſſe queritur Rebuffus. Ac quorundam Rectorum inhumanitatem reprehendit, qui de ſtudijs parum ſoliciti, ambulando per plateas, eundo ad nuptias, ſępè etiam ad amicos, mortuorũq; ſepulturas, prælectiones interturbant. Verùm cùm anno Domini 1352. magnus ſtudioſorum concurſus fieret, quibus ciues nimis carè domos elocabant, à Carolo rege decretum eſt, vti parui ſigilli iudex de pretio æquo cognoſceret. Pulchrum eſt illud Caroli VIII. reſcriptum.

Carolus Francorum Rex ad perpetuam rei memoriam. In ſolio regiæ maieſtatis ſu-

premi regis clementia conſtituti, ad illorum, qui literarum ſtudijs iugiter inſudant, in quibus pretioſa reperitur aſsiduè quærentibus ſapientię margarita, ſtatum proſperũ, & quietum regia ſolicitudine vigilãtes, eorum profectibus libenter intendimus: & quæ ad dicti ſtudij augmentum tranquillitatemque fore conſpicimus oportuna, fauorabili concedimus liberalitate. Hinc eſt quòd nos dilectorũ noſtrorum Rectoris & Magiſtrorũ, Doctorũ, Licentiatorum, Baccalaureorum, & ſcholarium Vniuerſitatis villæ noſtræ Montiſpeſſulani in hac parte ſupplicationibus inclinati, attẽdentes inſuper, quòd ab ipſo famoſo ſtudio tanta exactis temporibus manauerint ſalutiferæ fluenta doctrinæ, vt quàm plurima eiuſdem membra inſignia Apoſtolicæ dignitatis gloria donati decoratique extiterunt, à quorum paterna prouidentia, & à claræ recordationis prædeceſſorum noſtrorum Franciæ Regum ampla munificentia ſupplicantes prędicti plurimis ſint priuilegijs, prærogatiuis, libertatibuſq; præmuniti. Conſiderantes etiam quòd theſaurus ſcientiæ pretioſiſsimus, per quem rationalis creatura à terrenorum deſideriorum illecebris abducitur, iuſtitia colitur, & Eccleſia militans fructiferis ſtipitibus ſpiritualiter & temporaliter illuſtratur, non niſi animi tranquilla quietudine, contemplationiſque dulcedine liberè adipiſcitur. Memoratorumque anteceſſorum, qui Regni huius florentiſsima ſtudia ſuis temporibus ampliſ-

pliſsimis proſecuti ſunt fauoribus, veſtigia imitari volentes. Habita etiam cum nonnullis magiſtratibus, & alijs de magno conſilio noſtro viris peritiſsimis deliberatione matura, prælibatis ſupplicantibus libertates, prærogatiuas, immunitates, exemptiones, priuilegia infra ſcripta dedimus & conceſsimus, ijſdemque in poſterum vti & gaudere regia volumus liberalitate. *Primò* quòd Rector, Doctores, Magiſtri, Licentiati, Baccalaurei, ordinariè & continuè legentes, alijque veri ſtudentes curſus & actus ſcholaſticos pro adeptione ſcientiæ & graduum exercentes, ab omnibus impoſitionib^9, gabellis, quarta aut octaua parte vini & aliorum fructuũ excretorum, tam in ſuis prædijs patrimonialibus, quàm alijs ratione beneficiorum Eccleſiaſticorum ſibi competentibus, ſimiliter etiam ab alijs perſonalibus vectigalibus, pedagijs, angarijs, & perangarijs ſint in perpetuum immunes & exempti. *Item* quòd dicti ſupplicantes poſſint & valeant debitores, iniuriatores, inquietatores, & moleſtatores ſuos in patria Occitana commorantes, necnon in diœceſibus Rhutenenſi & Vabrenenſi degentes, à loco prædicto Montiſpeſſulani per quinque dietas vulgares diſtantes, facere conueniri coram conſeruatoribus dicti ſtudij, in & ſuper iuſtitia & iure reſponſuros. *Item* quòd officiarij & curiales præfatæ villæ noſtræ Montiſpeſſulani minimè poſsint ſupplicantium domos aut habitationes intrare quouis colore, niſi

co

eo modo, quo priſcis temporibus vſi ſunt, iuxta tenorem trãſactionis olim erectę Item, quòd præfati ſupplicantes non poſsint extrahi & citari per quoſcunque iudices ordinarios, commiſſarios, vel extraordinarios pro quibuſcunque cauſis ciuilibus & criminalibus extra villam prædictam. Datum menſe Maio, anno Domini *1437*. regni noſtri *15*.

Vrbanus *V*. Pontifex R. liberales artes *Mõ*tiſpeſſulani didicit: & ingens collegium erexit in gratiam ſtudioſorum medicinæ, qui ex *Mimatenſi* diocæſi eſſent oriundi, & pro *12*. ſtudioſis medicinæ ſufficienter dotauit. teſte Papirio Maſſono lib. 6. de geſtis *Ro*. Pontificum in Vrbano V.

Cùm ergo tantis Pontificum, Regum, & Principum priuilegijs ornata eſſet, vehementer dolendum ſcribit Rebuffus, quòd magiſtratus vrbis hanc tantam felicitatem ſuam agnoſcere ſemper non potuerit. Nam quia in Reipublicę negotijs, & mandãdis magiſtratibus maiorem mercatorũ & ditiorũ laicorũ, quàm doctorũ hominũ rationẽ habuerant, ſic aliquando Rempublicam gubernâſſe ait, vt tam ipſam vrbem, quàm Academiam temerarijs ſuis conſilijs ferè euerterent. Egregium hic collegium eſſe DV VERGIER, quo probi aliquot adoleſcentes ad decem annos, ſi rectè officium faciant, in ſtudijs liberaliter alantur, etſi cum eo reliquis collegijs parum ferè conueniat; ſcriptum reliquit idem Rebuffus.

NAN-

NANTES, in ducatu Britonum.

NIMECENSIS, in Gallia Narbonenſi ſiue Delphinatu, erecta noſtra tempeſtate.

PICTAVIENSIS. Hanc Munſterus meritò alterum poſt Pariſienſem locum obtinere affirmat: quippè in qua omnium artium ſtudia frequentiſsimis auditorijs, à ſapientiſsimis viris accuratiſsimè tradantur, præſertim verò Iuriſprudentia. Rebuffus tamen in commentarijs ad Authenticam, Habita, C. ne filius pro patre, vehementer improbat, quòd ſtudioſis viliſsimi turpiſsimiq; homines graues ſępè iniurias inferre permittantur, contra ſaluberrimam hanc pijſsimi Imperatoris cõſtitutionem.

RHEMENSIS in Campania, vulgò Champaigne, noſtro ſeculo à Reuerendiſſimo illuſtriſsimoq; Principe Carolo Guiſio, Cardinale Lotharingo, Archiepiſcopo & Duce Rhemenſi, &c. inſtituta; qui nihil ſtudij & laboris prætermiſit, vt maius quotidiè incrementum caperet, quò faciliùs à viris doctis veræ religioni conſuleretur.

TOLOSANA, vetus & celebris Academia, quæ vt non ita diu poſt Pariſienſem orta eſt: ſic iiſdem ferè priuilegijs, quæ Pariſienſi collata fuerunt, ornata. Id enim Baldus ad l. omnia priuilegia, C. de Epiſcopis & Clericis. Iaſon ad l. 1. de legatis 1. Abbas in C. fin. extra. Ne Clerici vel Monachi, egregij iuriſconſulti, grauiſsimique auctores non obſcurè indicant. Hic iuriſconſulti tam diligẽter ſuas

præ-

prælectiones continuant, vt feſtis quoq; diebus,præter *Dominicos*,& qui *B*.Mariæ virgini,ſanctisque *A*poſtolis dicati ſunt, hunc profitendi morem, auctore *R*ebuffo, obſeruent. *A* feſto Catharinę vſq; ad quadrageſimam *A*utenticarum, *F*eudorũ, & tres poſteriores Codicis *I*uſtinianei libros interpretãtur: deinceps verò vſque ad feſtum S. *I*oannis *I*nſtitutiones Imperiales. Quas & ſtudioſos ita frequentare oportet, vt qui ſtudiorum ſuorũ teſtimonia requirunt, non annorum tantùm (vt nũc quibuſdam fit in locis) ſed ſingulorũ etiam menſium, atq, adeò dierum rationem reddere cogantur. Etſi tanta quorundã petulantia eſt, vt profeſſores prę ſtrepitu eorũ ſæpè difficulter docere poſsint, multoq; ſatius eſſet, ipſos emanere, quàm tot egregios adoleſcẽtes propter paucorũ inſolentiã ſaluberrimis pręceptis defraudari. Nam fiebat olim crebrò, vt ſi duo vel tres ploſione pedum, aut alia ratione ſtrepitum excitare vellent, profeſſor abire cogeretur. *Q*uod certè tãtò indignius ferendũ erat, quantò ingenui adoleſcẽtes ibi diligentius literarum ſtudijs ſemper incubuiſſe legũtur. Vt aliquando ſummo mane in ſcholã ventitarẽt, & nobiles quidam miniſtros ſuos mitterent, optima maximeq; oportuna loca occupaturi. Verùm cùm illi ſæpè per alios expellerentur, grauiſsimæque hinc controuerſiæ exiſterent, decretum eſt, quem quiſque locum primus vacuum occupâſſet, eum vti retineret, quemadmodum & contentiones de loco in proceſ-

ſionibus

ſionibus publicis, quę in corporis Chriſti reuerentiã, & ſancti Sebaſtiani honorẽ inſtituũtur, inter nationes exortæ magiſtratus armis ſæpè cõpreſſę leguntur. In promotionib⁹ autem conferendis hũc peculiarem morem ſuo tempore obſeruatum fuiſſe ſcribit Rebuffus, vt ſi quis in ordinarij profeſſoris locum aſſumeretur, & loco alterius publicè doceret, is ampliùs non examinaretur, qui verò præter hos, examen ſubire vellent, ordinarios ſuſpectos facilè repudiare poſſent, nulla tamen ſuſpicionis cauſa expreſſa, ſed edito iureiurando quòd haberent eos ſuſpectos, quòd nõ videretur diſcipulus ſine cauſa præceptorem ſuum recuſaturus.

Capella Tholoſana quæſtione 406. collegij *S. Ma*rtialis Tholoſæ meminit. Vbi Steph. Aufrerius annotauit: Tholoſæ vtrumque Ius Canonicum & ciuile doceri; neminemque ad matriculam aſſcribi, priuſquam ſoluat vnius anni integrum ſalarium. Frãciſcus Duarenus refert libro 1. annuarum diſputationum c. *22.* cùm Tholoſę Iuris profeſſoribus operam daret, vnus ex illis primi nominis, verboſiſsimè magno cum faſtu de vi publica & priuata diſſerendo vociferandoque integram horam tranſegerit. Interrogatus autem à *D*uareno: cur vim publicã Iuris auctores vocarint, quæ armis priuatam, quæ ſine armis infertur: primum obmutuerit, deinde cũ vrgeretur, hoc ſolùm reſponderit: Non omnium quæ à Maioribus cõſtituta ſunt, rationem reddi poſſe

Quo

Quo reſponſo ridiculum ſe prebuerit, vt arrogantibus accidere ſolet. Habet ea vrbs ad fines Aquitaniæ ſita ſtudium Iuris totius orbis celeberrimum: habet Parlamẽtum, in quo ſolùm Ius ciuile in vſu eſt, ideoque nulla appellatio eſt à ſentẽtijs determinatis in eorum Capella. Sic enim vocant ſuum Concilium. Adria. Ro. in Theat. vrb.

Vrbanus V. Pontifex Max. in ſtudio Tholoſano iura ciuilia per quadriẽnium audiuit: Papirius Maſſonus lib. 6. de geſtis Rom. Pontificum in Vrbano V.

CATVRCENSIS egregiè floruit, optimisq; priuilegijs ornata fuit, quando Rebuffus ibi profitebatur, & regebat. certosque magiſtratus eligebat; qui ea mordicus conſeruarent, & certum profitendi feriandique tempus atque ordinem retinerent. Hic Petrus Gregorius Tholoſanus Iuriſprudentiæ Profeſſor fuit.

MASSILIENSIS. Cornelius Tacitus in vita C. Iulij Agricolæ: Arcebat, inquit, eum ab illecebris peccantium, præter ipſius bonam integramque naturam, quòd ſtatim paruulus ſedem, ac magiſtram ſtudiorũ Maſſiliam habuerit, locum Græca comitate, & prouincialium parſimonia mixtum, beneq; cõpoſitũ, &c. Nam hæc vrbs olim Græcis Latinisque literis ſic abundabat, vt non Galli tantùm eam admirarentur, atque ad eius inſtituta & mores ſuam vitam libẽter componerent: verùm etiam Italia, teſte Rhodogino,

huc potius quàm in ipſam Græciam proficiſcerentur, quod Strabo & Alexander olim ſapientiſsimos quoque Romanos feciſſe affirmant. Quare Iulius Cæſar Maſsilienſis viros doctos appellat. & D. Hieron. in epiſtolam diui Pauli ad Galatas, trilingues vocat, quod Græcæ, Latinæ, & Gallicæ literaturæ peritiſsimi eſſent M. autem Cicero in oratione pro Flacco: neq; verò te Maſsilia, inquit, prętereo, quæ L. Flaccum militem quæſtoremque cognôſti. Cuius ego ciuitatis diſciplinam atque grauitatem non ſolùm Græciæ, ſed haud ſcio, an cunctis gentibus anteponendam iure dicã: quæ tam procul à Gręcorum omnium regionibus, diſciplinis, linguaque diuiſa, cùm in vltimis terris cincta Gallorum gentibus, barbarie fluctibus alluatur, ſic optimatum ſtudio gubernatur, vt omnes inſtituta eius laudare faciliùs poſsint; quàm æmulari, &c. Quare Romani eam ſemper mirificè honorauerunt. Iuſtinus enim hiſtoricus: Maſsilienſibus, inquit, immunitas decreta eſt, locus ſpectaculorum in Senatu datus, & fœdus æquo iure percuſſum, propter ſummã fidem in Romanos. Quod Cicero etiã octaua Philippica in M. Antonium his verbis perſcribit: Ego te cùm in Maſsilienſes tam ſis acerbus, Fuſi, non animo æquo audio, quouſque enim Maſsiliã oppugnabis? ne triumphus quidem finem fecit belli? per quem ſublata eſt vrbs ea, ſine qua nunquam ex Tranſalpinis gentibus maiores noſtri triumphârunt, quo quidem tempore

pore populus Romanus ingemuit. Quãquàm enim proprios dolores ſuarum rerum omnes habebant: tamen huius ciuitatis fideliſsimæ miſerias nemo erat ciuis, qui à ſe alienas arbitraretur. Cæſar ipſe, qui illis fuerat iratiſſimus, tamen propter ſingularem eius ciuitatis grauitatem & fidem quotidiè aliquid iracundiæ remittebat: te nulla ſua calamitate ciuitas ſaciare tam fidelis poteſt? Rurſùs me iã iraſci fortaſſe dices, ego autem ſine iracundia dico, vt omnia, non tamen ſine dolore, neminem illi ciuitati inimicum eſſe arbitror, qui amicus ſit huic ciuitati. Et Philippica decima tertia: Illud aduertite P.C. quàm ſit huic Reipublicæ natus hoſtis Antonius, qui tantoperè eam ciuitatem oderit, quam ſcit huic Reipublicæ ſemper fuiſſe amiciſsimam. Porrò quam ſapienter ſuam Rempublicam gubernârint, in conſilijſq́ue capiendis prudentiſsimi extiterint, vel vnicum illud ad Iulium Cæſarem reſponſum declarat. Cùm enim tẽpore belli ciuilis vterque Cæſar & Pompeius, pro ſe contra alterum armare eos varijs argumentis conaretur, illi prudentiſsimè reſpondebãt: intelligere ſe diuiſum eſſe populũ Romanũ in partes duas neq; ſui iudicij, neq; ſuarũ viriũ eſſe diſcernere, vtra pars iuſtiorẽ haberet cauſam, cumq; principes earum partiũ eſſe viderent, Cn. Pompeium & Cæſarem patronos ciuitatis, quorum vterque de ſe optimè meritus eſſet, iccirco paribus eorum beneficijs, parem ſe quoque voluntatem tribue-

re debere, & neutrum contra alterum iuuare, aut vrbe ac portibus recipere. Prioribus ergo annis cùm cæteris in rebus, tum verò populi Romani amicitia, eximia felicitate florebant: ſed victo Pompeio, cui magis fauiſſe quàm Cæſari videbantur, magnam ſuæ felicitatis iacturam fecêre, vt ſcribit Strabo lib. 4. vbi de eorum Theologia, legibus, & profeſsione, & ſtudijs ſic loquitur: Phocéſium ædificium eſt Maſsilia vrbs pulcherrimis circumcincta mœnibus, magnitudine eximia, in cuius arce Epheſium & Apollinis Delphici templum conditum eſt, quod quidem nomini Ionico omni commune eſt. Epheſium verò Epheſiæ Dianæ ædes ſacra. Nam cùm Phocenſes à natali ſolo diſcederēt, ſermo incidiſſe traditur, nauigationis principi & duci, vt ab Epheſia Diana nauigationis initium auſpicarentur. Porrò Ariſtarchę matronæ admodum honoratæ deam aſtitiſſe in ſomnis imperantem, vt accepto quodam à ſacris ſimulachro, vnà cum Phocēſibus nauigationem Ariſtarcha ſubiret. Eo autem confecto, vt primùm colonia curſum expleuit, & fanum ædificatum eſſe, & Ariſtarcham eximia veneratione habitā, templique ſacerdotem deſignatam, omnibusque ciuitatibus per colonias deductis & conditis, Dianæ Epheſiæ ſacra tradita, vt more patrio, ac græcanicis ritibus, ſicut in ipſa metropoli fiebat, immolarēt. Rem vrbanam Maſsilienſes per Ariſtocratiam & optimates regentes, omnes alios legum æquitate ſuperant. Concilium

cilium D C. ex viris inſtituentes, qui quoad vita ſuperſit, id honoris genus habent, quoſq; Timitos, ſiue honorificos appellant. XV. verò Senatus ſunt principes, & ex his III. ſunt præſides, quibus plurimũ poteſtatis tribuitur. Sed Timitorum nemo creatur, qui liberos non habet, néue de ciuium ſanguine tertiam per generationem ortus ſit. Eorum autem leges Ionico de more ſunt publicè propoſitæ. Hoc tempore primores vrbis ad eloquẽtiæ & philoſophiæ artes vertuntur, adeò vt cùm ciuitas ipſa paulò antè barbaris diſcendi refugio remitteretur, & Gallos Grȩcis familiares comparâſſet doctrina ingens Maſſiliæ, vt etiã cõtractus Græca oratione ſcriberentur. Hac ſanè tempeſtate nobiliſſimos Romanos pro Attica peregrinatione eò ad capeſcendas diſciplinas aduentare ſuaſit, qui bonarum artium cupiditate capiantur. Hos igitur Galli videntes ad tales viuendi ritus eorum otia pronis diſpoſuerunt animis, idque nõ modò per viros ſingulos, ſed etiam per communia cõmoda: nam & publicè & priuatim ſapientes ſuſcipiunt prȩceptores, mercede collata, vt de medicis mos eſt, &c. Valerius etiã Maximus: Maſſilieſes, inquit, ad hoc tẽpus vſurpãt diſciplinȩ grauitatem, priſci moris obſeruãtia, charitate pop. Rom. prȩcipue cõſpicui. Ea ciuitas ſeueritatis acerrima cuſtos nullã aditũ in ſcenã Mimis dãdo, quorum argumẽta maiore ex parte ſtuprorum continent actus, ne talis ſpectandi conſuetudo etiam imitandi licentiam ſumat.
 Omni-

Omnibus qui per aliquam religionis ſimulationem aliméta inertiæ quærunt, clauſas portas habent, & mendacem & fucoſam ſuperſtitionem ſubmouendã eſſe exiſtimant. Mortuos verò, ait, ſepeliri ſine lamentatione, ſine planctu, ſine luctu, ſed domeſtico ſacrificio, neceſſariorũ cóuiuio. Cicuta quoq; téperatũ venenũ publicè cuſtodiri, quod daretur ei qui docuiſſet ſibi expedire, vt ex hac vita diſcederet. Dicit quoque à condita vrbe ibi gladium eſſe quo noxij iugulentur, rubigine quidem exeſum, & vix ſufficientem miniſterio, indicis tamen loco retineri, quòd & antiquæ conſuetudinis monimenta retinenda ſint, & vetus atque ſalutaris mos ſit noxios puniendi, ne quis vt recenté & à præſenti magiſtratu repertum cauillaretur. Intrare oppidum nulli cum telo licebat, ſed præſto erat, qui id cuſtodiæ gratia acceptũ exituro redderet. Haud ergò temerè Beat⁹ Hieronymus epiſtola quadam ad Ruſticum, Galliam ſtudijs florentiſſimam appellat: & aduerſus Vigilantium viris fortiſsimis & eloquentiſsimis ſemper abundâſſe ſcribit. Claudius Ezpenceus tria Francorum lilia, religionis, ſapientiæ, & armorum ſtudium deſignare affirmat. Vt vehementer dolendum ſit, quod florentiſsima olim Gallia ſuperioribus annis, tam miſerè fuerit perturbata, vt & vera religio, & ſapientiæ ſtudia, & publica honeſtas ferè intercideret, etſi nunc reſpirare & refloreſcere incipiat.

ACA-

ACADEMIARVM LIBER VII. DE ACADEMIIS HISPANIARVM.

HISPANIA.

IVlius Solinus variæ Hiſtoriæ celeberrimus ſcriptor, Hiſpania, inquit, terrarum plaga comparāda optimis, nulli poſthabenda frugum copia: ſiue ſoli vbertatem, ſiue vinearum prouentus reſpicere, ſiue arboreos velis omni materia affluit, quæcunque aut pretio ambitioſa eſt, aut vſu neceſſaria. Argentum vel aurum ſi requiras habet: ferrarijs nunquam deficit, nec cedit vitibus, vincit olea. Diuidua eſt prouincijs tribus. Secundo bello Punico noſtra facta eſt. Nihil in ea ſterile, nihil otioſum. Quicquid cuiuſque modi negat meſſem, viget pabulis, etiam quę arida ſunt & ſterilia rudentem materiam nauticis ſubminiſtrant. Non coquunt ibi ſales, ſed effodiunt, &c. In commentarijs Iulij Cæſaris docetur, quod Hiſpania ſit ſaluberrima regio, & tantæ fertilitatis, vt difficilē habeat oppugnationem. Strabo etiam eruditus & celebris author, etſi eam Hiſpaniæ partem, quæ ad Aquilonem vergit, difficulter quibuſdam in locis, ſuo quidem tempore, habitari ſcribit, tamen reliquam Hiſpaniam, præſertim Auſtralem, eximiè felicem eſſe aſſeuerat. Imò à metallis, argento, & auro in ſacris literis Hiſpania prædicatur. Ipſeque Rex

Agrippa in hiſtoria ſacra Ioſephi potentiſsimam ditiſsimamque Prouinciam eſſe Hiſpaniam ait, cuius in agro aurum naſcatur. Latinus, Pacatus, Drepanius, Gallus: *Iam profectò conſtabit, eum Principem declaratum, qui & ab omnibus legi debuerit, & ex omnibus. Nã primùm tibi mater Hiſpania eſt, terris omnibus terra felicior. Cui excolendæ atque adeò ditandæ impenſius, quàm cæteris gentibus ſupremus ille rerum fabricator indulſit, quæ nec auſtrinis obnoxa æſtibus, nec arctois ſubiecta frigoribus, media fouetur axis vtriuſque temperie, quæ hinc Pyreneis montibus, illinc Oceani æſtibus, inde Thyrreni maris littoribus coronata, naturæ ſolertis ingenio, velut alter orbis includitur. Adde tot egregias ciuitates, adde culta incultaque omnia, vel fructibus plena, vel gregibus, adde auriferorum opes fluminum, adde radiantium metalla gemmarum. Scio fabulas poetarum auribus mulciendis repertas, aliqua nonnullis gentibus attribuiſſe miracula, quæ num ſint vera ſingula, nec iam excutio veritatem. Sint (vt ſcribitur) Gargara prouentu lęta tritici, Menauia memoretur armento, Campania cenſeatur monte Gaurano, Lydia prædicetur amne Pactolo: dum Hiſpaniæ vni quicquid laudatur aſſurgat. Hæc duriſsimos milites, hæc expertiſsimos Duces, hæc facundiſsimos oratores, hæc clariſsimos vates parit. Hæc Iudicum mater, hæc principum eſt: hæc Traianũ illum, hæc deinceps Adrianũ miſit Imperio:*

huic

huic te debet Imperium. Cedat his terris terra Cretenſis, parui Iouis gloriata cunabulis, & geminis Delos reptata numinibus, & alumno Hercule nobiles Thebæ. Fidem conſtare neſcimus auditis, Deum dedit Hiſpania, quem vidimus. Quod certè præclarum de Hiſpania viri Galli teſtimonium eſt. Similiter ſcriptores Germani de ea loquuntur & ſentiunt. Nauclerus enim celebris hiſtoricus: *Hiſpaniarum*, inquit, regnum, *Iſidoro* teſte, à *Iubal* ortum habuit: is namq; ex Armenia egreſſus, primus Hiſpaniarum regnum obtinuit, vbi & ſedem conſtituit. Hæc primò à Tubal, *Iaphet* filio, Iberiæ nomen accepit, regio Europana à Pyreneis montibus, & per columnas *Herculis* circumiens, vſque ad *Borealem* Oceanum protenditur. Terra ferax frumenti, vini, olei, auri, gemmarum atque metallorum omnium, & homines gignit bellicoſiſsimos.

Sebaſtianus Munſterus: Suppeditat, inquit, *Hiſpania* in multis locis abundè ea, quibus homo opus habet, vt ſunt frumentum, vinum, fructus, oleum, pecora, linum, ferrum, metalla, mel, cera, &c. Non coquunt ſal, ſed effodiunt è terra. Non fatigatur terra tot ventis vt Gallia, nec inficitur aer peſtiferis paludibus & nebulis. *Aurum*, argentum, & ferrum bonum & probatum, nullibi in tanta copia, vt in Hiſpania eſt inuentum: non enim effoditur ſolum aurum, ſed & flumina, præſertim Tagus, cùm intumeſcũt ex plu-

uia producunt auream arenam. Vnde antiqui ſcriptores teſtatum reliquerunt, eam auri, argenti, cupri, ſtanni, plumbi, ferri, omniumq́; metallorum fodinis abundare, nec non argẽti viui, & ſalis vberrimam eſſe. Inuenta ſunt olim in Hiſpania fragmenta auri depurati, magnitudine dimidiæ libræ, vnde quidam dixerunt, infernum non eſſe ſub terra illa, ſed Plutonem. Pecorum quoq; magna copia, nedum domeſticorum, verumetiam ſylueſtriũ, præſertim autem ſemper commendata equorum pernicitate, quos à vento conceptos putabant. Sunt quoque diuerſis in locis calidi & frigidi fontes, ad diuerſos morbos curandos efficaciam mirabilem habentes. Nocentibuſque animalibus non abundat, præterquam cuniculis, qui terram perfodiunt, & terræ naſcentium radices lædunt, &c. Quòd verò quædam in *Hiſpanijs* loca inculta ſint, duplici ferè de cauſa fieri ex Damiano probat. Primò quidem propter fertilitatem ac omnium rerum abundantiam, vt plebei homines ferè ex fructibus ſylueſtribus, melle, & herbis laute viuere poſsint, & ad agriculturam non magnopere cogantur: deinde verò, quod armorum magis vſu, & rebus bellicis afficiantur, quàm aratro, & ſtudio excolendæ terræ. Tam enim ſemper bellorum amantes fuiſſe Hiſpani leguntur, vt bellum quàm otium mallent, externuſque hoſtis cum deeſſet, inter ſe decertarent, fœminis rei familiaris & agrorum cura relicta. Quare L. Florus bellatricem, armis viriſque

riſque nobilem Hiſpaniam vocat: quæ ante à Romanis obſeſſa fuerit, quam ſeipſam cognoſceret; & ſola omnium prouinciarum vires ſuas poſtquam victa erat, intellexerit. Vndè & noſtra ætate ſub glorioſiſsimo Carolo V. Romanorum Imperatore Auguſto, eiuſque potentiſsimo filio Philippo rege Catholico, magnam à bellica fortitudine gloriam adepti, præter alias prouincias, nouum occiduum orbem imperio ſuo adiecerunt. Laborum, famis & ſitis tolerantiſsimi, in ſtratagematibus cauti, corpore veloces, vt hoſtem facilè & ſequãtur & fugiant, ac propter frugalitatem ad res dextrè peragendas, literarumque ſtudia aptiſſimi, Herculem cum Muſis veterum Romanorum exemplo egregiè coniungentes. Cùm ergo & ditiſsima, & potentiſsima, & fertiliſsima Hiſpania ſit, amœniſsimo ſaluberrimoq́; cœlo prædita, eius quoque Philoſophi acerrimo ac perſpicaci ingenio propter naturam, & egregia ſapientia, propter ſtudium atque induſtriam præſtare creduntur: maximiſq́; Hiſpaniam ingenijs ſemper abundaſſe hiſtorici produnt. Quantũ enim Seneca, Fabius Quintilianus, Iuſtinus hiſtoricus, Paulus Oroſius, Pomponius Mela, Auerrois, Auicenna, Columella, Higinius, Sedulius, Raimundus Lullus, Raſis, Fulgentius, Sanctus Laurentius, Vincẽtius, Dominicus, Iſidorus, Viues, &c. rem literariam & religionem promouerint, nemo eſt qui ignoret. Antonius ergo Panormitanus libro quarto de geſtis Alphonſi regis: Aliud, inquit,

quit, aliæ Prouinciæ, Romæ Italiæque ſuppeditant, ſola Hiſpania Imperatores & Reges dare ſolita eſt, Traianum, Adrianum, Theodoſium, Archadium, Honorium, Theodoſiumque alterum, poſtremò Alphonſum virtutum omnium viuam imaginem, qui cum ſuperioribus his nullo laudationis genere inferior extet, tum maximè religione, id eſt, vera illa ſapientia, qua potiſsimum à brutis diſtinguimur, longè ſuperior & celebrior eſt. Aeneas quoque Syluius: Hiſpania, inquit, terra optimis comparanda, nõ Imperatores tantùm, atque Reges Romæ Italiæque dare ſolita eſt: ſed Cardinales etiam, ac Pontifices maximos, quorum vita emẽdatiſsima, & doctrina admirabilis fuit. Blondus etiam plurimos ex Hiſpanijs prodijſſe affirmat Pontifices, Imperatores, Reges, & Cardinales, & Principes, qui non bonas literas tantùm & veram religionem conſeruarent ac propugnarent: ſed ipſum quoque Romanum imperium priſtino ſplendori & gloriæ reſtituerent. Ionas *Li. de cultu imaginum.* Aurelianenſis Epiſcopus, qui tempore Caroli Calui Gallorũ regis floruit, affirmat, inuictos & diſertiſsimos Apoſtolicæ & Catholicæ fidei defenſores produxiſſe: etſi multos quoque *In Panegyrico ad Philippum I.* hæreticos dediſſe dolet. Præterea Eraſmus Hiſpaniam vocat fatalem fidei noſtræ murum, & Chriſtianę religionis vnicum propugnaculum, opibuſque, amœnitate, & viris, vix vlli terrarum cedere, nec vllum hoc tempore

pore regnũ ſolẽ aſpicere vel latius parens, vel florentius.

Literas verò & religionem primus poſt diluuium in hãc prouinciam intuliſſe creditur Tubal, Noachi ex Iapeto filio nepos. Huc pertinet quod Strabo ſcriptũ reliquit, eos Hiſpaniæ populos, qui Beticam ſiue Turditaniam incolunt, reliquos ſapientia excellere, memorandǽque vetuſtatis volumina habere, poemata quoque & leges verſibus conſcriptas, à ſex annorum millibus: idq́ue ipſos ex ſuis annalibus referre. Vnde Annius affirmat, philoſophiam, & literas in Hiſpania fuiſſe ſeptingentos ferè annos antequàm in Græciam peruenirent: & Saguntum antiquiſsimam Hiſpaniæ vrbem à Sagis, ſiue Ianigenis authoribus denominatam ſcribit, plurimaq́ue in Hiſpanijs vetuſtiſsima monimenta reperiri, vndè id apertè colligitur. Diuus quoque Hieronymus partim in Geneſin, partim in Ezechielem Prophetam, à Tubal, filio Iapeti, Iberos ſiue Hiſpanos ortos refert. Porrò Iubelda tertius Hiſpanorum Rex, Iberi filius, hæc omnia quę Tubal introduxerat, egregiè promouit, vt vel ex ipſo nomine colligit Annius: Iubelda, inquit, conuertitur in Latinum, magus deificæ voluptatis, id eſt, Theologus, Philoſophusq́ue: quia primus Theologiam & ſacra auxit, & in delicijs poſuit apud Hiſpanos, tenuitq́ue montem circa Beticam, &c.

Deinde ab Iberis Aſiaticis ita occupatam ſcribunt Hiſpaniam, vt ab ijs Iberia denominata

nata fuerit. A Celtis Celtiberia, ab Hiſpalo Hiſpania, à Luſo Luſitania nuncupata.

Nouendecim exteras Nationes referunt, à quibus ante Rom. Imperium detenta & afflicta fuerit Hiſpania. Romani per annos 250. varijs prælijs conciderunt. Vnde Horatius lib. 3. Ode 8.

Seruit Hiſpaniæ vetus hoſtis oræ.

Cùm per annos mille quingentos tot in illam Nationes erupiſſent. Sub M. Antonio Rom. Imperatore iterū eam vaſtarunt Mauri. Germani quoque Gallieno Imperante diripuerunt.

Tandem Imperante Conſtantino ab anno 312. vſque ad 414. magna in tranquillitate ſteterunt.

Veteres ergo Hiſpani, in tranquillo otio vt plurimū philoſophabātur, & ſub præſtātiſſimo eruditione ac probitate magiſtratu, de natura deorū, ratione naturę, & virtutibꝰ eruditi homines ſtatis diebꝰ publicè diſſerebant, vt fœminæ etiā & mulieres intereſſent. Verùm poſtquā Phœnices, cæteriq; Aſię & Græciæ populi optimorum metallorum gratia frequentes in Hiſpaniam nauigabant, ideoq; Aſiatica & Græcanica ſcelera irruebant: propter metalli admirationem & curam, liberales artes vt coli deſitæ, ita ferè extinctæ ſunt, quia literis perpaucis continebantur, ſed auditione magna ex parte tradebantur. Hoc etiam iudicare videtur Gellius, quando Græcos Antonium, Iulianum rhetorem inſectatos eſſe

eſſe ait, tanquam barbarum & agreſtem quòd ex Hiſpania ortus eſſet. Sed quanquam pace à Romanis parta, reuiuiſcere bonæ artes cœperant: tamen Gothorum & Agarenorum, Saracenorumq; tyrannide funditus iterum perierunt, vt tenuis admodum priſcorum temporum notitia Græcis Latinisve literis conſignata ſupereſſet. Antonius enim Panormitanus author eſt, quòd Alphonſus Rex Hiſpanos ſummo labore ad ſtudia literarum reuocârit, à quibus quingentos iam ferè annos ſic abhorruerant, vt qui literis operam darēt, propemodum ignominia notarentur. Cumq; audiret quendam Hiſpaniæ Regem dixiſſe: Non decere Principem ſcire literas, reſpōdit: Eam bouis non hominis vocem eſſe. Panor. lib. 1. cap. 6. Viues ad Auguſt. de Ciuitate Dei F. Dominici Baues hac de re teſtimonium in Academia Salmātica referetur. *Pulcherrimas* quidem ſcholas extruxit, & omnium literarū atque artium doctiſsimos profeſſores ex vniuerſo Chriſtiano orbe magnis ſtipendijs euocauit, pauperioremque iuuentutem liberaliter inſtitui curauit, & plurimos Romam atque Lutetiam, vt abſoluti Philoſophi & perfecti oratores euaderēt, mittebat. Poſtremò vt ipſum quoque vulgus erudiretur, Senecæ & aliorum philoſophorum libros, in Hiſpanicum ſermonem transfundi curauit. Singularis verò eorum patronus, qui ſacræ Theologiæ operam darent, quorum & prælectionibus ipſe crebro intererat. Leges autem à maio-

maioribus ſuis in Hiſpanijs latas, cùm variæ admodũ & confuſæ eſſent, in certum ordinẽ redegit, atq; ſeptẽ integris libris quàm commodiſsimè digeſsit, vt ſcribit Volaterranus. Didacus Couarruuias practicarum quæſtionum cap. 8. refert, iuſſu Alphonſi Regis doctiſsimos viros leges regni congregaſſe, & opere ſeptem partito degeſsiſſe. Verã Chriſtianam philoſophiam ab ipſis Apoſtolis didicerunt. Quõd enim diuus Iacobus eam in Hiſpania tradiderit, notius eſt quàm probare oporteat. De beato Paulo Epiphanius hæreſi 27. Dorotheus in Synopſi, Simeon Metaphraſtes, D. Hieronymus in caput 3. epiſtolæ ad Epheſios teſtãtur: & ipſe Paulus capite 15. epiſtolæ ad Romanos, in Hiſpaniam ſe profecturum affirmat. Quòd Apoſtoli Româ in Hiſpaniam miſerint Torquatum, Iſefontem, Cecilium, Eufraſium, &c. Beda & Vſuardus in Martyrologio probant. Quòd ſanctus Petrus Apoſtolus Epiſcopos in Hiſpanias mittere præceperit, qui eos Chriſtianam religionem docerent, ſcribit Clemens epiſtola 1. ad Iacobum fratrem Domini. Quare diuus Hieronymus, partim ad Lucinũ Beticum, partim quoque ad Theodoram de Lucinij Epitaphio Hiſpanicarum Eccleſiarum honorificam mentionem facit. Sicut earundem authoritate nititur Epiphanius contra Gnoſticos. Tertullianus contra Iudæos ſcribens, in omnibus Hiſpaniarum terminis, ſuo tempore, ait Chriſtum fuiſſe annuntiatum. Quæ religio

Chriſtiana religio in Hiſpan. tradita ab ipſis Apoſtolis.

ligio vbi egregiè conſtitiſſet, Gothi *Arriana* eam hæreſi miſerè corruperunt, deinde Agareni & Saraceni labefactatam prorſus oppreſsiſſent, niſi Carolus *Magnus*, & optimi potentiſſimique Hiſpanorum reges, eius patrocinium defenſionemque ſuſcepiſſent: qui expulſis indè tam hæreticis quàm paganis, multiſque Iudæorum millibus, per Dei gratiam ſic eam reſtituerunt.

Academiarum verò Hiſpaniæ etſi accuratam perfectamque deſcriptionem habere non potui, quòd & tenuis priſcorum temporum notitia ſuperſit, vt Nauclerus etiam & Viues conqueruntur, & recentiorum ſcripta pauca ad nos perueniant; tamen & ditiſsimas hoc tẽpore, & florentiſsimas eſſe, doctiſsimorum in omni artium genere hominum libri, qui ſuperioribus annis in lucem prodierunt, apertè demonſtrant.

Pater Antonius Poſſeuinus lib. 1. bibliothecæ ſelectæ cap. 1. Salmantica, inquit, Complutum, Valleolotum, Granata, *Hiſpalis*, Corduba, Valentia, Ebora, Conimbrica Hiſpaniarũ illuſtres habent *Academias*. *Cumque* eruditiſsimis hominibus ac liberalibus ſtudijs affluant, ſtabiliſsimum fidei ac diſciplinarum non ſolùm ijs regnis, verùm etiam diſiunctiſſimis ab orbe Chriſtiano prouincijs lumen accenderunt.

De ſingulis ordine *Alphabetico* aliquid ſaltem attingemus. *Salmanticenſis* alioqui præcipua & florentiſsima eſt.

CAESARAVGVSTANA IN REGNO *Arragoniæ.*

CONIMBRICENSIS.

Conimbricenſis in Luſitania, à Ioanne III. rege Luſitaniæ extructa. De qua Iacobus Payua Andradius ad Sebaſtianum Regem ſic loquitur: Conimbricẽſis & loci natura amœniſsima, & omni literarum genere clariſsima Academia eſt: in qua ipſe ab ineunte ætate literarum ſtudijs incubui.

Adrianus Ro. in theatro vrbium, à Ioanne III. Rege Portugalliæ XV. & Catharina vxore, ſorore Caroli fundatam putat.

Martinum Nauarrum hîc Ius Canonicum docuiſſe, refert Didacus Couarruuias in epitome decretalium. Conimbricæ mos eſt, vt in anniuerſario Academiæ dedicationis die oratio habeatur, in laudem authoris ſeu Inſtitutoris. Quod dicendi munus impoſitum fuit L. Andreæ Reſendio Eborenſi, anno LI. 4. calend. Iulij.

Qui in præſentia Epiſcopi Conimbricenſis, & Lamecenſis Electi ait: Cùm ex maiorum inſtituto ſolẽne vobis ſit, anno vertẽte ad Regis noſtri Optimi Maximi, huius Academiæ conditoris ac parentis, laudes audiendas conuenire, aggrediar rem, eoq; confidẽtius, quòd adiendum alacriores vos eſſe animaduerto. A Diuo Emanuele, Diuaque illa Maria procreatus, Diuus Ioannes III. Rex, videns Luſitanos diſciplinarum ſtudijs, ab Italis, Germanis,

nis, Gallis, Hiſpanis ſuperari; nouam hanc academiam conſtituit, & conquiſitos vndique viros excellenti eruditione præſtantes, magnis propoſitis prę mijs & honoribus conuocauit. Elegit autem hanc vrbem, in qua ſedes & domicilium ſapientiæ collocaret. Siue quia ea eſt in media Luſitania, ſiue quia loco ſita ac cælo minimè calamitoſo, grauioris aeris offẽſione peradmodum rarò eſt obnoxia, ſiue quòd eam vrbem voluerit honorare, quæ ab initio rerum Luſitanarum caput gentis, & regum ſedes ferebatur. Et ſanè videtur diuinitus eſſe factum, vt ex qua vrbe olim quaſi ab incunabulis regni armatæ legiones egrediebantur, quæ debellatis Maurorum tyrannis Imperium in vniuerſam paulatim Luſitaniam propagauerunt, ex eadem nunc armatæ aliter exeant legiones, quæ omnem barbariem profligent, atque exterminẽt. Igitur Conimbrica nunc nouam induit faciem, nouam figuram, renataque ſenectutem exuit, aucta ciuibus, cumulata populo, totius Luſitaniæ iuuentutis flore frequentata, ſuperbiſsimis ædificiorum molibus decorata. Quare valete poſthac ſplendidiſsima Italiæ gymnaſia, valete inſignes Pariſij, vale nobilis ac docta Salmantica, & illæ priſcæ, totoque olim orbe celebres Athenæ valete, valete externi omnes. Satis diu ſumus in veſtris vrbibus peregrinati. In ſinum gremiumque patriæ, optimi Principis beneficio, recipimur.

COMPLVTENSIS.

COmplutenſis in regno Caſtellæ, à Franciſco Ximene Archiepiſco Toletano extructa, anno 1517. Quæ celebritatem nominis, auctore Eraſmo, auſpicata eſt, à complectendo linguas & bonas artes. Qui etiam ad Franciſcum Vergaram Grecarum literarum ibi profeſſorem. Gratulor, inquit, Compluto, quòd duorum Præſulum Franciſci & Alphonſi felicibus auſpicijs ſic effloreſcit omni genere ſtudiorum, vt iure optimo, παμπλουτον appelletur.

Ignatius Loiola, Societatis Ieſu auctor, Cõpluti Logica, Phyſica, & Theologica ſtudia deguſtauit. Maffeius in vita ipſius l. 1. ca. 17. Ioannes à Medina multum hic nominis à ſacræ Theologiæ profeſsione conquiſiuit. Didacus Couarruuias epitomes decretalium, part. 2. cap. 8. §. vlt.

COMPOSTELLANA in regno Galliciæ, licet obſcura.

EBORENSIS in Luſitania. Nuper quoque ab Henrico Cardinale Luſitanię, eiuſdemq́ue ciuitatis pręſule conſtructa. De qua idem Iacobus Payua. Quòd ſi Academiarum, inquit, gloria magis literarum & virtutum ſplendore, quàm antiquitate conſtat, hæc certè paulò antè conſtituta, cum antiquiſsimis & toto orbe celeberrimis iure certare poterit: ſatis enim illa præ ſe fert ſpecimẽ integritatis, prudentiæ, pietatis, fidei, & religionis, quibus mi-

rum

rum in modum excellit Hénricus Princeps clariſsimus, qui illam egregiè fundatam, mirificè auctam, omnibus neceſſarijs rebus munitam, nobis & poſteritati exædificauit.

L. Andreas Reſendius Eborenſis de antiquitatibus Eboræ, cùm de illius vrbis, patriæ ſuæ, nomine, & laudibus egiſſet: Chriſti, ait, fidem prima, vel inter primas Hiſpaniæ vrbes amplexa eſt. B. enim Mantius vnus è 70. Chriſti diſcipulis, ab Apoſtolis in Hiſpaniam, Euangelij gratia, miſſus appulit Eboram, & de verbo Dei, fideque Chriſtiana conciones frequenter habuit. Cumque gentem docilem ſua natura reperiſſet, magnos hîc laboris fructus retulit. Primus igitur vrbis iſtius Epiſcopus & Apoſtolus extitit, donec Validij præfecti ſententia Martyrij coronam eſt conſecutus. In cuius honorem poſtea Comes Iulianus, eiuſq; coniux Iulia, auguſtum templum extruxit. Conſtantino magno Imperat. Chriſtiano Eborenſium Epiſcopus Quintianus erat. Qui conſilio Ilibertino interfuit: cùm adhuc Imperij Romani maieſtas in Hiſpanijs vigeret. Sub Arabum imperio miſera Eboræ conditio fuit, vſque ad Alphonſum Henriquez Regem primum. Quo tempore è ſeruitute, qua annos amplius 400. vrbs oppreſſa iacuerat, in libertatem vindicata, Chriſti fidem religionemque recepit.

Eadem ferè repetijt Iacobus Mœnetius Vaſconcellus Iuriſperitus Luſitanus, in commentario de Eborenſi Municipio, vbi his

verſibus originem & laudes complectitur:
Salue magna parens frugum, fœcunda virorum,
Salue altrix, nobis vrbs ô gratiſsima ſalue,
Cæſaribus dilecta pijs, adamataq; magnis
Regibus, antiqui retinens monimenta decoris.
Maximus ille ducum, Romanæ gloria gentis,
Iulius à Phrygio deducens nomen Iulo,
Cùm quateret terras armis, cùm ſidera fama
Compleret, ſolusq; orbis tractaret habenas:
Te titulis, ciuesq; tuos decorauit opimis
Muneribus, largaq; manu largitus honores
Eximios, Latij tribuit tibi iura vetuſti.
Cæſaris hinc tibi creuit amor, cui marmora quondã
In medio manſére foro, teſtantia laudes,
Egregiumq; viri decus, à quo Iulia dici
Gaudes, occiduas inter memorabilis vrbes.

Henricus autẽ, inquit, qui Sebaſtiano ſucceſsit in regno, cùm Eborenſi Eccleſiæ præeſſet, Collegium inſigne patribus Societatis Ieſu, vnà cum magnificentiſsimo templo extruxit, vbi celebrem inſtituit Academiam, in qua humaniores literæ, philoſophia, ac Sacræ Theologiæ ſtudia cum pia morum diſciplina maximè florent, vnde non tantùm huic vrbi, ſed etiam cæteris vicinis oppidis, & vniuerſæ Luſitaniæ ingens vtilitas ornamentumque acceſsit.

Antonius Poſſeuinus: Lectionem, inquit, de caſibus conſcientiæ vtiliſsimè curauit inſtitui Henricus Cardinalis & Archiepiſcopus Eborenſis, qui poſtea Rex Luſitaniæ fuit.

GAN-

GANDIANA.

GAndiana in Regno Valentino quam Gandianus Dux erexit, vt ibi præcipuè Patres de Societate Ieſu (ad quam ſeipſum quoque contulerat) philoſopharentur: & in iuuentute omnibus quidem liberalibus diſciplinis inſtituenda operam darent; ſacras autem literas ſumma cum diligentia traderent.

GRANATENSIS.

GRanatenſis in regno Granato ſiue Bœtico. Eſt autem ea vrbs Metropolis Regni, & tempore Ferdinandi Regis, qui eam è manibus Maurorum recuperauit, Cancellariæ ſedes fuit. Adeò hæc vrbs à Mauris deſideratur, ſicut terra ſancta à Chriſtianis. Imò ipſi Mauri ob eius amiſsionem ſingulis diebus Veneris vexilla ſua abſcondunt. Adr. Ro. in Theatro vrbium.

HISPALENSIS vetus Vniuerſitas, quæ doctiſsimos & præſtantiſsimos viros produxit. Syluester enim PP. II. hîc eruditus eſt, vt Nauclerus, Volaterranus, & Platina teſtantur. Auicenna etiam Medicus, & Philoſophus, & Leander, qui ſua eruditione & induſtria Hermigildum & Richardum Gothorum reges, ab Arriana hęreſi ad religionem catholicam reduxit. Doctiſsimus quoque Iſidorus Hiſpalenſis, &c. hîc floruerunt. De bibliotheca Hiſpalenſi ad Pręcicatores meminit Io. Sixtus lib. 2. Bibliothecæ Sanctæ.

Hiſpalim hodie ad tantum negotiationis culmen perueniſſe ait Adrianus Romanus in theatro Vrbium, vt omnes naues in Indiam abituræ hîc inſtruantur, & ex India huc redire cogantur: vnde opes immenſæ, & omnium rerum abundantia ibi nunc ſuppetit. Inſignẽ Hiſpalenſis Eccleſiæ turrim, quam Mauri tãto ſumptu & arte extruxerunt, ob venuſtatem & artem, inter inſigniores ſtructuras Europæ numerant.

Cochleam intus habet, per quam eques ad quadraturæ ſummitatem cõmodè aſcendere poſsit.

Superiorem ędificij & campanarum ornatum poſtmodum Chriſtiani, eiectis Mauris, addiderunt.

In cuius circumferentia ſcriptum eſt: Turris fortiſsima nomen Domini: Prouerb. 18.

In ſupremo turris apice eſt fidei ſtatua ærea, magnitudine hominem referens, verſatilis & ventorum index.

ILERIDENSIS in regno Arragoniæ, celebris illa quidem & vetuſtiſsima, quam Horatius Flaccus intelligere creditur hoc verſu:

Aut fugies Vticam, aut vnctus mitteris Ilerdam.

Hîc Calixtus Pp. III. vtriuſque iuris Doctor creatus eſt, & publicè iuriſprudentiã docuit, teſte Platina. Et S. Vincentius ſacræ Theologiæ magiſterium recepit. Petrus Roirius Lituanicarum deciſionum ſcriptor, Ilerdæ Iuriſprudentiæ operam dedit: vt deciſione tertia fatetur.

Maio-

MAIORICANA ſiue Lulliana, eò quòd ibi Lulli doctrina peculiariter tradatur, in vrbe Metropoli inſulæ ſiue regni Maiorici.

ONNEDENSIS, ſiue, vt alij vocant, Onnatenſis in Cantabria, quam erexit Abulenſis Epiſcopus, non ante multos annos.

OSCANA in regno Arragoniæ miræ vetuſtatis: hanc enim, referente Plutarcho, Sertorius antè CHRISTI aduentum excitauit, vt Arragoniæ iuuentutem bonis literis ibi excoleret.

OSSVNENSIS in regno Granatenſi, erecta noſtra ætate à Comite de Vrenna.

Oſunenſem Academiam anno 1549. à Ioanne Telter Girone extructam, aſtruit Adrianus Ro. in theatro vrbium, eamque inſignẽ eſſe dicit: in qua omnes ferè ſcientiæ docẽtur, cuius Ius penes Academiæ Rectorem eſt: & in meditullio oppidi è regione Academiæ fõs habetur vberioris aquæ.

SALMANTICENSIS in regno Caſtellæ. De cuius inſtitutione etſi parum certi ſcriptum exiſtere affirmat Cardinalis Sabarellus, Clementina prima de magiſtris; alij tamen anno Domini *1404*. erectam aſſerunt, quam celeberrimam & florentiſsimam eſſe, varijſque Pontificum & regum optimis priuilegijs ornatam reperio. Nam & inter præcipuas vniuerſi terrarum orbis Academias numeratur, quibus ex Concilij Viennenſis, & Clementis Papæ V. decreto, non artes ſolùm,

verùm etiam Hebraica, Chaldaica, & Arabica lingua doceri mandatur. Et Ioannes Goropius ſcholarum magnificentia longè omnibus in Europa Gymnaſiis eam præſtare affirmat. Quare Adrianus VI. nobiles quoſdã Hiſpanos adoleſcentes, quàm optimos, quàm ornatiſsimos, quàm doctiſsimos redditurus, ad Salmanticenſem Academiam ſtudiorum gratia mittebat: ibi enim omne artium genus, Pontificium Cæſareumque ius à præſtantiſsimis viris docebatur. Vnde & Ignatius Loyola, primus ſocietatis Ieſu fundator, literarum fũdamẽta hîc potiſsimum ieciſſe reperitur. Clariſsimus ille Didacus Couarruuias in hac celeberrima Academia ius Canonicum ſeſe profeſſum eſſe ait libro primo variarũ reſolutionum, capite vndecimo, idque anno Domini 1543. Et anno 1546. vt libro ſecundo variarum reſolutionum, capite decimo quinto fatetur. Fratrem verò ſuum Antonium Couarruuiam in collegio Saluatoris vtrunque Ius profeſſũ eſſe ſcribit in præfatione libri de numiſmatibus: ſe verò decem continuis annis publico ibi ſtipendio ordinarium profeſſorem fuiſſe, refert in prooemio libri Reſolutionum. Et prooe. ad cap. Poſſeſſor de reg. Iur. in 6. & Epitomes Decret. part. 2. cap. 8. §. 4. Martinum quoque Nauarrum celeberrimũ Theologum & Iuriſperitum audiuit. Epito. part. 1. cap. 1. Et Franciſci à Victoria præſtantiſsimi ſacræ Theologiæ in Academia Salmanticenſi profeſſoris meminit, lib. 4. Reſolut. cap. 6.

Hanc

Hanc Dominicus à Soto libr. 1. de iuſtitia & iure, ſuam Academiam vocat.

Vt verò huius Academiæ alumni diligenter ſuum officiũ facere, bonisque literis grauiter incumbere cogerentur, anno Domini *1492.* ſtatutum eſt, vti nemo eius, ampliſsimis alioqui, priuilegijs gaudere poſſet, qui non vnum ſaltem ſtudiorum curſum, duas minimum quotidiè prælectiones audiendo, abſoluiſſet, & tũc matriculæ Vniuerſitatis aſſcriptus, re magis quàm nomine ſtuderet. Circa annum verò *1479.* Petrus quidam Oxonienſis, hæretica quædam dogmata (ſacræ enim hîc Theologiæ profeſſor erat) introducere conabatur: ſed in concilio Complutenſi conuictus, ea publicè reuocauit.

Qui XX. hîc publicè docuit illuſtris habetur, & per ſubſtitutum legere poteſt. Ia. Benius priuilegio 13. Iuriſperitorum. Licentiatus huius Salmantinæ Academiæ præfertur Doctoribus aliarum Academiarum, Benius præfat. part. *3.* de priuileg. Iuriſp.

De huius Academiæ origine, & natura ſic ſcribit F. Dominicus Baues Theologus Hiſpa. ad *D.* Thomæ, *2.3.* quæſt. 1. art. 7. Erat tũc magna ignorantia in Doctoribus Hiſpaniæ. Nouimus etiam ex narratione patrum, in ſchola Salmantina, imò in tota Hiſpania abhinc annos ſexaginta minus peritos fuiſſe Scholaſticos Theologos, donec glorioſæ memoriæ F. Frãciſcus de Victoria, qui fuit noſtri Ordinis inſignis Magiſter, ſcholaſticam doctrinam vi-

ua

CAESARAVGVSTANA IN REGNO *Arragoniæ.*

CONIMBRICENSIS.

CONimbricenſis in Luſitania, à Ioanne III. rege Luſitaniæ extructa. De qua Iacobus Payua Andradius ad Sebaſtianum Regem ſic loquitur: Conimbricẽſis & loci natura amœniſsima, & omni literarum genere clariſsima Academia eſt: in qua ipſe ab ineunte ætate literarum ſtudijs incubui.

Adrianus Ro. in theatro vrbium, à Ioanne III. Rege Portugalliæ XV. & Catharina vxore, ſorore Caroli fundatam putat.

Martinum Nauarrum hic Ius Canonicum docuiſſe, refert Didacus Couarruuias in epitome decretalium. Conimbricæ mos eſt, vt in anniuerſario Academiæ dedicationis die oratio habeatur, in laudem authoris ſeu Inſtitutoris. Quod dicendi munus impoſitum fuit L. Andreæ Reſendio Eborenſi, anno LI. 4. calend. Iulij.

Qui in præſentia Epiſcopi Conimbricenſis, & Lamecenſis Electi ait: Cùm ex maiorum inſtituto ſolẽne vobis ſit, anno vertẽte ad Regis noſtri Optimi Maximi, huius Academiæ conditoris ac parentis, laudes audiendas conuenire, aggrediar rem, eoq; confidẽtius, quòd adiendum alacriores vos eſſe animaduerto. A Diuo Emanuele, Diuaque illa Maria procreatus, Diuus Ioannes III. Rex, videns Luſitanos diſciplinarum ſtudijs, ab Italis, Germanis,

nis, Gallis, Hiſpanis ſuperari; nouam hanc academiam conſtituit, & conquiſitos vndique viros excellenti eruditione præſtantes, magnis propoſitis pręmijs & honoribus conuocauit. Elegit autem hanc vrbem, in qua ſedes & domicilium ſapientiæ collocaret. Siue quia ea eſt in media Luſitania, ſiue quia loco ſita ac cælo minimè calamitoſo, grauioris aeris offēſione peradmodum rarò eſt obnoxia, ſiue quòd eam vrbem voluerit honorare, quæ ab initio rerum Luſitanarum caput gentis, & regum ſedes ferebatur. Et ſanè videtur diuinitus eſſe factum, vt ex qua vrbe olim quaſi ab incunabulis regni armatæ legiones egrediebantur, quæ debellatis Maurorum tyrannis Imperium in vniuerſam paulatim Luſitaniam propagauerunt, ex eadem nunc armatæ aliter exeant legiones, quæ omnem barbariem profligent, atque exterminēt. Igitur Conimbrica nunc nouam induit faciem, nouam figuram, renataque ſenectutem exuit, aucta ciuibus, cumulata populo, totius Luſitaniæ iuuentutis flore frequentata, ſuperbiſsimis ædificiorum molibus decorata. Quare valete poſthac ſplendidiſsima Italiæ gymnaſia, valete inſignes Pariſij, vale nobilis ac docta Salmantica, & illæ priſcæ, totoque olim orbe celebres Athenæ valete, valete externi omnes. Satis diu ſumus in veſtris vrbibus peregrinati. In ſinum gremiumque patriæ, optimi Principis beneficio, recipimur.

COMPLVTENSIS.

COmplutenſis in regno Caſtellæ, à Franciſco *Ximene* Archiepiſco Toletano extructa, anno *1517*. Quæ celebritatem nominis, auctore *Eraſmo*, auſpicata eſt, à complectendo linguas & bonas artes. Qui etiam ad Franciſcum Vergaram *Grecarum* literarum ibi profeſſorem. Gratulor, inquit, Compluto, quòd duorum Præſulum Franciſci & Alphonſi felicibus auſpicijs ſic effloreſcit omni genere ſtudiorum, vt iure optimo, πανο:πλ8τον appelletur.

Ignatius *Loiola*, Societatis Ieſu auctor, Cõpluti Logica, Phyſica, & *Theologica* ſtudia deguſtauit. Maffeius in vita ipſius l. *1*. ca. *17*. Ioannes à *Medina* multum hic nominis à ſacræ Theologiæ profeſsione conquiſiuit. Didacus Couarruuias epitomes decretalium, part. 2. cap. *8*. §. vlt.

COMPOSTELLANA in regno Galliciæ, licet obſcura.

EBORENSIS in Luſitania. Nuper quoque ab Henrico *Cardinale* Luſitaniæ, eiuſdemque ciuitatis præſule conſtructa. De qua idem Iacobus *Payua*. *Quòd* ſi *Academiarum*, inquit, gloria magis literarum & virtutum ſplendore, quàm antiquitate conſtat, hæc certè paulò antè conſtituta, cum antiquiſsimis & toto orbe celeberrimis iure certare poterit: ſatis enim illa præ ſe fert ſpecimẽ integritatis, prudentiæ, pietatis, fidei, & religionis, quibus mi-

rum

rum in modum excellit Héricus Princeps clariſsimus, qui illam egregiè fundatam, mirificè auctam, omnibus neceſſarijs rebus munitam, nobis & poſteritati exædificauit.

L. Andreas Reſendius Eborenſis de antiquitatibus Eboræ, cùm de illius vrbis, patriæ ſuæ, nomine, & laudibus egiſſet: Chriſti, ait, fidem prima, vel inter primas Hiſpaniæ vrbes amplexa eſt. B. enim Mantius vnus è 70. Chriſti diſcipulis, ab Apoſtolis in Hiſpaniam, Euangelij gratia, miſſus appulit Eboram, & de verbo Dei, fideque Chriſtiana conciones frequenter habuit. Cumque gentem docilem ſua natura reperiſſet, magnos hîc laboris fructus retulit. Primus igitur vrbis iſtius Epiſcopus & Apoſtolus extitit, donec Validij præfecti ſententia Martyrij coronam eſt conſecutus. In cuius honorem poſtea Comes Iulianus, eiuſq; coniux Iulia, auguſtum templum extruxit. Conſtantino magno Imperat. Chriſtiano Eborenſium Epiſcopus Quintianus erat. Qui conſilio Ilibertino interfuit: cùm adhuc Imperij Romani maieſtas in Hiſpanijs vigeret. Sub Arabum imperio miſera Eboræ conditio fuit, vſque ad Alphonſum Henriquez Regem primum. Quo tempore è ſeruitute, qua annos amplius 400. vrbs oppreſſa iacuerat, in libertatem vindicata, Chriſti fidem religionemque recepit.

Eadem ferè repetijt Iacobus Mœnetius Vaſconcellus Iuriſperitus Luſitanus, in commentario de Eborenſi Municipio, vbi his

 verſi-

verſibus originem & laudes complectitur:

Salue magna parens frugum, fœcunda virorum,
Salue altrix, nobis vrbs ô gratiſsima ſalue,
Cæſaribus dilecta pijs, adamataq́; magnis
Regibus, antiqui retinens monimenta decoris.
Maximus ille ducum, Romanæ gloria gentis,
Iulius à Phrygio deducens nomen Iulo,
Cùm quateret terras armis, cùm ſidera fama
Compleret, ſolusq́; orbis tractaret habenas:
Te titulis, ciuesq; tuos decorauit opimis
Muneribus, largaq́; manu largitus honores
Eximios, Latij tribuit tibi iura vetuſti.
Cæſaris hinc tibi creuit amor, cui marmora quondā
In medio manſêre foro, teſtantia laudes,
Egregiumq́; viri decus, à quo Iulia dici
Gaudes, occiduas inter memorabilis vrbes.

Henricus autē, inquit, qui Sebaſtiano ſucceſsit in regno, cùm Eborenſi Eccleſiæ præeſſet, Collegium inſigne patribus Societatis Ieſu, vnà cum magnificentiſsimo templo extruxit, vbi celebrem inſtituit Academiam, in qua humaniores literæ, philoſophia, ac Sacræ Theologiæ ſtudia cum pia morum diſciplina maximè florent, vnde non tantùm huic vrbi, ſed etiam cæteris vicinis oppidis, & vniuerſæ Luſitaniæ ingens vtilitas ornamentumque acceſsit.

Antonius Poſſeuinus: Lectionem, inquit, de caſibus conſcientiæ vtiliſsimè curauit inſtitui Henricus Cardinalis & Archiepiſcopus Eborenſis, qui poſtea Rex Luſitaniæ fuit.

GAN-

GANDIANA.

GAndiana in Regno Valentino quam Gandianus Dux erexit, vt ibi præcipuè Patres de Societate Ieſu (ad quam ſeipſum quoque contulerat) philoſopharentur: & in iuuentute omnibus quidem liberalibus diſciplinis inſtituenda operam darent; ſacras autem literas ſumma cum diligentia traderent.

GRANATENSIS.

GRanatenſis in regno Granato ſiue Bœtico. Eſt autem ea vrbs Metropolis Regni, & tempore Ferdinandi Regis, qui eam è manibus Maurorum recuperauit, Cancellariæ ſedes fuit. Adeò hæc vrbs à Mauris deſideratur, ſicut terra ſancta à Chriſtianis. Imò ipſi Mauri ob eius amiſsionem ſingulis diebus Veneris vexilla ſua abſcondunt. Adr. Ro. in Theatro vrbium.

HISPALENSIS vetus Vniuerſitas, quæ doctiſsimos & præſtantiſsimos viros produxit. Sylueſter enim PP. II. hîc eruditus eſt, vt Nauclerus, Volaterranus, & Platina teſtantur. Auicenna etiam Medicus, & Philoſophus, & Leander, qui ſua eruditione & induſtria Hermigildum & Richardum Gothorum reges, ab Arriana hęreſi ad religionem catholicam reduxit. Doctiſsimus quoque Iſidorus Hiſpalenſis, &c. hîc floruerunt. De bibliotheca Hiſpalenſi ad Prędicatores meminit Io. Sixtus lib. 2. Bibliothecæ Sanctæ.

Hiſpalim hodie ad tantum negotiationis culmen perueniſſe ait Adrianus Romanus in theatro Vrbium, vt omnes naues in Indiam abituræ hîc inſtruantur, & ex India huc redire cogantur: vnde opes immenſæ, & omnium rerum abundantia ibi nunc ſuppetit. Inſignẽ Hiſpalenſis Eccleſiæ turrim, quam Mauri tãto ſumptu & arte extruxerunt, ob venuſtatem & artem, inter inſigniores ſtructuras Europæ numerant.

Cochleam intus habet, per quam eques ad quadraturæ ſummitatem cõmodè aſcendere poſsit.

Superiorem ędificij & campanarum ornatum poſtmodum Chriſtiani, eiectis Mauris, addiderunt.

In cuius circumferentia ſcriptum eſt: Turris fortiſsima nomen Domini: Prouerb. 18.

In ſupremo turris apice eſt fidei ſtatua ærea, magnitudine hominem referens, verſatilis & ventorum index.

ILERIDENSIS in regno Artagoniæ, celebris illa quidem & vetuſtiſsima, quam Horatius Flaccus intelligere creditur hoc verſu: *Aut fugies Vticam, aut vnctus mitteris Ilerdam.*

Hîc Calixtus Pp. III. vtriuſque iuris Doctor creatus eſt, & publicè iuriſprudentiã docuit, teſte Platina. Et S. Vincentius ſacræ Theologiæ magiſterium recepit. Petrus Roirius Lituanicarum deciſionum ſcriptor, Ilerdæ Iuriſprudentiæ operam dedit: vt deciſione tertia fatetur.

Maio.

MAIORICANA ſiue Lulliana, eò quòd ibi Lulli doctrina peculiariter tradatur, in vrbe Metropoli inſulæ ſiue regni Maiorici.

ONNEDENSIS, ſiue, vt alij vocant, Onnatenſis in Cantabria, quam erexit Abulenſis Epiſcopus, non ante multos annos.

OSCANA in regno Arragoniæ miræ vetuſtatis: hanc enim, referente Plutarcho, Sertorius antè CHRISTI aduentum excitauit, vt Arragoniæ iuuentutem bonis literis ibi excoleret.

OSSVNENSIS in regno Granatenſi, erecta noſtra ætate à Comite de Vrenna.

Oſunenſem Academiam anno 1549. à Ioanne Telter Girone extructam, aſtruit Adrianus Ro. in theatro vrbium, eamque inſignẽ eſſe dicit: in qua omnes ferè ſcientiæ docẽtur, cuius Ius penes Academiæ Rectorem eſt: & in meditullio oppidi è regione Academiæ fõs habetur vberioris aquæ.

SALMANTICENSIS in regno Caſtellæ. De cuius inſtitutione etſi parum certi ſcriptum exiſtere affirmat Cardinalis Sabarellus, Clementina prima de magiſtris; alij tamen anno Domini 1404. erectam aſſerunt, quam celeberrimam & florentiſſimam eſſe, varijſque Pontificum & regum optimis priuilegijs ornatam reperio. Nam & inter precipuas vniuerſi terrarum orbis Academias numeratur, quibus ex Concilij Viennenſis, & Clementis Papæ V. decreto, non artes ſolùm, 1365

verùm etiam Hebraica, Chaldaica, & Arabica lingua doceri mandatur. Et Ioannes Goropius ſcholarum magnificentia longè omnibus in Europa Gymnaſiis eam præſtare affirmat. Quare Adrianus VI. nobiles quoſdã Hiſpanos adoleſcentes, quàm optimos, quàm ornatiſsimos, quàm doctiſsimos redditurus, ad Salmanticenſem Academiam ſtudiorum gratia mittebat: ibi enim omne artium genus, Pontificium Cæſareumque ius à præſtantiſsimis viris docebatur. Vnde & Ignatius Loyola, primus ſocietatis Ieſu fundator, literarum fũdamẽta hîc potiſsimum ieciſſe reperitur. Clariſsimus ille Didacus Couarruuias in hac celeberrima Academia ius Canonicum ſeſe profeſſum eſſe ait libro primo variarũ reſolutionum, capite vndecimo, idque anno Domini 1543. Et anno 1546. vt libro ſecundo variarum reſolutionum, capite decimo quinto fatetur. Fratrem verò ſuum Antonium Couarruuiam in collegio Saluatoris vtrunque Ius profeſſũ eſſe ſcribit in præfatione libri de numiſmatibus: ſe verò decem continuis annis publico ibi ſtipendio ordinarium profeſſorem fuiſſe, refert in procemio libri Reſolutionum. Et proœ. ad cap. Poſſeſſor de reg. Iur. in 6. & Epitomes Decret. part. 2. cap. 8. §. 4. Martinum quoque Nauarrum celeberrimũ Theologum & Iuriſperitum audiuit. Epito. part. 1. cap. 1. Et Franciſci à Victoria præſtantiſsimi ſacræ Theologiæ in Academia Salmanticenſi profeſſoris meminit, lib. 4. Reſolut. cap. 6.

Hanc

Hanc Dominicus à Soto libr. *1.* de iuſtitia & iure, ſuam Academiam vocat.

Vt verò huius Academiæ alumni diligenter ſuum officiū facere, boniſque literis grauiter incumbere cogerentur, anno Domini *1492.* ſtatutum eſt, vti nemo eius, ampliſsimis alioqui, priuilegijs gaudere poſſet, qui non vnum ſaltem ſtudiorum curſum, duas minimum quotidiè prelectiones audiendo, abſoluiſſet, & tūc matriculæ Vniuerſitatis aſſcriptus, re magis quàm nomine ſtuderet. Circa annum verò *1479.* Petrus quidam Oxonienſis, hæretica quædam dogmata (ſacræ enim hîc Theologiæ profeſſor erat) introducere conabatur: ſed in concilio Complutenſi conuictus, ea publicè reuocauit.

Qui XX. hîc publicè docuit illuſtris habetur, & per ſubſtitutum legere poteſt. Ia. Benius priuilegio 13. Iuriſperitorum. Licentiatus huius Salmantinæ Academiæ præfertur Doctoribus aliarum Academiarum, Benius præfat. part. *3.* de priuileg. Iuriſp.

De huius Academiæ origine, & natura ſic ſcribit F. Dominicus Baues Theologus Hiſpa. ad *D.* Thomę, *2.3.* quęſt. *1.* art. 7. Erat tūc magna ignorantia in *D*octoribus *H*iſpaniæ. Nouimus etiam ex narratione patrum, in ſchola Salmantina, imò in tota Hiſpania abhinc annos ſexaginta minus peritos fuiſſe *S*cholaſticos Theologos, donec glorioſæ memoriæ F. Frāciſcus de *V*ictoria, qui fuit noſtri Ordinis inſignis Magiſter, ſcholaſticam doctrinam vi-

ua

ua voce velut alter Socrates ſuis lectionibus, in cathedra Sacræ Theologiæ huius Salmanticenſis Academiæ primaria in methodum perſpicuam, & eruditione plenam ad intelligentiam D. Tho. reduxit, atque illuſtrauit. Hac ego occaſione quantum bene merita ſit noſtra Prædicatorum familia de hac inſigni Salmanticenſi Vniuerſitate, paucis in medium proferre ſtatui. Abhinc annos ferè cẽtum ſeptuaginta nondũ erant Salmanticæ Sacræ Theologiæ gymnaſia dedicata. Quamuis enim ſub Rege Alphonſo huius nominis nono anno Domini *1234.* hanc ſacram Vniuerſitatem initium habuiſſe notum ſit: tamen vſque ad annũ Domini *1416.* in publicis ſcholis nondum erant pro ſacræ Theologiæ præceptoribus ſtipendia publica deſignata, donec ſummus Põtifex Benedictus huius nominis XIII. primus inſtituit Theologię Cathedras. Et inſuper iuſſit, vt præter vigintiquinque Cathedras, quas hodierno die in hac Vniuerſitate de proprietate appellamus, eſſent aliæ duę, altera quæ D. Tho. diceretur, & in conuentu S. Stephani huius ciuitatis Salmanticenſis per fratres Prędicatores legeretur, altera verò Scoti legenda per fratres Minores in conuentu S. Franciſci. Deinceps verò anno Domini *1433.* ędes publicæ, quæ maiores ſcholæ vocantur, ædificatæ ſunt atque perfectæ. Tunc autem conſtat, Cathedras primariam & veſpertinam rexiſſe Magiſtros Dominicanæ familiæ, F. Aluarum, & F. Lupum, quorum nomina hodierno die

in

in porticu ipſarum ædium, quę reſpicit Eccleſiam maiorem, in qua porticu Capella D. Hieronymo dicata eſſe ſolebat, in ſummitate parietum ſcripta ſunt. Ab eo igitur tempore, vſque in hodiernum diem fratres S. Stephani Salmanticenſis primariam quidem Cathedrã continua ſucceſsione obtinuerunt, veſpertinam verò rariſsimè per alios Doctores gubernatam fuiſſe conſtat. Sacræ verò Bibliæ lectio aliquotiens etiam noſtræ familiæ magiſtris in ſolenni Cathedra commendata eſt. Vnus tantùm inuenitur, primariam cathedram Theologiæ, non ex noſtra familia, obtinuiſſe, dictus Petrus Oxonienſis, Pariſienſis Doctor, anno Domini 1479. Sed huius infelicis Doctoris ſcripta, ſimul cum ipſa cathedra in medijs ſcholis, igni combuſta ſunt ex mãdato Archiepiſcopi Toletani Domini Aloſnſi Carrillo, iudicis Apoſtolici. Continebat enim eius doctrina propoſitiones erroneas, & hæreticas circa clauium poteſtatem, vt definitum eſt in concilio quodam Complutenſi per eundem Archiepiſcopum Apoſtolica auctoritate congregato. Hæc omnia in huius almæ Vniuerſitatis annalibus ſcripta reperiuntur. Cæterùm viri doctiſsimi, qui noſtra ætate non ſine huius Vniuerſitatis fructu, ac totius regni Hiſpaniæ & Eccleſiæ Dei vtilitate floruerũnt, in Cathedra Primaria ab anno Domini 1526. hi ſunt. Frater Franciſcus à Victoria, qui Scholaſticæ Theologiæ quaſi reparator fuit. Huic ſucceſsit F. Melchior Cano eius diſcipulus,

meus-

meusque præceptor, qui librum de *Locis* Theologicis edidit, non minus eleganti ſtylo ornatũ, quàm eruditione copioſum. Illi ſucceſsit celeberrimus Magiſter F. Dominicus à Soto, qui ante per 16. annos veſpertinã Theologiæ cathedram rexerat, quemque Carolus V. Imp. ad concilium Tridentinum miſit, & vt ſibi à Cõfeſsionibus eſſet elegit, & anno *1560.* mortuus eſt.

Antonius Poſſeuinus libri primi bibliothecæ ſelectæ, capite octauo: Et multis, inquit, Illuſtribus Hiſpaniæ *A*cademijs, expedit, vt hîc aliqua exprimatur. è cuius legibus, atque tanquam *I*dea, habeant reliquæ cadentes *A*cademię, vnde iuuari poſsint, aut Principes quas inſtituere debeant: & hæc cauſa eſt, cur eo libentius Salmanticenſem hoc tempore *A*cademiam deſcribẽdam exiſtimaui, quod neque Middendorpius, qui de Academijs librum conſcripſit, nec alij, quod ſciam, liquidò de ſtatu & ordine ipſius egerint.

SALMANTICENSIS ACADEMIAE, œconomia, leges, mores, ſtudia.

SALMANTICA Regni Caſtellæ in Hiſpania ciuitas eſt, in qua *A*lfonſus Octauus Caſtellæ *R*ex Academiam inſtituit, imitatus Regem Legionis, qui alteram Palẽtiæ excitauerat. Salmanticenſis igitur cùm primò minus eſſet lõcuples, redditibus deinceps eſt aucta, clero Chathedralis Eccleſiæ conſentiente, qui ei tertiam ſuorum redditũum partem attribuit. *H*æc igitur à Martino V. confirmata eſt, &

eſt,& varijs priuilegijs,ac legibus in Reip.formã redacta, cui etiã ipſius Cathedralis Scholaſticum præfecit, delata ei ampliſsima auctoritate,qua ſtudioſos Ciuilibus,& Criminalibus pœnis poſſet coercere,ſeruata prouocatione cauſarum Sedi Apoſtolicæ, vel ſuis adminiſtris,qui futuri eſſent in Hiſpania.

Rectorem (qui eligi ſolet è præcipua Academiæ nobilitate)cum octo conſiliarijs ex octo Hiſpaniæ Regnis adlegit, quorum eſſet ſuffragium ad profeſſores cõſtituendos.Eius, & conſiliariorum, magiſtratus annum non excedit.

Qui eliguntur die S.Martino ſacra, in memoriam Martini V.à quo ſtabilita eſt Academia;ijſdem autem ſuffragijs Rectorem & Cõſiliarios ſequentis anni deligunt.

Scholaſtici dignitas,cùm proxima ſit poſt Epiſcopum,hanc inſuper alteram de Academia adminiſtranda obtinet. Quare niſi tanto ob affectam interdum valetudinem,ac caducã ætatem,oneri ferendo fuerit aptus,alibi ad gerẽdum Epiſcopatum Pontifici Max.proponitur,atque in eius locum viribus validior ſufficitur.

Redditus ipſi Academiæ ſunt annui triginta millium aureorum,qui æquis diuiſi partibus, altera profeſſoribus, quos proprietatis Cathedrarios vocant, ſatisfaciunt: altera ijs, qui in quadriennium conducuntur: reliquũ in neceſſaria ædificia,& opera pia impẽditur, inter quæ Noſodochium eſt, in quo pauperes

omnes

omnes ſcholarum ſtudioſi, cùm morbo tentati ſunt, curantur egregiè. Summa ter mille aureorum quotannis ei Noſodochio attributa eſt.

Cathedratici, qui proprietatis dicuntur, numerantur viginti, tres Theologici, quorum vnus manè, alter veſpere Theologiam, tertius Biblia, ſiue Teſtamentum vetus & nouum, idque finita prima lectione matutina, prælegunt. Canonici Iuris ſex ſunt Profeſſores, duo manè totidem veſperi, à quibus omnibus exponuntur Decretales, è quibus proprij aſsignantur tituli: reliquæ lectiones ſunt duæ altera Decreti, quæ fit abſoluta matutina lectione: altera eſt ex ſexto, quæ horam exponitur ante veſpertinam. Ciuilis Iuriſprudentiæ lectionis ſunt quatuor, duæ quæ mane, totidem quę veſperi: propria Infortiatum, albeſcente die: aliæ veſpere Digeſtum nouum interpretantur. Medicinæ item tres ſunt Cathedræ, quę proprietatis dicuntur: eaq; iiſdẽ horis, quibus Theologia ſolet, declaratur. Reliqui profeſſores artibus liberalibus ſunt addicti. Lectiones cùm dico proprietatis, eas intelligo, quæ (vt aiunt) dantur ad vitam: quas quàm primum hora aliquis inchoat, iam alijs præeminet; huncque Hiſpanicè vocant Iubilatum. At vbi vigeſimum in eo munere annũ expleuerit, eodem ſtipendio (immunis iam à legendo) fruitur, quamdiu vixerit: tum verò in eius locum ſufficitur alius, cui ex alijs Academiæ redditibus penſio creatur annua.

Qui

Qui in quadriennium conducuntur, tres ſunt Theologi, quorum vnus S. Thomam, alter Scotum, tertius Durandum. Iuris autem Canonici quatuor, quorum vnus Clementinas, alter Extra vagantes, duo reliqui Decretales interpretantur. Ciuilis Iuriſprudentiæ ſex, quorum alter Digeſtum vetus, alter Volumen, duo Codicem, totidem inſtitutiones Iuſtiniani explanant. Medicinam tres alij profitentur. Hebrææ, Chaldææ, Arabicæ, Græcæ linguis ſuus cuique eſt profeſſor. Ac præter hos omnes, artium liberalium ſeptem ſunt profeſſores. Grammaticæ, Rhetoricæ, Mathematicæ, Muſicæ, Logicæ, Philoſophiæ naturalis, & moralis, atque item alter, qui ſecundo Grammaticam docet; ac præter hos plurimi Grammatici inueniuntur, qui Grammaticam priuatim docent. Cùm autem ſæpe viri excellenti doctrina ad eam Academiam appellant, qui quidem Cathedris proprietatis addici nequeunt, quo vſque eædem Cathedræ morte profeſſorum vacent, his certam penſionem, qua honeſtè poſsint ſuſtentari clauſtrũ attribuit. Clauſtrum vocatur Rector & octo conſiliarij vnà cum omnibus Cathedraticis proprietatis, qui omnes Senatum efficiunt, ad quem vniuerſa Academiæ adminiſtratio pertinet.

Rectoris eſt, vt curet integram horam à cathedraticis prælegi: quorum ſingulos ſingulis tribus menſibus inuiſit, hique ni præſtent quod debent, multantur. Cathedratici pro-

prietatis neceſſe eſt, vt Doctoratus inſignia Salmãticæ acceperint. Cum Cathedræ vacant, tam proprietatis, quam quæ in quartum vſque annum conferendæ ſunt, edicto proponuntur, quod edictum integrum menſem hęret Cathedris ipſis affixum. At minoribus Cathedris cum vacant, triduo tantũ, quo expleto Rector ſortito aliquid promit, quod ad eam facultatem attinet, vt qui prior acceſsit, is id publicè exponat. Adſunt autem omnes eiuſdem facultatis diſcipuli: poſtridie verò, ac ſequentibus diebus idem fit cum aliis: tum denique, diſcipulis omnibus ſecreto ſuffragia ferentibus, is eligitur Cathedraticus, cui plura obtigerint.

Cum diſcipulis ad altiores diſciplinas tráſeundum eſt, primò an idonei ſint, à primario humaniorum literarum profeſſore examinantur. Si idoneos inuenerit, accepto chirographo ad ea ſtudia admittuntur.

Qui Iuri canonico dant operam, priore biennio duas quotidie mane, aut veſpere audiant lectiones neceſſe eſt. Decretalium alteram, Decreti alteram, tertio anno Clementinarum, quarto Sexti, quinto Extrauagantium. Qui Iuri ciuili ſtudent, primo anno inſtitutiones Iuſtiniani; at ſecundo & tertio Codicem, quarto & quinto pandectas mane aut veſpere audiunt. quo quinquennio abſoluto, promotio ad Baccalaurei gradum petitur, qui quidẽ àquocumque eiuſdem facultatis Doctore conferri poteſt.

Præ-

Præter has prælectiones ordinarias, complures aliæ audiri ſolent ab ijſdem ſtudioſis. Ac qui Canonico Iuri dant operam, vacant etiam primis annis Inſtitutionibus Iuſtiniani, alijs verò Digeſto, ac Codici, quin etiam Theologi Hebrææ ac Græcæ linguæ profeſſores audiunt.

Baccalaureatum aſſecuti, vel domum, vel in ſolitudinem aliquam recipiunt ſeſe, vbi cum triennium repetendis lectionibus impéderint; Salmanticam redeunt, Licentiati nomine inſigniendi. Quod vt fiat, publica repetitio ab ijs habenda eſt. Nam à Scholaſtico, ſiue Magiſtro ſcholæ, qui procancellarij munere fungitur, lex aliqua, vel caput ſorte exemptum proponitur, de quo repetitionem habeat ſecreto. Adſunt Magiſter ſcholæ, ac publici profeſſores, è quibus vbi quatuor, qui iuniores ſint, cum Licétiandis diſputauerint, hi per ſecreta ſuffragia vel admittuntur vel reijciuntur.

Qui Theologiæ, aut Medicinæ ſtudijs ſeſe daturi ſunt, vbi ab humaniorum literarum profeſſore, quem diximus fidem accepere, primo anno Summulas, ſecũdo Logicam, tertio Philoſophiam naturalem & moralem, ac deinceps Metaphyſica audiunt; denique facti Baccalaurei ad eas diſciplinas ſe conferunt.

Ac Theologi quidem primo biẽnio Theologiæ lectiones matutinam & veſpertinam: ſequente autem biennio diuinam ſcripturam

audiunt;quo quadriennio abſoluto Baccalaurei fiunt.

Qui Medicinæ ſtudent, huic quadrienniũ operam minimum nauant. At hi in Baccalaureatu ſuſcipiendo examinantur, quemadmodum de ijs fit, qui Iuri Canonico ſtudent; cũ ad Licentiatus (quem vocant) gradum euehuntur. In Medicis autem id citius fit, quòd Baccalaureatum aſſecuti, iam ægrotos inuiſere, ac curare poſſunt; ſed & denique ex ijs plures & Licentiati, & ſuo tempore Doctores fiunt, maiorem his gradibus ſibi auctoritatem conciliantes.

Singulis annis die, quæ ſancto Lucæ eſt ſacra, inchoantur prælectiones & ſtudia. Horum verò intermiſsio, ſeu vacatio, eſt octiduum ante Dominicæ Natiuitatis feſta: dies quindecim tempore Chriſti Domini reſurgẽtis: quadraginta dies à Beatiſsimæ Virginis Matris Natiuitate, vſque ad diem ſancti Lucæ. Singulis item hebdomadis dies Iouis vacat: ac ſi intercidit in alios hebdomadę dies feſtus aliquis, tum & eodem ipſo die Iouis Profeſſores prælegunt.

Sunt autem in Salmanticenſi Academia circiter viginti collegia, quæ pij Epiſcopi & Archiepiſcopi inſtituerunt. Quatuor dicuntur maiora, tum quòd omnium optimè redditibus ac legibus ſunt conſtituta; tum quòd ex ijs Hiſpaniæ Rex auditores ferè atque inquiſitores deligit.

In horum ſingulis collegæ ſunt quindecim,

aut viginti. Panno ſimplici & vnicolore veſtiuntur, ſic tamen vt cuique collegio ſuus proprius ſit color. Bini incedunt, cùm domo exeunt. Rectori quiſque ſuo integrè obedit: communi in loco comedunt, non ſecus ac ſi eſſent viri Religioſi. Nocte fores alicui nunquam patent, quantacumque res, etiam grauiſsima, ingrueret. Antequam verò ad hæc admittantur Collegia, exactiſsima teſtificatio exigitur, qua conſtet nihil in moribus, vel in Fide, vel in progenie eſſe quod ijs legibus aduerſetur. Quas vocant prædendas, hæ ijs per concurſum, vt dicitur, conferuntur, idque ſecretò per ſuffragia, & Hiſpanicè dicuntur Becas. Duæ partes è tribus Iuri canonico ſtudent. Quatuor item Collegia ſunt Sacellanorum ordinis militaris: S. Ioannis, S. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ: plures autem alumni in Collegio S. Iacobi, vt opulentiore. Reliqua Collegia dicuntur minora, tum ob numerum, tum Rege illorum opera vix vtente. Collegium quod dicitur S. Bartholomæi, redditus habet vberiores; ſex aureorum millia ſingulis annis numerantur.

Omnium autem moribus Magiſter ſcholæ diligentiſsimè inuigilat, vt quem pronum in vitia, vel in turpes iocos, taxillorum aut chartarum eſſe compererit, hunc primò obiurget; ſin pergat, in cuſtodiam conijciat, in qua diu detento maximè profuiſſe hanc pœnam re ipſa comprobatum eſt.

Cæterum cum quatuor millia Salmanticæ literis operam dent,ac verò ſeptem aliquando fuiſſe millia ſcriptum ſit, ij omnes vitæ honeſtate,moribus,ſermone Cœnobium Religioſorum (& horum quidem valde obſeruantium) repræſentant. Veſtes omnes induũt ad talos vſque,quibus anguſtior domi res non ſit.Neque verò arma,non ſericum,non alicuius generis colores geſtant. Accedunt Religioſæ familiæ Dominicani,Franciſcani,& aliorum ordinum, in quibus pietas & ſapientia magnoperè vigent. Dominicani ordinis ſunt ducenti,apud quos diſciplinæ omnes, quæ ad religioſorum inſtitutum pertinent, ſedulò docentur. Vt mirandum non ſit, vbi ea ratio & forma Academiæ ſit quam & ſequuntur aliæ Hiſpanicæ,& Luſitanicæ Academiæ,ibi diuinum cultum effloreſcere in ijs Regnis,atque inde per vniuerſum orbem ſemina omnis Religionis ſeri,ac matureſcere,

Ignatio Societatis Ieſu conditori,ſeſquiannum Compluti logica,phyſica & theologica ſtudia conſectato, per Vicarium iniungebatur, quadriennij ſpacium ſacræ theologiæ cognoſcendæ: ante quod exactum ſpatium de fidei Chriſtianæ myſterijs ad populum verba ne facerent.Salmanticam ergo ad proſequẽda ſtudia theologica migrare conſtituit Io. Petrus Maffeius.lib.1.vitæ Ignatij cap.17.

SEGVENSANA ſiue Cignenſana in Regno Caſte llæ.

TOLETANA in regno Toletano, Quam florentem & egregiã Academiam exiſte-

re, vbi & ipſe promotus eſſet nobis retulit Coloniæ Agrippinæ Andreas Lacunas, Leonis X. Pontificis Medicus. Hic etiam S. Alphonſus ille bonas artes & ſacram Theologiam didicit, qui à Matre Domini virgine Maria peculiarẽ rationem qua in ſacris vteretur accepiſſe dicitur, quod illius perpetuam virginitatem contra Heluidium cæteroſque hæreticos egregiè defendiſſet.

Eſt verò Toletum vrbs ad Tagum fluuiũ ſita, in qua Reges Gotthorum coronari ſolebant. Alphonſus Rex in ea tabulas aſtronomicas componi curauit.

Archiepiſcopatus ditiſsimus omnium totius orbis Chriſtiani, & primus Hiſpaniæ eſſe perhibetur. Eſt etiam hic antiqua ſedes Regia & Metropolis regni. Adr. Roma. in Theatro vrbium.

VALENTINA, quæ anno 1470. floruit, & clariſsimos in omni diſciplinarum genere profeſſores habuit. Hic S. Dominicus, ordinis Prędicatorum author, bonis artibus & ſacræ Theologiæ operam dedit. Authore Volaterrano. Sanctus quoque Vincentius Valentiæ ſacras literas publicè docuit.

VALIODOLETVM Academia & Cancellaria celebre ait Adrianus Romanus in theatro vrbium.

PALENTIAE legionis Rex olim Academiam excitauit, ad cuius imitationem Alfonſus Caſtellæ Rex Salmanticẽſem fundauit. Auctor Poſſeui. lib. bibliothecæ ſelectæ cap. 9.

Reliquas Hiſpaniarum Academias ſpero viros, quos iam Hiſpaniæ prȩſtantiſsimos habent, pro dignitate deſcripturos.

Philippus II. Hiſpaniarum, &c. Rex Caroli V. Rom. Imperatoris filius, ſub finem vitæ ſuæ, in monaſterio S. Laurentij Eſcorialis, fratrum S. Hieronymi in regno Caſtiliȩ, quinque miliaribus à Mandrito talem pietatis & ſapientiæ officinam extruxit, quam Matthias Quadus libro ſexto Geographicarũ enarrationũ, pretioſiſsimum, magnificentiſsimũ, artificioſiſsimumque, totius orbis terrarum ædificium vocat. Cùm enim deambularia, portas, turres, porticus, templum, ſacella, chorum, altaria 36. libros rituales ad ſacra officia conſcriptos impreſſoſque, picturas mirabiles, Reliquias Sanctorũ ſacrariũ Euchariſtiȩ, Noſocomiũ, diſtillationes aquarũ, Cryptoporticum, vbi ſupplicationes publicæ peraguntur, deſcripſiſſet, ſubiungit.

Bibliotheca in ſuperiore parte prȩcipui introitus monaſterij eſt, in longitudine centum octoginta quinque pedes, in latitudine habens triginta duos, tota concamerata eſt, in cuius fornicibus diuerſarum artium imagines, aliȩque hiſtoriæ conſpiciuntur: cui loco aliud imminet tablinum, vſui bibliothecæ deſtinatum. Habet autem bibliotheca tria diuerſa conclauia, in quorum primario omnes depictȩ videntur facultates: ad pedes autem cuiuſuis picturæ eius facultatis libri omnes concinno ordine locati ſunt, omnes inaurati eiuſdem-

iuſdemque compacturę. *I*bidem ingens etiam poſitus eſt liber totus mēbraneus, in quo omnis generis animãtia, quæ in vniuerſo terrarũ orbe vſquam conſpecta ſunt, ad viuum ſuis coloribus adumbrata conſpiciuntur. *A*lterum conclaue meros continet manuſcriptos libros, Latinorum, Græcorum, & Hebraicorum Theologorum, quibus ſingulis authorum ſuorum imagines præpoſitæ ſunt. Similiter & tertium ſolis manuſcriptis refertum eſt, variorum authorum ac facultatum, vtpote hiſtoricorum, poetarum, artificum, variarum etiam linguarum: quibus ſimiliter & ſui authores, quantum fieri potuit, ad viuum depicti adiuncti ſunt.

COLLEGIVM nunc Regisque PALATIVM deſcribamus: *H*æc duo *S*eptentrionalem partem occupant. Veſtibulum ſeu introitus eorum eſt in pergula, quæ templo præiacet, è regione magni propylæi cœnobij. Huic veſtibulo iunctum eſt aliud, per quod adoleſcentes, qui literis dant operam, in ædiculam tranſeunt, manè ad audiendum primum *S*acrum, & veſperi ad laudes Deo decantandas. locus hic tribus æneis clathris clauditur.

Ad aream magnam, collegium à monaſterio diſpeſcentem, ſcholarum atria ſunt, in quibus tres facultates: *I*us, Medicina, & Theologia traduntur: artes etiam docentur.

Ad has ſcholas per publicum ambulacrum & porticum hi qui in collegio ſunt, perueniunt. Habet locus hic ſuas peculiares quoque areas & pergulas, quarum vni adiacet refectorium collegij, cum ſuo veſtibulo. Iuxta veſtibulum eſt culina collegij, inter aream ipſi propriam, areamque ſcholæ triuialis, cui & ipſa ſchola puerorum præiacet, eiuſque refectorium.

ACADEMIARVM LIBER VIII. DE ACADEMIIS ANGLIAE, SCOTIÆ, Hyberniæ.

ANGLIA.

QVòd Noachi poſteritas poſt diluuium, longè ante conditam Troiam, in hanc nobiliſsimam inſulam, vnà cum ſyncera religione, bonas literas importârit, iam minimè neceſſarium eſſe arbitror pluribus verbis repetere. Nam quæ de Gallorum philoſophis, atque vetuſtiſsimis poetis ediſſerta ſunt, ea ſimiliter ad Angliam referuntur. Præſertim cum Iulius Cæſar in commétarios ſuos retulerit: Druidarum doctrinam ex Britannia in Galliam fuiſſe tranſlatam. Quàquam poſt bellum Troianum fortè aliqui etiam huc Græcorum philoſophi paulatim venerunt. Cumque Iulius Cęſar anno ab vrbe condita 593. ante incarnationem Domini noſtri Ieſu Chriſti anno 60. Britanniam

am Romana Imperio ſubiecerit, dubium non eſt, quin vetus Romanorum Theologia priſcæ leges, antiqui ritus, & cæremoniæ ſimul fuerint introductæ. Maximè cum Claudius Imperator anno ab vrbe condita 797. quando rebellare videbatur, iterum eam imperata facere coegerit. Eadem Gulielmo Camdeno in Britannia ſua probantur.

Vbi de Britanniæ Angliæque prima origine, nomenclatura, ſitu vbertate amœnitateque ex profeſſo pertractat.

Naturæque gaudentis opus quaſi alterum orbem ad dilitias humani generis conſtitutum aſſerit. Britanoſque ſuos veram eſſe Gallorum progeniem ex nomine, ſitu, religione, moribus, & lingua, (quibus antiquiſsimi Galli & Britanni quaſi communione quadam coniuncti fuerint multis argumētis, & auctoritatibus affirmat, & vtranque illam gentem ſuos Druidas, religionis & ſapiētiæ Magiſtros, habuiſſe profitetur. Accedit Io. Caius lib. 1. de antiquitate Academiæ Cātabrigienſis vbi Anglos religionem Chriſtianam, & ſapientiæ ſtudia in Galliam intuliſſe affirmat.

Sed quando vetus illa Ianigenarum doctrina à ſuperſtitionibus, & idololatria per Ieſum Chriſtum repurgata eſt ab ipſius Apoſtolis hîc quoque reſtituebatur. Simon Zelotes, ait Nicephorus Calixtus, Aegyptum, Cyrenen, & Africam, deinde Mauritaniam, & Lybiam omnem, Euangelium deprædicans percurrit, eā-

dem-

demque doctrinam etiam ad occidentalem Oceanum,inſulaſque Britãnicas perfert. Anglicarum rerum ſcriptores memoriæ prodiderunt,quòd Philippus Apoſtolus duodecim diſcipulos in Britanniam, Euangelij docendi gratia,anno Domini 63.miſerit,quorum pręfectus fuerit Ioſeph ab Aromathia nobilis ille decurio,qui Chriſtum à Pilato crucifixum, Hieroſolymis ſepeliuit. Gulielmus quoque Cãdenus refert in ſua Britãnia ex Lippomãno Nicephoro D. Petrum Apoſtolum etiam huc penetraſſe,diuinique verbi lumen diffudiſſe: & ex Sophronio & Theodoreto affirmat, Paulum Apoſtolum,poſt ſecundam Romę incarcerationem Britannias adijſſe. Tertullianus quoque contra Iudæos ſcribens teſtatur: ſua ætate intimas Britannias & Romanis inacceſſa loca Chriſtum amplexas fuiſſe.Et Origenes ſuper Ezechielem Britãnos in fidem conſenſiſſe,& ad Deũ per Druidas viam ſibi muniuiſſe demõſtrat,qui vnum eſſe Deum ſemper inculcarunt. Conſentit Io. Caius lib. 1. de antiq.Cantab. Academiæ.

Anno autem ab incarnatione Domini 156. Marcus Antonius Verus,14 ab Auguſto, inquit Venerabilis Beda,regnum cum Aurelio Commodo fratre ſuſcepit. Quorum temporibus cùm Eleutherius vir ſanctus pontificatui Romanæ Eccleſiæ præeſſet, miſit ad eum Lucius Britannorum Rex epiſtolam, obſecrans,vt per eius mandatum Chriſtianus effi-

efficeretur. Et mox effectum piæ poſtulationis conſecutus eſt: ſuſceptamque fidem Britãni vſque in tempora Diocletiani principis inuiolatam integramque quieta pace ſeruabant. Quòd iſto tempore Eleutherius Pontifex Maximus clariſsimos viros Lucio tranſmiſerit, qui Regem ipſum & primarios in iſta inſula viros baptizarint, plurimos Epiſcopos crearint, antiquiſsimis Angliæ annalibus conſignatum reperitur. Diocletiani autem Imperio grauiſsima Chriſtianorum pereſcutio inſtituta eſt, plurimique in Britannia trucidati fuerunt, ac Chriſtiana fides magna ex parte oppreſſa eſt, donec Gregorius, re & nomine Magnus, eam reſuſcitaret, vt Beda, Paulus Diaconus, Ado, Vrſpergenſis, Platina, Nauclerus, Volaterranus, &c. fideliſsimi hiſtorici, literis prodiderunt: & ex hac ipſius Gregorij epiſtola colligitur.

Gregorius Theoderico & Theodeberto Regibus Frãcorum ſalutem.

POſtquam Deus omnipotens Regnum veſtrum fidei rectitudine decorauit, & integritate Chriſtianæ religionis inter gentes alias fecit eſſe conſpicuum, magnam de vobis materiam præſumendi concepimus, quòd ſubiectos veſtros ad eam conuerti fidem per omnia cupiatis, in qua eorũ nempè reges eſtis & Domini. Atq; ideò peruenit ad nos, Anglorum gentem ad fidẽ Chriſtianam Deo miſerãte deſideranter velle cõuerti, ſed ſacerdotes veſtros

veſtros è vinico negligere, & deſideria eorũ, ceſſare ſua adhortatione ſuccendere : ob hoc igitur Auguſtinum præſentium portitorem, cuius zelus & ſtudium bene nobis eſt cognitũ, cum alijs ſeruis Dei præuidimus illuc dirigendum. Quibus etiam iniuximus, quòd aliquos ſecum è vicino debeant presbyteros ducere, cum quibus poſsint eorum mentes agnoſcere, & volũtatem admonitione ſua, quãtum Deus donauerit, adiuuare. In qua re vt efficaces valeant atque idonei apparere, excellentiam veſtram, paterna ſalutantes charitate quæſumus, vt hi quos direximus, fauoris veſtri inuenire gratiam mereantur: & quia animarum cauſa eſt, veſtra eos poteſtas tueatur & adiuuet, vt deus omnipotẽs, qui vos in cauſa ſua, deuota mente & toto ſtudio ſolatiari cognoſcit, cauſas veſtras ſua protectione diſponat, & poſt terrenam poteſtatem ad cęleſtia vos regna perducat.

Eiuſdem planè argumenti eſt Epiſtola ad Brunichildim reginam : vt nimirùm pro ſua pietate Auguſtinum cum ſocijs in Angliam perduci curet, & tam piam cauſam omnibus modis promoueat. Libri verò noni Epiſtola 52. præcipit Epiſcopis Galliæ, vt monachos ad ipſum Auguſtinum in Angliam proficiſcentes, humaniter & benignè tractent, viam ipſis aperiant, & piam eorum voluntaté cum fauore proſequãtur. Epiſtola 55. & 56. ad Clotharium regem, Brunichildimque Reginam vehementer commendat, quod tam liberales huius

huius rei promotores ſeſe præſtiterint. Libri autem 7. epiſtol a 112. Syagrio Epiſcopo Auguſtudano pallium ſe donare ſcribit, quòd egregiè Auguſtinum adiuuiſſet, ſicut lib. 9. epiſtola 58. ipſum Auguſtinũ hortatur, ne propter magnitudinẽ miraculorũ, & profectũ miniſterij ſui ſeſe extollat: Neceſſe quidem, inquit eſt, vt de eodem dono cæleſti & timendo gaudeas, & gaudendo pertimeſcas: gaudeas videlicet, quia Anglorum animę per exteriora miracula, quæ omnipotens Deus per te operatur, ad interiorem gratiam pertrahũtur: pertimeſcas verò, ne inter ſigna infirmus animus in ſui præſumptione ſe eleuet, & vndè foras in honore attollitur, inde per inanem gloriam intùs cadat. Rursùs epiſtola 59 & 60. Aldibertum Anglorum regem, & Aldibergam Reginam hortatur, vt exemplo Conſtantini Magni in omnes ſubditos veram religionem infundi curent, nec ſignis cæleſtibus, peſtilentijs, terræmotibus, ſi quæ fortè apparerent, moueantur. Ita futurum dicit, vt per Dei gratiam diu rectè imperent. Hinc factum eſt, auctore Platina, vt fidei noſtræ dogma Angli tum primũ integrè reciperẽt. Didacus Couarruuias Præfatione libri practicarum quæſtionum: *Venerat, inquit, olim in Britanniam, quæ nunc Anglia eſt. Ioſeph ab Aromathæa atque in eo loco tam ipſe quam eius ſocij cum de Euangelio prædicarent dogma Chriſti ſedulò docerent, multi per hæc ad veram pietatem traducti, ſalutiferaque fruge imbuti baptizati ſunt.*

Iſti

Iſti deinde viri diuino ſpiritu afflati, cùm à Rege Aruirogo parum terræ ad inhabitandũ propè Vuelliam oppidum circiter millia paſſuum quatuor dono accepiſſent, ibi nouæ religionis prima iecerũt fundamenta, vbi hodie eſt templum magnificum, cœnobiumque monaſticæ familiæ diui Benedicti nobile, nõmen eſt Glaſconiæ, Hæc Chriſtianæ pietatis in Britannia extitêre primordia, quam deinde cùm *Luci⁹ Rex* propè extinctã fonte baptiſmi ſublatus, mirabiliter adauxiſſet, Deum Britãni eam pietatem eatenus integram ſeruarunt quoad furor Diocletiani dira in Chriſtianos perſecutione propè ad internetionem erupit. Paulo poſt in ea inſula Chriſtiana religio multis bellorum tumultibus perturbata, frequenter varia vndique conſequitur interualla, donec Anglis eam prouinciam occupãtibus, D. Gregorius ſummus Eccleſiæ Pontifex propè annum 600. à Chriſti natalibus ſub Rege Ethelberto & eius vxore Chriſtianiſsima Berta miſsis ad id negotium Auguſtino & Mileto Monachis, religionis Chriſtianę dogmata conatu maximo Anglorum gentem edócendam, hortatu & prædicatione illuſtrandam curauit. Hactenùs Didacus.

Auguſtinus ille Cantuariam ſtatuit ſedem, quæ toti inſulæ in ſacris tradendis præeſſet, ſeptemque primi *A*rchiepiſcopi omnes Clerici Itali fuerunt. Poſt Auguſtinum hunc Gregorius quoque miſit Mellitum, *I*uſtum, Paulinum, Ruffianum, &c. *R*omæ pręterea eſt in-

ſtituta ſchola *Anglorum*. Multique ad vrbem non modò priuati ex Anglis, ſed & ipſi Reges religionis cauſa ventitabant.

De Mathematicis.

Mathematicam olim Britannos tantis cæremonijs celebraſſe auctor eſt *Plinius*, vt eã *Perſis* dediſſe viderentur. Repetitque in Britannia ſua Camdenus.

Antiqui, ait Beda; *Anglorum* populi iuxta curſum lunæ ſuos mẽſes computauerunt. Vndè & à Luna, Hebræorum & Græcorum more, nomen accipiunt. Siquidem apud eos luna, mona, menſis Monath appellatur. Incipiebãt verò annum ab octauo Calend. Ianuar. die, vbi nunc natalem *Domini* celebramus, & ipſam noctem nobis ſacroſanctam gentili vocabulo moedrenech, hoc eſt, matrum noctem vocabant, ob cauſam, vt ſuſpicamur, cæremoniarum, quas in ea peruigiles agebant. *Annum* totum in duo tempora, hyemis & æſtatis, diſpartiebant. Februarius illis *Solmonath* dicebatur, quaſi placentarum menſis, quas in eo dijs ſuis offerebant. Martius Rhedmonath vocabatur, à Dea eorum *Rheda*, cui tunc ſacrificabant. *Aprilis* Eoſturmonath, qui nunc paſchalis menſis interpretatur, quondam Dea *Eoſtre* vocabatur, à cuius nomine paſchale tẽpus hactenus appellatur. *Maius* Trimilchi dicebatur, quòd tribus vicibus per diem pecora mulgerentur: tanta erat olim vbertas Britanniæ. Iunius *Lida* dicebatur, blandus, ſiue nauigabilis. Iulius quoq; Lida. *Auguſtus* *V*ueid

monath menſis Zizaniorum. September Halegmonat, menſis ſacrorum. October VVinterfyllith quaſi hyemeplenium. Nouember Blothmonath, menſis immolationum, quòd tunc pecora immolanda dijs ſuis vouerent. Decẽber, vt Ianuarius, Guili dicebatur. Gratias tibi bone Ieſu, qui nos ab his vanis auertens, tibi ſacrificia laudis offerre donaſti.

Ordines Angliæ.

Quòd ad reipublicæ noſtræ diuiſionem attinet, inquit, Gulielmus Camdenus in ſua Britannia, ea conſtat ex Rege ſiue Monarcha, Nobilibus, Ciuibus, Ingenuis, & opificibus. Rex, quem Maiores noſtri Cyninge, nos contractius Kinge vocamus, ſupremam poteſtatem & merum Imperium habet: nec in Imperij clientela eſt, nec inueſtituram ab alio quouis accipit: nec præter Deum ſuperiorem agnoſcit.

Nobiles diuiduntur in Maiores & minores. Maiores Nobiles vocamus Duces, Marchiones, Comites, Barones. Qui vel hæreditario Iure his titulis gaudẽt, vel ijſdem virtutis ergò à Rege exornantur.

Dux primus eſt poſt Principem, quod nomen ſoli Regis filio natu maximo apud nos conuenit, dignitatis titulus.

Marchio, id eſt præfectus limitaneus, ſecũdum à Duce honoris locum habet.

Comites tertium locum tenent. adulto enim Imperio Ro. domeſticum quendam Senatum circa ſe habere cœperunt, qui Cæſaris Comi.

comitatus dicebatur,& ipſi quorum conſilio in bello & in pace vtebantur, Comites dicti ſunt.

De Baronibus, Banerettis, equitibus auratis,& armigeris, atque eorum creationis forma ſolenni copioſè & eleganter ibi diſſerit.

Tribunalia Angliæ.

Quòd ad Curias, inquit eodem loco, Ro. attinet, in triplici ſunt differentia. Alia enim ſunt Eccleſiaſtica, alia temporalia, & vnum mixtũ, quod olim Saxones Thittena gemott, id eſt ſapientium conuentum nos, Parlamentum, & vt vniuerſum Ætoliæ Conciliũ, Panætolium Liuio nominatur, ita Pananglium rectè dici poſsit. Ex tribus enim Angliæ ordinibus conſtat, & totius Angliæ corpus repræſentat. A Principe pro arbitrio indicitur, ſummamque & ſacroſanctam auctoritatem habet, in legibus ferendis, confirmandis, antiquandis, interpretandis, & in omnibus quæ ad reip. ſalutem ſpectant.

Fora temporalia ſunt duplicia Iuris & æqui. Iuris ſunt Bancus Regius, in quo Rex prȩſidere ſolebat, & Coronæ placita tractat. Camera ſtellata, vbi criminalia, periuria, impoſturæ agũtur. Bancus cõmunis, in quo cõmunia inter ſubditos diſceptãtur. Curia Vvardorũ à pupillis, quorũ cauſas tractat, nomẽ habet. Admiralij Curia res maritimas tractat, cui Admiralius præeſt. Fora æquitatis ſunt Cancellaria & Curia requeſtrarum in Cancellaria ex ȩquo & bono iudicatur, & ſummum ius, ꝙ ſumma

crux videri ſolet, temperatur. Vbi Cancellarius Regni, Magiſter rotulorum ; & magiſtri cancellariæ duodecim ſedent.

Requæſtrarum curia pauperum & regiorum famulorum cauſas audit Eccleſiaſtica fora pręcipua ſunt, Synodus, quæ Conuocatio Cleri dicitur, & ſemper ſimul cum Parlamento habetur : & Synodi prouinciales in vtraque prouincia. Archiepiſcopus Cantuarienſis ſuas eccleſiaſticas curias habet. Curia audientiæ omnium prouincialium querelas cauſas & appellationes recipit. Curia prærogatiuæ teſtamentorum Ius tractat. Curia facultatum deſideria cognoſcit eorum, qui eccleſiaſtici Iuris rigidi ſtrictique relaxationem petunt, & circa diſpenſationes verſatur.

Angliam, vocem Cymbricam ſiue Saxonicam quidam eſſe volunt: ab hamo, quo piſces capiũtur. Alij ab albis rupibus, qui ad eam nauigantibus primùm apparent, Albion dicebant. Britanniam aliqui à Bruto, duce Troiano. Nonnulli ab Angela Saxonum regina deriuant: vel quaſi orbis noſtri angulum appellant.

Inſularum omnium florentiſsima, & pretioſiſsimis naturæ donis affluens. Triquetra, & Siciliæ ſimilima.

Academiæ Anglorum

Et Duo ſunt totum gymnaſia nota per orbem:
Oxonium ſtudij florens, mihi dulcis alumna,
Regis opus, tuaque illuſtris Rex Cantaber ædes,
Magnificè florens ſacris Academia Muſis.

Ita

Ita cecinit Georgius Corianus Oxonieſis, & Thomas Boſius lib. 21. de ſignis Eccleſiæ refert. Inter harũ Academiarũ profeſſores grauis controuerſia ſuperioribus annis exorta fuit, dum ſinguli ſuam Academiam, & antiquiorem prioremque tempore, & præſtantiorem exiſtere aſſeuerant, & varias pro ſua quiſque ſententia rationes, diuerſaque argumenta producit, vt difficile ſit homini externo, terra ab ijs marique diſiuncto, ſuum iudicium interponere. Sed ne præſens eorum contentio latiùs ſerpat, maioreſue in re literaria turbas excitet, paucis quid mihi videatur, abſque vllo affectu, pace illorum, ediſſeram, ſententiam meam, ſi antiquiores & veriores annales, certiora indicia, & probabiliores coniecturas (vnde dubijs in rebus veritas elicitur) quã ego hactenus reperire potui, produxerint, libenter mutaturus. In primis ergò longè quidem minor ea res apparet, de qua viri graues & eruditi, ac ad præſtantiores magiſque Reipublicæ Chriſtianæ neceſſarias res perſcrutandas idonei, tantoperè digladientur: atque modeſtię, quæ veritatis & ſapientiæ ſectatores in primis decet, leges trãſgreſsi, tam acerbè inuicem, publicis ſcriptis, coram vniuerſo orbe perſtringant. Longè profectò rectius facturos credo, ſi operam dent, vt & diligentia, & fidelitate, ſapientiaque alter alterum antecellat: nec verbis ſolis Academiæ ſuæ gloriam quærant, ſed re ipſa declarent, alteram Academiam vera religione ſtudijſq;

liberalibus, & auditorum probitate, modeſtia, progreſsione in literis, ab altera ſuperari. Nam quę de antiquitate, & collegiorum excellentia, ac multitudine, atque fundationibus maiorum depromuntur, ea ad mortuorum potiùs, quàm viuorum gloriam pertinent. Quemadmodum igitur ſapientiſsimus Socrates, veteres Philoſophos ad veræ ſapientiæ ſtudium & doctrinam morum reuocare ſtudebat: & ſicut Gellius Proconſul inter Athenienſium Philoſophorum ſectas pacificationem interponere conabatur: ita viris Anglis ego auctor eſſe cuperem, vt ab huiuſmodi contentionibus abſtinerent, ſed omne ſtudium operamque ſuam ad ſalutem publicam, & conſtitutionem orthodoxę religionis, veræque ſapientiæ conuerterent. Expenderentque, quàm horrendum ſit innocuam iuuẽtutem prauis opinionibus imbuere, quæ & animos ipſorum trucident, & vniuerſam Rempublicam, vbi ad ſuperiores magiſtratus conſcenderint, tandem admirabiliter perturbent.

Ioannes Caſus profeſſor Oxonienſis præfatione ſpeculi Moralium quæſtionum: Non eſt, inquit, quin fatear, iuuenilem ardorem animi in vtraque Academia nuper decertaſſe: Vtrum in perdiſcẽdis artibus plus Ariſtotelis magnum acumen, quàm Rami fluens ingenium prȩualeret, ſed iſtam, vt ſpero, apoſtaſiam à veteri, vera, & ſapienti philoſophandi conſuetudine ſenilis experientia tollet. Equidem hoc

hoc contendo, vt ſtudioſi iuuenes vtriuſque Academiæ à Ramo ad Ariſtotelem, id eſt, à riuo ad ipſam ſcaturiginem bonarum artium reuocetur.

Nunc non de nugis, non de antiquitatis titulis, & vmbris inanis gloriolæ contendimus. Quippe nunc vtrimque in vtriuſque corpus numeroſè inſerti, vna, vt ita dicam, Academia ſumus: Oxonia Cantabrigienſis, & Cantabrigia Oxonienſis. Studio fortaſſe æmulationis ardemus, ſed contentionis nulla facula incenſi exardemus. Nam quæ cauſa litis, quæ bilis inter ſorores eſſet? Præſertim cùm vnam matrem Angliam dulciſsimam habeamus.

Vtramque nunc florere, & velut duas Angliæ naues in tutiſsimum honoris portũ peruehi eodem loco gloriatur Caſus.

Cantabrigienſem priorem & antiquiorem puto, ideoque ab ea principium ducam.

CANTABRIGIENSIS.

DE huius Academię primo authore duplex inter hiſtoriarum ſcriptores ſententia eſt. quidam à Sigeberto *A*nglorum rege anno *D*omini 630. primò erectam putant: alij verò longè antiquiorem eſſe affirmant, & varijs argumentis non Sigebertum, ſed Cantabrum Hiſpanorum Regem eius authorem faciunt. Quòd is cùm doctus Rex eſſet, & bonarum artium mirificus cultor, ſed per tumultum atque ſeditionem patriâ pulſus, in Britanniam immigrarit, quibus pro tam liberali hoſpitio aliquam gratitudinem relaturus,

quet, ante Sigebertum hanc Vniuerſitatem floruiſſe.

Diui Michaelis collegium Henricus Stantonius illuſtris eques tempore Eduardi Regis II. anno Domini 1324. excitauit. Maria verò Penbruchenſis Comitis vxor nobile illud Muſæum extruxit, quod nunc Penbruchenſis aula vocatur, anno Domini 1376. Sereniſsima deinde Margareta Regina, circa annum Domini 1509. authore præſtātiſsimo viro & Martyre Ioanne Fiſcerio, Epiſcopo Roffenſi, duo celeberrima collegia erexit, & magnis prouentibus ditauit, quorum hoc Chriſto Seruatori, illud S. Ioanni Euangeliſtæ dicari placuit. Vbi paulo ante Ioannes Elienſis Epiſcopus in honorē Nominis Ieſu gymnaſiū fundarat. Collegij Goneuilli, & aliorū quorundam meminit Ioannes Caius, lib. 1. de antiquitatibus Academiæ Cantabrigienſis. Thomas Hattherus literis ad me datis ſignificat, de celeberrimo quodam, magniſque ſumptibus extructo nuperrimè collegio Medicorum.

Quanquam ergo Ioannes Maior hanc Academiam Oxonienſi paulo inferiorem exiſtere ſcribit: tamen vetuſtiorem aiunt, & doctiſsimis ea ſemper hominibus abundauit. Hîc enim Venerabilem illum Bedam & illius diſcipulum, Caroliique Magni præceptorem Alcuinum ſiue Albinum, Io. Roffenſem Epiſcopū, Thomā Morū, Cācellariū, Thomam Linacrum, Eraſmum Rotterodamū, &

 inſi-

infinitos ſimiles celeberrimos viros floruiſſe, & diuerſos Ro. Pontifices, Reges, & Principes hanc Academiam egregijs priuilegijs ornaſſe Io. Caius commemorat.

In Britanniæ deſcriptione Gulielmus Candenus de hac Academia ſic narrat: Vrbs hæc, quæ altera Angliæ Academia, alter oculus, & ἔρεισμα alterum, clariſsimaque bonarum literarum & pietatis officina ad Camum ſedet: qui cùm Occidentale eius latus inſulis ludens perſperſerit; ad Ortum conuerſus in partes diſpertit duas, ponteque coniungitur, vnde recentius hoc nomen Cambridge enatum. Vltra pontem Caſtellum cernitur amplum, & vetuſtum, quod ſua iam fata compleſſe videatur, & collegium S. Magdalenæ ſacrum. Cis pontem, vbi vrbis pars longè maxima iacet, platearum deſcriptione, templorum frequentia, & quatuor decem pulcherrimis Muſarum ſacrarijs ſiue collegijs omnia nitent; in quibus eruditiſsimi viri magno numero aluntur, maximarumq; artium ſcientia & linguarũ cognitio ita florent, vt literarum, religionis, & totius doctrinæ fontes iure optimo cenſeantur, qui Eccleſiæ & Reipublicæ hortos ſalutaribus aquis ſuauiſſimè irrorant. Nec quicquam hîc deſideres, quod in florentiſsima Academia requiras, niſi quòd è paluſtri ſitu aliqua eſt cœli grauitas. Fortaſſe autem qui eo loci primùm Academiam inſtituerunt, Platonis iudicium approbarunt. is enim cùm corporis habitudine

vteretur

vteretur optima, Academiam inſalubrem Atticæ locum ſtudijs delegit, vt quod redundās eſſet, & animum grauaret, loci intemperie ſupprimeretur. Nihilminus maiores noſtri viri longè prudentiſsimi, hanc vrbem, nec ſine Deo duce ſtudijs dicauerunt, præclariſque operibus illuſtrarunt.

Verùm ne in optimos illos literarum Patronos, imò (vt cum Eumenio loquar) liberorum noſtrorum Parentes, peſsimè ingrati videamur, ipſos & Collegia, quæ bonis literis conſecrarunt, honoris cauſa ex hiſtoria Cantabrigiēſi ſummatim memoremus. Cantabrum Hiſpanū anno ante Chriſtum natum 375. Academiam hanc primùm inſtituiſſe, & Sebertum Orientalium Anglorum Regem anno poſt Chriſtum 630. reſtituiſſe perhibetur. Poſtea Danicis procellis ſubinde euerſa, diu neglecta iacuit, donec ſub Normannico imperio omnia dilucefcere incœperint. Iam inde literarum diuerſoria, hoſpitia & Aulæ ſtudioſis excitata fuerunt, ſed nullis poſſeſſionibus dotata. Primum verò Collegium (quod S. Petri domus vocatur) Hugo Balſham Epiſcopus Elienſis, anno 1280. extruxit & dotauit, quem ſequuti & imitati Richardus Badevv ab Elizabetha Clara Vltoniæ Comitiſſa adiutus, anno 1326. Aulam Clarenſem. Maria de S. Paulo Penbrochiæ Comitiſſa, anno 1343. Aulam Penbrochienſem: Societas Fratrū corporis Chriſti 1344. collegiū corporis Chriſti, quod & S. Benedicti dicitur: Ioannes

nes Crandenſis anno *1354*. Aulam Trinitatis; Edmundus Goneuile anno 1348. & Ioannes Caius Medicus noſtro tempore Goneuilli, & Caij collegium: Henricus VI. Rex Angliæ Collegium Regium 1441. (cui ſacellum adiunxit, quod inter pulcherrima orbis ædificia ſuo iure ſibi locum vendicat.) Margareta Andegauenſis eius vxor anno *1448*. Collegiũ Reginale. Eodemque tempore Ioannes Alockus Epiſcopus Elienſis Collegium Ieſu, Robertus VVoodlarke 1459. Catharinæ aulam. Margareta Richmondia Regis Henrici VII. mater, Chriſti & S. Ioannis Collegia circiter annũ 1506. Thomas Avvdleij Angliæ Cancellarius Collegiũ Magdalenæ, quod clariſsim' vir D. Chriſtophorus VVrey, ſumm' Angliæ Iuſtitiarius & ædificijs & poſſeſsionibus nũc adauget, & potẽtiſsimus Rex Henricus VIII. S. Trinitatis Collegium anno ſalutis *1546*. religioni & bonis literis exædificarunt. Quodque bonis ſtudijs, noſtro ſeculo, & nobis gratulor honoratiſsimus vir D. Gualterus Mildmaius Eques auratus, & Regiæ Maieſtati ab intimis conſilijs nouum Collegium in Emanuelis honorem nunc molitur. Nec à Martis tamen furore quamuis muſis ſacrata, omnino libera fuit: Cùm enim Dani paſsim latrocinia agitarent, ſæpius hîc hibernarunt, & anno ſalutis decimo ſupra milleſimum, cum Sueno Danus omnia acerbiſsimo tyrannidis terrore opprimeret, nihil famæ, & Muſis donarunt: quod tamen Sullam Athenis feciſſe legimus,

ſed

ſed totam incendio miſerè deformarunt. Primis nihilominus Normannorũ temporibus ſatis frequens erat. Legimus enim in Guilielmi primi cenſuali libro, Burgus de Grentbridge in decem cuſtodias diuiditur, & 387. manſiones habet. Sed pro caſtro deſtructæ fuerunt domus octodecim, cùm Guilielmus ille primus Anglos, quos nuper vicerat, caſtris tanquam frænis ſeruitutis vbique coercere ſtatuit. Bello poſteà Baronico proſcripti ex inſula Elienſi plurimum damni intulerunt, ad quorum direptiones cohibendas foſſam altam ad orientalem vrbis partem duxit Henricus tertius, quæ etiamnũ Kingsdich dicitur. Vocat hîc me tacita nonnullorum exſpectatio, vt de antiquitate huius Academiæ opinionem proferam meam, ſed nihil me interpono: nec enim animus eſt, florentiſsimas noſtras Academias παραλληλίζειν, quibus pares non nouerim. Vereor tamen ne Nephelococcygias nobis condiderint, qui huius vetuſtatem longè ſupra veri fidem efferentes, Cantabrum iſtum ſtatim poſt Romam conditam, multos videlicet ante Chriſtum natum annos, hanc Academiam inſtituiſſe tradiderunt. Hoc certum eſt, quocunque tempore primum inſtituta fuit, regnante Henrico primo, bonarũ literarum ſedes denuò eſſe cœpit: ſic enim in appẽdice vetuſta ad Ingulphum legitur. Quo autem tempore facta ſit Vniuerſitas, Robertus de Remington pro me dicet: Regnante Edvvardo primo de ſtudio Grantbrigd facta eſt

Vni-

Vniuerſitas,ſicut eſt Oxoniũ, per curiam Romanam.

De eadem hac Cantabrigienſi Academia Adrianus Ro. in theatro Vrbium, ſic refert. Cantabrigiæ collegium inſtituit Bartſomus Epiſcopus Elienſis anno *1274*. Habet collegia XI. aulas *4*. eaque omnia ædificiorum celebritate præſtantiſsima. *H*abuit etiam ante ſcholã publicam perauguſtam, (in quã philoſophia humanioreſque diſciplinæ tradebantur) à *Si*geberto Rege conſtitutam anno *637*. *I*oannes Caius lib. *1*. de antiquitate *A*cademiæ Cantabrigienſis, Eliſabetha, inquit, Regina noſtra, græcis & latinis, ſacris & profanis literis inſtructiſsima, cùm ſuperioribus annis Cantabrigiæ eſſet, (quo ſolo *M*uſarum amore, & benefaciendi ſtudio venerat) in ſcholis publicis & frequẽtibus, quaſi literas profeſſura, docta Princeps orationem habuit *L*atinam, & eam tam eruditam, vt ſexum mutaſſe, & ſupra fœminam ſapuiſſe dixeris; cùm ſignificatione beneuolentiæ ſuę erga bonas literas, aliquo beneficio, ſuo tempore, in Gymnaſio explicandæ.

Inter ſtatuta *A*cademiæ Cantabrigienſis refert ibi Caius hoc iuramentum Magiſtrorũ in *I*nceptionibus & reſumptionibus ſolennibus: Iurẽt etiam, quòd extra iſtam *V*niuerſitatem nuſquam alibi in Anglia, præterquam Oxonię, in aliqua facultate incipient, aut lectiones ſuas ſolenniter reſumẽt, nec conſentiẽt, quòd aliquis alibi in Anglia incipiens hîc pro

Magi-

Magiſtro in illa facultate habeatur.

Arnoldus VVion, Duacenſis, Benedictinus, lib. 5. cap. 94. Ligni vitæ: Studium, inquit, Cantabrigienſe, Georgio Lilio & aliis referentibus, inſtitutum nóſcitur, anno Domini, 630. à Sigiberto Anglorum Orientalium Rege, qui poſtea purpuram in cucullum cõmutauit. Quamuis non deſunt aliqui, qui multos ante Chriſtum annos eam Academiam inſtitutam dicant. Hoc tamen certum eſt, quocũque tempore primùm inſtituta fuit: regnante Henrico I. bonarum literarũ ſedes, monachis in ea legentibus, denuò eſſe cœpit. Sic enim in appendice vetuſta ad Ingulphum legitur.

De quatuor Monachis ſtudij Cantabrigienſis Fundatoribus, vel potius Inſtauratoribus.

Tranſmiſit Abbas Iofredus ad Manerium ſuum de Cotēham, iuxta Cantabrigiã, Giſlebertum Conmonachum, & Sacræ Theologiæ Profeſſorem; cum alijs tribus monachis, qui ſequuti ſunt eum in Angliam; Philoſophicis, Theorematibus, & alijs ſcientijs primitiuis inſtructiſsimi, quotidie Cantabrigiã adeũtes, & cõducto quodã horreo publico, ſuas ſcientias palã profitẽtes, in breui temporis excurſu grandem diſcipulorũ numerũ contraxerunt. Anno verò ſecundo aduentus illorum, in tãtum accreuit diſcipulorum numerus, tam ex tota patria, quàm ex oppido, quòd quælibet domus maxima, horreum, nec vlla Eccleſia ſufficeret eorum receptaculo. Vnde diuerſis

in

in locis à ſe diuiſi; & formam Aurelianenſis ſtudij ſequuti, ſummo manè frater Odo, grãmaticus, & Satyricus ſingularis, pueris, & iunioribus ſibi aſsignatis legebat Grammaticã, iuxta Priſciani doctrinam, & Remigij in eundem.

Ad horam verò primam, Terricus acutiſſimus Sophiſta Logicã Ariſtotelis, iuxta Porphyrij, & Auerrois Iſagogas, & commenta adoleſcentioribus tradebat. Ad horam verò tertiam frater VVilhelmus Rhetoricã Tullij, Quintilianique flores perorabat. Magiſter verò Giſlebertus omnibus Dominicis diebus & Sanctorum feſtis, verbum Dei ad populum prædicabat. Ex iſto itaque fonte paruo, qui creuit in fluuium magnum, videmus nunc lętificatam Ciuitatem Dei, & totam Angliam factam frugiferam, per plurimos magiſtros, Doctoreſque de Cantabrigia exeuntes, ad ſimilitudinem Sancti Paradiſi.

Quo autem tempore facta ſit Vniuerſitas, Robertus de Remington his prodit verbis: Regnante Eduuardo primo, de ſtudio Grãtbrig (id eſt Cantabrigia) facta eſt Vniuerſitas, ſicut eſt Oxonia, per Curiam Romanam. Hæ verò prædictæ ſcholæ, & Vniuerſitates, ſtatim à principio tum diuinarum humanarumque literarum ſtudijs, tum mira hominũ in doctrinas incumbentium frequentia, multo celeberrimæ eſſe cœperunt, deincepsque eo vſque floruerunt, vt iam facilè cum quouis alio ſtudio orbis de nominis gloria certare

repoſsint, in quibus diſcipuli ipſi, tanquam Monachi, & à Monachis eruditi, vt cuiuſdam religionis obſeruatione à primo imbuti, neutiquam minus animos bonis moribus, quàm literis excolebant: habebant enim Cœnobia (Collegia nunc vocant) magnifico apparatu conſtructa, multorumq; cùm Epiſcoporum, tū Regū, muneribus opulentiſsima, quorum magiſtri erant viri doctrina inprimis probati, & honeſti, aut Monachi, aut ſaltem Monachis ſubditi, (vt etiamnum vſu venit in Collegijs Aquiſcinctenſi, & Marchanenſi in Vniuerſitate natiuitatis meæ, Duacenſi, in quibus vſque in hodiernum iuuentus ipſa à Monachis Benedictinis coercetur, & regitur) in quibus cùm eis abundè ſuppeditarentur facultates, communiter viuebant, ac quotidie ſummo manè aut rem diuinam faciebant, aut ſacris intererant, prius quàm ad rem literariam aggrederentur: atque ita Deum cum primis venerantes, ſeſe in caſtiſsimo ſimul viuendi genere, & doctrinarum omnium ſtudijs exercebant, vnde iugiter ſingulari pietate & eruditione viri, velut & quibusdam totius orbis ampliſsimis diſciplinarum theatris, extiterunt, qui tam piè, quàm vtiliter nunc docendo, nunc ſcribendo, mirum in modum rem Chriſtianam iuuarunt, celebrarunt, & tutati ſunt. Adeò vt nonnulli ſcriptis etiam ſuis reliquerint: Cantabrigienſem ſcholam gloriari interdum ſolitam, ſe nunquam alumnos

habuiſſe, qui de religione Catholica ſacroſancta malè ſenſiſſent.

ANNOTATIO.

Notandum quòd loquens appendicis ille auctor de horis, quibus ipſæ lectiones legebantur, more patrio loquitur. *Alio* enim modo Vltramontani, alio Ciſmontani in horis ſuis diſtribuendis vtuntur. Hora enim prima ipſi fratri Terrico attributa: illa hora eſt, quæ prima eſt poſt meridiẽ, tertia verò, quæ poſt meridiẽ tertia eſt. Pulſantibus namque omni tempore anni tam media nocte quàm meridie duodecim horis illa quæ duodecimam ſequitur prima hora vocatur, tum quòd prima ſit poſt meridiem, tum etiam quòd vnico ſonitu ſeipſam inſinuet; ſecunda quæ duplici ſono, ſecunda: tertia, quæ triplici, tertia, & ſic de ſingulis. Summo manè autem, quo tẽpore frater Odo legebat, hora eſt apud nos ſexta, ſic dicta, tum quòd ſex pulſus cædat, tum etiã quòd ſexta ſit, poſt noctis mediũ, & ſexta ante meridiẽ. Illum autẽ docendi morẽ, quaſi per manus traditum, & à *Monachis* acceptum cõſtantiſſimè nunc obſeruant Reuerendi Societatis Ieſu Patres, qui in meſſem & labores noſtros introeuntes, & docendi methodum, & viuendi genus, Deumque antequam ad ſtudium accedant inuocandi, officioſiſſimè vſurparunt. *Hæc* ibi Vvion.

OXO-

OXONIENSIS.

OXonienſes in hiſtorijs atque annalibus ſuis contineri aiunt, hîc ab eo tempore ſtudia literarum floruiſſe, quo præſtantes quidam Philoſophi ex Græcia cum Troianis, duce Bruto, in hanc florentiſsimam inſulam immigrârint: ſuamque Academiam non modo Cantabrigienſi, ſed reliquis quoque vniuerſi terrarum orbis Academijs antiquiorem & florentiorem exiſtere aliqui conſtanter affirmant. Sed concors ferè hiſtoricorum celebrium ſententia eſt: Quòd Alphredus ſiue Aluredus Rex anno Domini 873. vel vt alijs videtur 895. Oxonienſem Academiam primò fundârit. Iam verò quàm multæ Academiæ iſto rege in alijs prouincijs antiquiores ſint, ſupra eſt declaratum. Quanto etiam tempore Aluredus iſte, Sigeberto Rege (ſi maximè hic primus Cantabrigienſis fundator eſſe ponatur) poſterior fuerit, nemo eſt qui ignoret. Quòd cùm Oxoniēſes negare non poſsint, nō Academiam fuiſſe perſuadere conantur, quā Sigebertus Cantabrigiæ excitauit, ſed triuialem & particularem ſcholam puerorum. Verùm longè aliter ſtatuere oportet his, qui verè abſque vllo affectu iudicare voluerint. Nam in Pontificum maximorum reſcriptis, & vetuſtiſsimorum Britanniæ Regum conſtitutionibus, non ſchola, ſed Vniuerſitas appellatur. Et Georgius Lilius recens ſcriptor Britannus, in Chronicis Britan. de

Aluredo Rege loquens, *Anno 895.Rex*, inquit, hortante Neotó monacho viro doctiſsimo, Oxonij publicam *A*cademiam inſtituit, propoſitis profeſſoribus literarũ præmijs: alterã autem Cantabriæ annis antea *265*. Sigisbertus Orientaliũ *A*nglorum Rex excitaſſe dicitur, anno *D*omini *630*.

Verùm enim verò etſi quædam aliæ Vniuerſitates hac & priores & florẽtiores ſunt: tamen inter præcipuas quoque orbis Chriſtiani *A*cademias hæc, Clemẽt. 1. extra de magiſtris, refertur, quibus non artes tantùm liberales, ſed externæ etiam linguæ tradi iubẽtur. Qualiter olim *A*nglorum Rex Pariſiẽſem *A*cademiã huc trãsferre ſtuduerit, in illa *A*cademia eſt à me declaratũ. Sed anno Domini *1209*. tria ſtudioſorũ millia Oxonij literis operã dabãt, qui vnà cum profeſſoribus atque magiſtris, partim Cantabrigiam, partim alibi profecti ſunt: propterea quòd *R*ex tres ſtudioſos, quorum cõtubernalis mulierem aliquam interfecerat, in proprio hoſpitio comprehenſos, ſed planè inſontes, ſuſpendi mandaſſet. *P*aulatim tamen, reſtitutis eorum priuilegijs, redierũt. Hic *B*alliolus Scotorum *R*ex, cùm in *B*ritannia exularet, *B*alliolenſe collegium fundauit. Guilhelmus *M*artonus *E*duardi Regis Cancellarius, anno Domini *1285*. collegium Martonium erexit. Gualterus Stapyltonus Epiſcopus Exonienſis duo alia Collegia, circa annum Domini *1326*. adiecit, quorum hoc *E*xonienſe, illud Ceruina aula nuncupatur. Cantua-

tuarienſe collegium extruxit Simon Cantuarienſis anno Domini 1366. Quādo etiā VVilhelmus Vintonienſis Epiſcopus in honorem beatæ Mariæ virginis collegium poſuit, quod Nouū vocatur. Pulcherrimū illud collegiū, ꝙ Regiū ſiue Regina dicitur, Philippa regina an. Domini 1367. fundauit. Henricus Archiepiſcopus alia duo collegia adiecit, alterum diuo Bernardo, alterum memoriæ mortuorum dicatum. Magdalenei collegij author fuit Guilhelmus Vanfletus Epiſcopus Vintonienſis. Tandem Guilhelmus Lincolnienſis Braſynnoſe, & Richardus Vintonienſis Epiſcopus, Corporis Chriſti collegium addiderunt. De Richardi collegio Eraſmus epiſtola quadam ad Ioannem Claimodum ſic loquitur; Egregiam illam prudentiam ſuam, qua ſēper publicæ famæ præconijs commendatus fuit Richardus Epiſcopus Vintonienſis, nullo certiore argumento nobis declarauit, quàm quòd collegium magnificum, ſuis impendijs extructū, tribus præcipuis linguis, ac melioribus literis vetuſtiſque authoribus præcipuè, conſecrauit. Mihi præſagit animus, futurum olim, vt iſtud Collegium quaſi templū ſacroſanctum optimis literis dicatum, toto terrarum orbe inter præcipua decora Britanniæ numeretur: pluresque futuros, qui trilinguis iſtius bibliothecæ ſpectaculum, quæ nihil bonorum authorum non habeat, pertrahat Oxonium, quam olim tot miraculis viſenda Roma ad ſe pellexit.

Hoc verò Collegium ſuum Richardus fundauit anno Domini 1516. & poſſeſsionibus 401. librarum, 8. ſolidorum, & 2. denariorum annui reditus donauit. Sanctus Richardus olim Oxonienſis Academiæ Cancellarius fuit.

De hac Oxonienſi Academia Gulielmus Camdenus in ſua Britannia ſic loquitur: In campeſtri planitie eminet celeberrima Academia Oxonia. Athenæ noſtræ nobiliſsimæ, Angliȩ μȣσεῖον, & ἔρεισμα, imò ſol, oculus, anima, literarum & ſapientiæ clariſsima officina: vnde religio, humanitas, & doctrina in omnes regni partes vberrimè diſtribuuntur. Prudens antiquitas, vt in Annalibus noſtris legitur, hanc vrbem etiam Britannico ſeculo Muſis conſecrauit, quas Erecoladâ huc tanquam in felicius plantariũ tranſtulerunt. Verùm cùm inſequens ætas Saxonica vrbium euerſionibus continenter decurreret, communem temporum inclinatione ſortem ſubijt, & longo ſanè tempore ſolummodò Frideſuuidæ reliquijs celebrata fuit.

Poſtea pientiſsimus Rex Alfredus Muſis iam diu exulantibus ſua adita reſtituit, tribus conſtructis collegijs, Grammaticis vno, Philoſophis altero, & Theologis tertio. Hanc tamen felicitatem paucis poſt annis vna & altera calamitas excepit, vt triſtiſsimum ſtudioſorum exilium ſubſecutum fuerit, & Academia luctuoſo ſpectaculo quaſi intermortua ad Guilielmi Nortmanni vſque tempora iacuerit. Sed ædificijs nouis recreata vrbe huc

quaſi

quaſi ad doctrinæ & virtutis mercaturam cõfluere cœperunt plurimi, & refloruerunt literæ, opera in primis Roberti Polenij viri ad rempub. literariam promouendam nati. Qui nihil non egit, vt aridæ quaſi vrbis viſceribus obſtructos Muſarum fontes denuò aperiret, fauente inprimis (vt author eſt Lelandus) *Hẽrico* II. & *R*ichardo eius filio, qui hîc in lucem editus, quòd animi erecti & excelſi pleniſsimus fuerit, resq; maximas in Cypro, & Syria geſſerit, Leoninus vulgò dicitur. Polenij verò conatus adeò feliciter ceſsit, vt regnante Ioãne, tria millia ſtudioſorum in hac vrbe fuerint, qui omnes ad vnum hinc partim Readingum, partim *C*antabrigiam demigrarunt; quòd in ſtudioſam hanc hominum nationem ciues iniquiores viderentur; ſed pacato tumultu, poſt breue tempus ſunt reuerſi. *T*unc autem, & ſubſequente tempore, vt Deus vrbẽ hanc Muſis, ita optimos Principes, & Præſules huic vrbi magno numero progenuit, qui ornandis fouendiſque literis melioribus liberalitatem impertiuerunt maximã. Cùm enim Henricus III. ſalutata Frideſvvida, quod piaculare antea creditum, ſuperſtitioſam formidinem exemiſſet, qua Principes, ne Oxoniam adirent, deterruiſſent, & frequentia hic Comitia ad componendas cum Baronibus controuerſias habuiſſet; ſuperiorum regum priuilegia cõfirmauit, & ipſe nonnulla irrogauit. Tantaque iam erat eruditorum copia, vt innumeri diuinis, humaniſq; artibus inſtructiſ-

Vniuerſitas,ſicut eſt Oxoniū, per curiam Romanam.

De eadem hac Cantabrigienſi Academia Adrianus Ro. in theatro Vrbium, ſic refert. Cantabrigiæ collegium inſtituit Bartſomus Epiſcopus Elienſis anno *1274*.Habet collegia XI.aulas *4*.eaque omnia ædificiorum celebritate præſtantiſsima.*H*abuit etiam ante ſcholá publicam perauguſtam, (in qua philoſophia humanioreſque diſciplinæ tradebantur) à *S*igeberto Rege conſtitutam anno *637*. *I*oannes Caius lib. *1*. de antiquitate *A*cademiæ Cantabrigienſis, Eliſabetha, inquit, Regina noſtra, græcis & latinis, ſacris & profanis literis inſtructiſsima, cùm ſuperioribus annis Cantabrigiæ eſſet, (quo ſolo *M*uſarum amore, & benefaciendi ſtudio venerat) in ſcholis publicis & frequētibus, quaſi literas profeſſura, docta Princeps orationem habuit *L*atinam, & eam tam eruditam, vt ſexum mutaſſe, & ſupra fœminam ſapuiſſe dixeris; cùm ſignificatione beneuolentiæ ſuę erga bonas literas, aliquo beneficio, ſuo tempore, in Gymnaſio explicandæ.

Inter ſtatuta *A*cademiæ Cantabrigienſis refert ibi Caius hoc iuramentum Magiſtrorū in *I*nceptionibus & reſumptionibus ſolennibus: Iurēt etiam, quòd extra iſtam *V*niuerſitatem nuſquam alibi in Anglia, præterquam Oxonię, in aliqua facultate incipient, aut lectiones ſuas ſolenniter reſumēt, nec conſentiēt, quòd aliquis alibi in Anglia incipiens hîc pro Magi-

Magiſtro in illa facultate habeatur.

Arnoldus VVion, Duacenſis, Benedicti-nus, lib. 5. cap. 94. Ligni vitæ: Studium, inquit, Cantabrigienſe, Georgio Lilio & aliis referentibus, inſtitutum noſcitur, anno Domini, 630. à Sigiberto Anglorum Orientalium Rege, qui poſtea purpuram in cucullum cõmutauit. Quamuis non deſunt aliqui, qui multos ante Chriſtum annos eam Academiam inſtitutam dicant. Hoc tamen certum eſt, quocũque tempore primùm inſtituta fuit: regnante Henrico I. bonarum literarũ ſedes, monachis in ea legentibus, denuò eſſe cœpit. Sic enim in appendice vetuſta ad Ingulphum legitur.

De quatuor Monachis ſtudij Cantabrigienſis Fundatoribus, vel potius Inſtauratoribus.

Tranſmiſit Abbas Iofredus ad Manerium ſuum de Cotẽham, iuxta Cantabrigiã, Giſlebertum Conmonachum, & Sacræ Theologiæ Profeſſorem; cum alijs tribus monachis, qui ſequuti ſunt eum in Angliam; Philoſophicis, Theorematibus, & alijs ſcientijs primitiuis inſtructiſsimi, quotidie Cantabrigiã adeũtes, & cõducto quodã horreo publico, ſuas ſcientias palã profitẽtes; in breui temporis excurſu grandem diſcipulorũ numerũ contraxerunt. Anno verò ſecundo aduentus illorum, in tãtum accreuit diſcipulorum numerus, tam ex tota patria, quàm ex oppido, quòd quælibet domus maxima, horreum, nec vlla Eccleſia ſufficeret eorum receptaculo. Vnde diuerſis

repoſsint, in quibus diſcipuli ipſi, tanquam Monachi, & à Monachis eruditi, vt cuiuſdam religionis obſeruatione à primo imbuti, neutiquam minus animos bonis moribus, quàm literis excolebant: habebant enim Cœnobia (Collegia nunc vocant) magnifico apparatu constructa, multorumq; cùm Epiſcoporum, tũ Regũ, muneribus opulentiſsima, quorum magiſtri erant viri doctrina inprimis probati, & honeſti, aut Monachi, aut ſaltem Monachis ſubditi, (vt etiamnum vſu venit in Collegijs Aquiſcinctenſi, & Marchanenſi in Vniuerſitate natiuitatis meæ, Duacenſi, in quibus vſque in hodiernum iuuentus ipſa à Monachis Benedictinis coercetur, & regitur) in quibus cùm eis abundè ſuppeditarentur facultates, communiter viuebant, ac quotidie ſummo manè aut rem diuinam faciebant, aut ſacris intererant, prius quàm ad rem literariam aggrederentur: atque ita Deum cum primis venerantes, ſeſe in caſtiſsimo ſimul viuendi genere, & doctrinarum omnium ſtudijs exercebant, vnde iugiter ſingulari pietate & eruditione viri, velut & quibusdam totius orbis ampliſsimis diſciplinarum theatris, extiterunt, qui tam piè, quàm vtiliter nunc docendo, nunc ſcribendo, mirum in modum rem Chriſtianam iuuarunt, celebrarunt, & tutati ſunt. Adeò vt nonnulli ſcriptis etiam ſuis reliquerint: Cantabrigienſem ſcholam gloriari interdum ſolitam, ſe nunquam alumnos

habuiſſe, qui de religione Catholica ſacroſancta malè ſenſiſſent.

ANNOTATIO.

Notandum quòd loquens appendicis ille auctor de horis, quibus ipſæ lectiones legebantur, more patrio loquitur. *A*lio enim modo Vltramontani, alio Ciſmontani in horis ſuis diſtribuendis vtuntur. Hora enim prima ipſi fratri Terrico attributa: illa hora eſt, quæ prima eſt poſt meridiẽ, tertia verò, quæ poſt meridiẽ tertia eſt. Pulſantibus namque omni tempore anni tam media nocte quàm meridie duodecim horis illa quæ duodecimam ſequitur prima hora vocatur, tum quòd prima ſit poſt meridiem, tum etiam quòd vnico ſonitu ſeipſam inſinuet; ſecunda quæ duplici ſono, ſecunda: tertia, quæ triplici, tertia, & ſic de ſingulis. Summo manè autem, quo tẽpore frater Odo legebat, hora eſt apud nos ſexta, ſic dicta, tum quòd ſex pulſus cædat, tum etiã quòd ſexta ſit, poſt noctis mediũ, & ſexta ante meridiẽ. Illum autẽ docendi morẽ, quaſi per manus traditum, & à *M*onachis acceptum cõſtantiſsimè nunc obſeruant *R*euerendi Societatis Ieſu Patres, qui in meſſem & labores noſtros introeuntes, & docendi methodum, & viuendi genus, Deumque antequam ad ſtudium accedant inuocandi, officioſiſsimè vſurparunt. *H*æc ibi Vvion.

OXO-

OXONIENSIS.

OXonienſes in hiſtorijs atque annalibus ſuis contineri aiunt, hîc ab eo tempore ſtudia literarum floruiſſe, quo præſtantes quidam Philoſophi ex Græcia cum Troianis, duce Bruto, in hanc florentiſsimam inſulam immigrârint: ſuamque Academiam non modo Cantabrigienſi, ſed reliquis quoque vniuerſi terrarum orbis Academijs antiquiorem & florentiorem exiſtere aliqui conſtanter affirmant. Sed concors ferè hiſtoricorum celebrium ſententia eſt: Quòd Alphredus ſiue Aluredus Rex anno Domini 873. vel vt alijs videtur 895. Oxonienſem Academiam primò fundârit. Iam verò quàm multæ Academiæ iſto rege in alijs prouincijs antiquiores ſint, ſupra eſt declaratum. Quanto etiam tempore Aluredus iſte, Sigeberto Rege (ſi maximè hic primus Cantabrigienſis fundator eſſe ponatur) poſterior fuerit, nemo eſt qui ignoret. Quòd cùm Oxoniẽſes negare non poſsint, nõ Academiam fuiſſe perſuadere conantur, quã Sigebertus Cantabrigiæ excitauit, ſed triuialem & particularem ſcholam puerorum. Verùm longè aliter ſtatuere oportet his, qui verè abſque vllo affectu iudicare voluerint. Nam in Pontificum maximorum reſcriptis, & vetuſtiſsimorum Britanniæ Regum conſtitutionibus, non ſchola, ſed Vniuerſitas appellatur. Et Georgius Lilius recens ſcriptor Britannus, in Chronicis Britan. de

Alvredo Rege loquens, *Anno 895. Rex,* inquit, hortante Neotó monacho viro doctiſsimo, Oxonij publicam Academiam inſtituit, propoſitis profeſſoribus literarũ præmijs: alterã autem Cantabriæ annis antea *265.* Sigisbertus Orientaliũ Anglorum Rex excitaſſe dicitur, anno Domini *630.*

Verùm enim verò etſi quædam aliæ Vniuerſitates hac & priores & florẽtiores ſunt: tamen inter præcipuas quoque orbis Chriſtiani Academias hæc, Clemẽt. 1. extra de magiſtris, refertur, quibus non artes tantùm liberales, ſed externæ etiam linguæ tradi iubẽtur. Qualiter olim Anglorum Rex Pariſiẽſem Academiã huc trãsferre ſtuduerit, in illa Academia eſt à me declaratũ. Sed anno Domini *1209.* tria ſtudioſorũ millia Oxonij literis operã dabãt, qui vnà cum profeſſoribus atque magiſtris, partim Cantabrigiam, partim alibi profecti ſunt: propterea quòd Rex tres ſtudioſos, quorum cõtubernalis mulierem aliquam interfecerat, in proprio hoſpitio comprehenſos, ſed planè inſontes, ſuſpendi mandaſſet. Paulatim tamen, reſtitutis eorum priuilegijs, redierũt. Hic Balliolus Scotorum Rex, cùm in Britannia exularet, Balliolenſe collegium fundauit. Guilhelmus Martonus Eduardi Regis Cancellarius, anno Domini *1285.* collegium Martonium erexit. Gualterus Stapyltonus Epiſcopus Exonienſis duo alia Collegia, circa annum Domini *1326.* adiecit, quorum hoc Exonienſe, illud Ceruina aula nuncupatur. Can-

tua-

tuarienſe collegium extruxit Simon Cantuarienſis anno Domini 1366. Quãdo etiã Vuilhelmus Vintonienſis Epiſcopus in honorem beatæ Mariæ virginis collegium poſuit, quod Nouũ vocatur. Pulcherrimũ illud collegiũ, ꝙ Regiũ ſiue Regina dicitur, Philippa regina an. Domini 1367. fundauit. Henricus Archiepiſcopus alia duo collegia adiecit, alterum diuo Bernardo, alterum memoriæ mortuorum dicatum. Magdalenei collegij author fuit Guilhelmus Vanfletus Epiſcopus Vintonienſis. Tandem Guilhelmus Lincolnienſis Braſynnoſe, & Richardus Vintonienſis Epiſcopus, Corporis Chriſti collegium addiderunt. De Richardi collegio Eraſmus epiſtola quadam ad Ioannem Claimodum ſic loquitur; Egregiam illam prudentiam ſuam, qua ſẽper publicæ famæ præconijs commendatus fuit Richardus Epiſcopus Vintonienſis, nullo certiore argumento nobis declarauit, quàm quòd collegium magnificum, ſuis impendijs extructũ, tribus præcipuis linguis, ac melioribus literis vetuſtisque authoribus præcipuè, conſecrauit. Mihi præſagit animus, futurum olim, vt iſtud Collegium quaſi templũ ſacroſanctum optimis literis dicatum, toto terrarum orbe inter præcipua decora Britanniæ numeretur: pluresque futuros, qui trilinguis iſtius bibliothecæ ſpectaculum, quæ nihil bonorum authorum non habeat, pertrahat Oxonium, quam olim tot miraculis viſenda Roma ad ſe pellexit.

Hoc verò Collegium ſuum Richardus fundauit anno Domini 1516. & poſſeſsionibus 401. librarum, 8. ſolidorum, & 2. denariorum annui reditus donauit. Sanctus Richardus olim Oxonienſis Academiæ Cancellarius fuit.

De hac Oxonienſi Academia Gulielmus Camdenus in ſua Britannia ſic loquitur: In campeſtri planitie eminet celeberrima Academia Oxonia. Athenæ noſtræ nobiliſsimæ, Angliæ μουσεῖον, & ἔρεισμα, imò ſol, oculus, anima, literarum & ſapientiæ clariſsima officina: vnde religio, humanitas, & doctrina in omnes regni partes vberrimè diſtribuuntur. Prudens antiquitas, vt in Annalibus noſtris legitur, hanc vrbem etiam Britannico ſeculo Muſis conſecrauit, quas Erecoladâ huc tanquam in felicius plantariū tranſtulerunt. Verùm cùm inſequens ætas Saxonica vrbium euerſionibus continenter decurreret, communem temporum inclinatione ſortem ſubijt, & longo ſanè tempore ſolummodò Frideſuuidæ reliquijs celebrata fuit.

Poſtea pientiſsimus Rex Alfredus Muſis iam diu exulantibus ſua adita reſtituit, tribus conſtructis collegijs, Grammaticis vno, Philoſophis altero, & Theologis tertio. Hanc tamen felicitatem paucis poſt annis vna & altera calamitas excepit, vt triſtiſsimum ſtudioſorum exilium ſubſecutum fuerit, & Academia luctuoſo ſpectaculo quaſi intermortua ad Guilielmi Nortmanni vſque tempora iacuerit. Sed ædificijs nouis recreata vrbe huc quaſi

quaſi ad doctrinæ & virtutis mercaturam cõfluere cœperunt plurimi,& refloruerunt literæ, opera in primis Roberti Polenij viri ad rempub.literariam promouendam nati. Qui nihil non egit,vt aridæ quaſi vrbis viſceribus obſtructos Muſarum fontes denuò aperiret, fauente inprimis(vt author eſt Lelandus) *Hẽrico* I I. & Richardo eius filio,qui hîc in lucem editus, quòd animi erecti & excelſi pleniſsimus fuerit, resq; maximas in Cypro, & Syria geſſerit,Leoninus vulgò dicitur.Polenij verò conatus adeò feliciter ceſsit, vt regnante Ioãne, tria millia ſtudioſorum in hac vrbe fuerint , qui omnes ad vnum hinc partim Readingum,partim Cantabrigiam demigrarunt; quòd in ſtudioſam hanc hominum nationem ciues iniquiores viderentur ; ſed pacato tumultu,poſt breue tempus ſunt reuerſi. Tunc autem,& ſubſequente tempore, vt Deus vrbẽ hanc Muſis,ita optimos Principes , & Præſules huic vrbi magno numero progenuit, qui ornandis fouendiſque literis melioribus liberalitatem impertiuerunt maximã. Cùm enim Henricus III. ſalutata Frideſvvida, quod piaculare antea creditum,ſuperſtitioſam formidinem exemiſſet, qua Principes, ne Oxoniam adirent, deterruiſſent, & frequentia hic Comitia ad componendas cum Baronibus controuerſias habuiſſet; ſuperiorum regum priuilegia cõfirmauit, & ipſe nonnulla irrogauit. Tantaque iam erat eruditorum copia, vt innumeri diuinis, humanisq; artibus inſtructiſ-

ſimi, cùm in Eccleſiam, tum Rempublicam hinc fuerint propagati, Matthæuſque Pariſienſis Vniuerſitatem Oxonienſem ſecundam à Lutetia Eccleſiæ ſcholam, imò Eccleſiæ fundamentum diſertè appellarit. *Vniuerſitatis* enim nomine iam antea honorarant Ponifices *Romani*, quo titulo non aliam præter Pariſienſem, & *Patauinam*, in ſuis decretis eo tempore dignati fuerunt. Iam boni Mæcenates vrbis interiora, & ſuburbana auguſtiſsimis collegijs, *Aulis*, & Gymnaſijs, & ea rurſum redditibus opimis animare cœperunt. Regnante enim adhuc *Henrico* III. Gualterus *Merton* Epiſcopus Roffenſis collegiũ, quod in agro *Surrienſi* poſuerat, anno *1274*. Oxoniam tranſtulit, locupletauit, & *Mertonenſe* collegium dixit, ſtatimque Guilielmus Archidiaconus Dunelmenſis opus illud *Alfredi*, quod Vniuerſitatis nunc vocant collegium, nouis operibus reſtaurauit. Quo tempore ſtudioſi, quòd Ottonem Pontificis legatum duriuſculè exceperint, ſacris erant interdicti, & indignis modis tractati. Eduuardo primo regnante, *Ioannes* Balliolus *Rex Scotiæ* (vel, vt alij volunt, eius parentes *Ioannes*, & Deruorguldis) Balliolenſe fundauit, & denominauit. *Iamque*, vt ſcribit Armachanus, triginta millia ſtudioſorum hîc cenſebãtur. Sub Eduuardo II. Gualterus *Stapletonus* Epiſcopus Exonienſis Exoniẽſe Collegium, Aulamq; Ceruinam, & ipſe Rex eum imitatus Collegiũ Regium, vulgo Orial, & *Aulam* S. Mariæ poſuit.

Poſtea

Poſtea Philippa Regina, Edvvardi III. vxor, Collegium Reginæ, ſiue Reginale, vt vocant, & Simon Iſlep, Archiepiſcopus Cantuarienſis Cantuarienſe extruxit. Cùm ſtudioſi rebus ad vota fluentibus inſoleſcentes diuiſis factionum nominibus, Septentrionales, & Auſtrales ad inteſtina, & inſana inter ſe arma conclamarent, vnde Septentrionales Stanfordiam receſſerunt: & ſcholas ibi aperire cœperunt. Sed pauculos poſt annos, cùm Phœbus Muſis lætius illucens, has Martis nebulas diſpuliſſet, redierunt, latæque leges, ne quis Oxonienſis Stanfordiæ profiteretur, quod huic vrbi fraudi foret. Tunc temporis Guilielmus Vuiccamus Epiſcopus Vuintonienſis Collegium admodum magnificum, quod Nouum dicunt, excitauit; in quod è ſuo Vuintonienſi Collegio optima ingenia quotannis transferuntur. Richardus etiam Angeruile Epiſcopus Dunelmenſis philobiblos dictus Bibliothecam in publicũ ſtudioſorũ vſum optimis authoribus vndiquaq; conquiſitis inſtruxit. Eiusq; ſucceſſor Thomas de Hattefield Dunelmenſe collegiũ monachis Dunelmẽſibus, & Richardus Flẽming Lincolnien. Epiſc. Lincolniẽſe locauit. Benedictini etiã monachi ad tempus Collegiũ Gloceſtrẽſe collata pecunia condiderunt, in quo vnus & alter monachus è ſingulis Benedictinorũ cęnobijs alebatur, qui poſtea apud ſuos bonas literas profiterẽtur. Iã vt Canonicos taceam, quatuor pulcherrima Fratrum Cœnobia in ſuburbijs ſurrexerant,

in quibus & multi non vulgariter eruditi floruerunt. *I*nſequente ſeculo cùm regnaret *Hé*ricus V. H. Chichelius Archiepiſc. Cantuarienſis bina, & ea egregia ædificauit Collegia, quorum alterũ omnium animarũ memoriæ, alterum Diuo Bernardo dedicauit. Statimq́; Guilielmus Vvainflettus Epiſcopus Vvintonienſis Collegium *Mariæ* Magdalenæ opere eximium, ſitu percommodum, & ambulacris admodum amœnum, erexit. Eodemq́ue tempore Humfredus Dux Gloceſtrię, bonarum literarum admirator maximus, ſcholam Theologicam tanta elegantia extruxit, vt illud Xeuxidis ei iure inſcribi poſsit: Inuiſurum facilius aliquẽ, quàm imitaturũ; & in eius ſuperiori parte *B*ibliothecam inſtituit, centumq́ue viginti nouem ſelectiſsimis libris, quos magnis impenſis ex Italia comparauit, exornauit: ſed hos quorundam priuata auaritia publico vſui iam pridem inuidit. Deinde Henrico VII. regnante, vt adhuc melius literarũ honori conſuleretur, Guilielmus Smith, Epiſcopus Lincolnienſis Collegium Æneinaſi, quod optimus ille & pius Senex *D*. Alex. Novuellus S. Pauli Londini Decanus prouentibus auxit, & Richardus Fox Epiſcopus Vvintonienſis Collegium Corpus Chriſti nominatum exædificauit: illosq́ue ſubſequutus Thomas Vuolſæus Cardinalis Eboracenſis (vbi Frideſvuidæ monaſterium erat) omnium ampliſsimum & elegantiſsimũ inchoauit, quod Henricus VIII. adiuncto

Can-

Cantuarienſi Collegio, magnis reditibus ditauit, & Ædem Chriſti dixit: Potentiſsimusque idem Princeps, pecunia è ſuo ærario deprompta, ad vrbis dignitatem Epiſcopum, & ad Academiæ ornamentum publicos profeſſores inſtituit. Noſtra itidem memoria, vt nouis etiam beneficijs Muſas complecterentur, Thomas Popus Vir ordinis equeſtris Dunelmenſe Collegium, & Thomas Vvhitus ciuis Londinenſis, & equeſtris item ordinis, Bernardi Collegium (quæ ſuis ruderibus ſepulta iacuerunt) excitarunt, nouis ædificijs inſtaurarunt, latifundijs locupletarunt, & nouis nominibus exornarunt: Hoc enim S. Ioanni Baptiſtæ, illud Sacroſanctæ Trinitati eſt dicatum. Maria etiam Regina publicas ſcholas bellè à fundamentis ædificauit. Et dũ hæc ſcribimus, Hugo Priſus Legum Doctor noui Collegij in honorẽ Ieſu, fundamenta felicibus auſpicijs iacit. His Collegijs, quæ numero ſunt 16. & Aulis præterea 8. eleganti ſtructura, opimis reditibus, & inſtructis bibliothecis ita floret Oxonia, vt reliquas orbis Chriſtiani Academias ſuperet omnes. Bibliothecis verò animatis, (ſic enim meritò doctiſsimos cũ Eunapio vocare licet) maximarũ artiũ diſciplinis, & reipublicę literarię Politia cõcedat nulli. Sed quid hęc: nõ vllius præconij indiga Oxonia: tanta eius, vt Pliniano verbo vtar, ſuperfluit claritas: nec ego in altricis meæ laudes prodigus laſciuire videbor. Sat ſit de Oxonia dicere, quod de Athenis Pomponius

ſtudio traditus, cum in Ariſtotele arripiendo nius: clarior eſt quàm vt indicari egeat. Sed pro coronide habe initium hiſtoriæ Oxonienſis, è Procuratorum libro: Conteſtantibus pleriſque Chronicis, multa loca per orbis climata varijs temporibus variarum ſcientiarum ſtudijs floruiſſe leguntur: omnibus autem inter Latinos extantibus ſtudijs Vniuerſitas Oxonienſis fundatione prior, quadam ſcientiarum pluralitate generalior, in veritatis Catholicæ profeſsione firmior, & priuilegiorum multiplicitate prȩſtantior inuenitur. Mathematici Oxonienſes hanc vrbem XXII. partibus à Fortunatis Inſulis abeſſe, Polum verò Borealem L I. gradibus, L. Scrulis ſublimem attolli obſeruarunt.

Adrianus verò Romanus in Theatro Vrbium: Oxonij, ait, Aluredus Saxonum Rex anno Chriſti 872. inſtituit Academiam, quæ poſtea ex multorum Principum & Præſulum beneficentia, ampliſsimis ſtructuris, reditibus, & priuilegijs ornata eſt. Habet iam collegia XVI. Aulas etiã VIII. Singula ædificiorum ſplendore, magnificȩtia, ac bonarũ literarum artiumq́; omnium ſtudijs florentiſsima.

Arnoldus VVion Benedictinus Monachus lib. 5. cap. 94. Ligni vitæ: Sanctus, inquit, Neotus, Diaconus, Anglus Benedictinus, in Harmſtocke, in propaganda Chriſti religione omne vitæ ſtudium cõſumpſit: & eximiam eruditionem cum pietate coniunctã habens, ſciens nihil eſſe hominibus ornamento, ac literas,

teras, Alfredo Rege permittēte, ſcholas Oxonij, Athenæ Anglorum nobiliſsimæ, omnium primus poſuit, vt pueri ab ineunte ſtatim ætate erudirentur. Quare breui multi mortales doctiſsimi euaſerunt, floruitq; deinde Oxonij Gymnaſium bonarum omnium diſciplinarum perpetuò; vnde à quodam præteriti temporis vocatur, ſol, oculus, & anima litterarum, & ſapientiæ clariſsima officina: vnde religio, humanitas, & doctrina, in omnes regni partes vberrimæ diſtributæ ſunt. Quamobrem Anglia quòd poſtea claros ſemper doctrina viros tulerit, haud dubio noſtro Neoto, ob eamque cauſam Benedicto noſtro ſanctiſsimo Patriarchæ, cum primis acceptū referre debet. Vtpote, qui in ea literarum fundamentum primus iecerit. Fuit is annus ſalutis 895. Principio tria cōſtructa Collegia: Grammaticis vnum, alterum Philoſophis, & Theologis tertium. Hanc autem felicitatem quamuis paucis poſt annis vna, & altera calamitas excepiſſet, ob Danorum incurſiones, & Haraldi regis immanitatem, vt triſtiſsimum ſtudioſorum exilium ſubſequutum fuerit, & Academia luctuoſo ſpectaculo quaſi intermortua ad Gulielmi Normannici vſq; tempora iacuerit: eò tamen interuallo, hanc ſtudiorum ſedem à monachis incorruptè conſeruatam fuiſſe, ex ſequentibus Ingulphi Abbatis verbis, qui ea ætate floruit, intelligimus. Ego, inquit, Ingulphus conſtitutus primùm Vueſtimonaſterio, poſtmodum Oxonienſi

ſtudio

ſupra multos coetaneos, profeciſſem, &c. Tã-
ta autẽ in ea eruditorũ copia fuit, vt innumeri
diuinis, humaniſq; artib⁹ inſtructiſsimi, cũ in
Eccleſiam, tum remp. hinc fuerint propagati.
Matthæusq; Pariſienſis, Vniuerſitatem Oxo-
nienſem ſecundam à Lutetia Eccleſiæ ſcholã,
imo Eccleſiæ fundamentum diſertè appella-
rit. Vniuerſitatis enim nomine iam antea ho-
norarant Pontifices Romani; quo titulo non
aliam præter Pariſienſem, & Patauinam, in
ſuis decretis eo tempore dignati fuerũt. Scho
la autem illa ſic conſtituta, reliquum quod
ſuperfuit vitæ, in ſimilibus pietatis operibus,
ad Eccleſiæ laudem ducens Neothus noſter,
doctrinæ & miraculorum laude clarus, vitam
finijt anno circiter Domini 900. die vltimo
Iulij, & in Catalogum Sanctorum, meritis de-
bitum præmiũ, adſcriptus, in Neoſtoke Cor-
nouualliæ oppido ſepultus, à quo ad Ail-
nulphsburiæ locũ, qui ex eius nomine Cœ-
nobio cõſtructo in eius honorem ab Alfrico
comite, S. Neotus vocatur, trãſlatus, ibidẽ dig-
no honore reconditus eſt. Sicut Polydorus
lib. 5. Georgius Lilius in Chro. Anglorum, &
alij teſtantur.

Iterum capite 95. ab eo tempore, quo S. Ne-
otus noſter ſcholas Oxoniæ collocarat, dein-
ceps ſemper fuere viri, præſertim monachi, in
inſula Angliæ diſertiſsimi & ruditiſsimi: qui
tanquam doctrinarum riuuli ab illo fonte
perpetuo decurrentes, non modò Angliam,
ſed Galliam quoque & Italiam mellifluo diſ-
cipli-

ciplinarum genere irrigarunt.

Oxonienſis verò Academiæ inſignia ſunt: liber apertus cum hac inſcriptione: ſapientiæ & felicitatis, qui ſapientiam, ſeptem ſignacula, quæ ſeptem artes liberales, & denique tres aureæ coronæ, quæ artium fines & præmia ſignificant. teſte Ioanne Caſo præfatione ſpeculi moralium quæſtionum ad Robertum Dudlæum comitem Leiceſtrium, Oxonienſis Academiæ Cancellarium. Cui quare iſtud opus inſcripſerit, addit: Nouum præli beneficium, in hac Academia auctor fuiſti, prçlum hoc nouum de moribus libellum preſsit. Ne ergo libelli auctor prçli auctori videatur ingratus, tibi primum eiuſdem fructum ex animo propinauit.

OXONII SVPRA AVDITORIA ARtium liberalium habentur diſtincta.

Grammatica	Literas diſce.
Dialectica	Impoſturas fuge.
Rhetorica	Perſuade mores.
Arithmetica	Numeris omnia conſtant.
Muſica	Ne tibi diſsideas.
Geometria	Cura quæ domi ſunt.
Aſtrologia	Altiora te ne quæſieris.

Sequuntur Virtutes.

Patientia	Vincit ferendo.
Humilitas	Modeſtia amabilis.
Fortitudo	Omnem fortunam deuincit: ſpe vincimus omnes: ſed omnis fiducia ſine Deo vana eſt.
Cautio	Cautus vincit omnia.

BANGORIENSIS.

De hac Ioannes Caſus Oxonienſis Profeſſor, prefatione Speculi moralium quæſtionum: Bangorienſis, inquit, antiqua & celebris Academia, quando ciuili olim diſcordia cecidit, VVallai, gens quidẽ nobiliſsima magnum vulnus, & quaſi eclipſim ſuę lucis & dignitatis ſenſit.

Fuerunt preterea in Anglia alię ſcholę, quæ paulatim harum ſplendore obſcuratæ ſunt. Legionenſis, Carleonenſis, Salernitana, Glatmorgantiæ, Tathei, Thetfordiæ. De quibus plura apud Ioannem Caium libro primo de antiquitate Cantabrigienſis Academię videre licet.

Bangorienſem Lucius Rex Chriſtianus erexerat ; ſed Congillus Bangorienſis Epiſcopus, in cœnobium Monachorum mutauit, cum 350. annis floruiſſet, ait Caius ; dicto loco.

Londini maxima & celeberrima vrbe Ioannem Coletum egregiam ſcholam , qua ciuium ſuorum liberi gratis erudirentur , ſub Henrico Rege VII. erexiſſe, refert Lilius.

Londini pulchra Regum & reginarum, aliorumq; Magnorum epitaphia leguntur.

In horto arci adiuncto ad horologium.

Dic mihi, quid prodeſt horas numerare fugaces ?
Dum ceſſans perdas, quod numerare libet.

In domo mercatorum Germanorum vocata Stilard.

Hæc

Hæc domus eſt læta, ſemper bonitate repleta,
Hic pax, hic requies, hic gaudia ſemper honeſta.
Aurum blanditiæ pater eſt, natusq́ doloris,
Qui caret hoc, mœret: qui tenet, hic metuit.

Item.

Qui bonis parere recuſat, quaſi vitato fumo in flammam incidit.

Ad monumentum Thomæ Linacri.

———*Viuit poſt funera virtus.*

Ioannes tamen Caius de Cantabrigienſis Academiæ antiquitate ſcribens, cùm *Angliam* vniuerſam mirificè prædicaſſet: Noſtrarum, inquit, rerũ maior cura exteris eſt quàm noſtris, cum pudore noſtrorum. *At* quid mirum cùm literatorum nulla hodie habeatur ratio, cùm literæ laudentur & algeant. Vnde apparet, florentiſsimam illam *Inſulam*, & opulentiſsimum regnũ, quod inter primas Prouincias *Europæ* veram religionem Chriſtianam, veramque ſapientiam accepit, eandemque egregiè coluit, infinitaque pietatis & ſapientiæ documenta olim inſignia dedit, poſteriſque ad imitandum reliquit, haud parum de his, cum tempore, rerum omnium edace (ipſis Anglis atteſtantibus) remiſiſſe.

SCOTIA.

DE Scotorum origine, ſitu, natura & dotibus, pulchra & erudita quędam ſcripta reliquit Gulielmus Camdenus in ſua Britannia.

Vbi non à Schota Pharaonis Aegyptij filia, ſed à Noachi filij Iapeti poſteritate deſcendiſſe probat. Et Cæleſtinus, inquit, Pontifex Ro. Palladium Epiſcopum ad illos miſit, qui Chriſtum ipſis prædicaret: Palladium tamen morte in Britannia præreptum nihil præſtitiſſe, auctor eſt Nennius, qui ex Hybernicis ſcriptoribus Chriſtianam religionem à Patricio ibi diſſeminatam ſcribit. Hic enim natione Britannus & Martino Turonẽſi affinitate coniunctus, Palladioq́; defuncto à Cęleſtino ſubrogatus, tãto ſucceſſu Chriſtianã religionẽ per Hyberniã propagauit, vt lõgè maximã inſulæ partẽ ad Chriſtũ cõuerterit, & Hybernorũ Apoſtoli nomen meruerit, & eius diſcipuli tantos progreſſus in re Chriſtiana fecerint, vt ſubſequenti ætate Scoticis monachis nihil ſanctius, nihil eruditius fuerit: & in vniuerſam Europã ſanctiſsimorũ virorum examina emiſerint. Quibus Fulda Germanię, S. Gallus Heluetiæ, aliæq́; vrbes & monaſteria originem debent ſuam.

Sacram Theologiam & veram Chriſtianã religionem, & ſapientię ſtudia primos in Scotiam Anglos importaſſe, Io. Caius libro primo de antiquitate Cantabrigienſis Academiæ aſſeuerat.

Academiæ Scotorum.

Etſi ſerius quàm illius Regni Maieſtas, animarumq́ue ſalus poſtulabat; aliquando tamen tres potiſsimum Academias inſtitutas fuiſſe reperio.

S. AN-

S. ANDREAE, quæ an. 1411. erecta, omniumque celeberrima eſſe perhibetur. Adr. Romanus in Theatro ſuo vrbium ſub Iacobo Rege, in Anglia tūc profugo, dicto anno inauguratam ſcribit.

ABERDONENSIS. Quam anno 1480. Guilhelmum Elphinſtonium Aberdonenſem Epiſcopum ſub Iacobo III. inſtituiſſe affirmant.

GLASCOVIENSIS. Eam tamen parum dotatam, parumque celebrem exiſtere refert Ioānes Maior. Adrianus verò Romanus in Theatro vrbium, à Iurubullo Glaſquenſi Epiſcopo inſtitutam ait.

Futurumq; ſpero, vt Scotus aliquis patriæ ſuæ Academias ex veris annalibus, quos mihi terra marique ab ipſis ſeiuncto videre non licuit, ita deſcribat, ſicut diuerſi Angli ſuas Academias & ſcholas certatim accuratè deſcripſerunt.

Equidem in hac ingraueſcente ętate mea, alijs lampada trado.

Quandoquidem Patres de Societate Ieſu, in hac literaria palæſtra ſtrenuè vtiliterque verſantur, & bonarum diſciplinarum ſtudia in remotiſsimas Prouincias important; propterea Catalogū nuper typis excuſum, de collegijs, & domibus, ſeminarijſque illorum hîc adijcere debui.

CATALOGVS PROVINCIARVM SOCIETATIS IESV, ET COLLEgiorum ac Domorum, quæ in vnaquaque Prouincia ſunt.

IN ITALIA PROVINCIAE QVINQVE.

PROVINCIA ROMANA.

Romæ:
- Domus Profeſſa.
- Collegium Romanum.
- Collegium Pœnitentiariæ.
- Domus Probationis.
- Collegium Germanicum.
- Collegium Anglicanum.
- Collegium Maronitarum.
- Collegium Græcorum.
- Seminarium Romanum.
- Reſidentia Tuſculana.

Collegium Lauretanum.
Collegium Florentinum.
Collegium Senenſe.
Collegium Peruſinum.
Collegium Maceratenſe.
Collegium Tiburtinum.
Collegium Recinetenſe.
Collegium Setinum.
Collegium Anconitanum. } inchoata.
Collegium Montis Sancti.

PRO-

PROVINCIA SICVLA.

Panormi { Domus Profeſſa. / Collegium Panormitanum. / Domus Probationis.

Meſſanæ { Collegium Meſſanenſe. / Domus Probationis.

Collegium Syracuſanum.
Collegium Catanenſe.
Collegium Montis Regalis.
Collegium Biuonenſe.
Collegium Calataieronenſe.
Collegium Rheginum.
Collegium Drepanitanum.
Collegium Minæenſe.
Collegium Marſalenſe.
Collegium Calataneſſettenſe.
Collegium Melitenſe.

PROVINCIA NEAPOLITANA.

Neapoli { Domus Profeſſa. / Collegium Neapolitanum. / Domus Probationis.

Collegium Catacenſe.
Collegium Nolanum.
Collegium Aletinum.
Collegium Barienſe.
Collegium Salernitanum.
Collegium Coſentinum.
Collegium Barolitanum.
Collegium Teatinum.
Collegium Aquilanum.
Domus Profeſſa Beneuentana.

PROVINCIA MEDIOLANENSIS.

Mediolani { Domus Profeſſa.
Collegium Breranum.

Genuæ { collegium Genuenſe.
Domus Probationis.

collegium Taurinenſe.
collegium Comenſe.
collegium Vercellenſe.
collegium Montis Regalis.
collegium Cremonenſe.
Domus Probationis Aronenſis.

PROVINCIA VENETA.

Domus profeſſa Venetijs.
collegium Patauinum.
collegium Ferrarienſe.
collegium Bononienſe.
Collegium Brixienſe.
Collegium Foroliuienſe.
collegium Mutinenſe.
collegium Parmenſe.
collegium Veronenſe.
collegium Placentinum.
collegium Mantuanum.
Domus probationis Nouellariæ.
Domus Probationis Imolæ inchoata.

IN LVSITANIA PROVINCIA VNA.

Olisipone { Domus Profeſſa.
Collegium S. Antonij.
Domus Probationis.

Collegium Conimbricenſe cum Nouit.
Collegium Eborenſe cum Nouitiatu.
Collegium Portuenſe.

Col-

Collegium Bracarenſe.
Collegium Brigantinum.
Domus Profeſſa Pharaoëſis in Regno Algarbiorum.
Collegium Funchalenſe.
Collegium Angrenſe.
Collegium S. Michaelis.
Reſidentia { Sancti Felicis.
Canalenſis. }
Domus in Regno Angolæ.

IN INDIA ORIENTALI PROVINCIA VNA.

Goæ { Domus Profeſſa.
Collegium S. Pauli.
Domus Probationis.
Seminarium Sanctæ Fidei. }
Collegium Margarenſe in Salſetta.
Domus Chaulenſis.
Collegium Bazainenſe.
Reſidentia { Tannenſis.
Bandoranenſis.
Sanctiſsimæ Trinitatis. }
Collegium Damanenſe.
Collegium Cochinenſe.
Domus Vaipicotana.
Reſidentia { Calicutiana.
S. Iacobi.
Sancti Andreæ.
Porcaenſis. }
Domus Choulenſis in ora Trauancoris.
Reſidentia { Collechenſis.
Retoraenſis.
Manarenſis. } in ora Piſcariæ.
Seminarum Tuturinanum.

Collegium Charamandelenſe.
Collegium Malachenſe.

Reſidentia { Malucenſis, Amboynen. } { Inſularum. Malucarum. }
In Regno magni Mogor.

IN IAPONIA.

Collegium Machaenſe.
Reſidentia { Xaquinen. Paquinen. } } in Regno Sinarũ.
Collegium Nangaſachienſe.
Domus omnium Sanctorum.
Domus Omurenſis.
Amacuſæ { Collegium Amacuſanum. Domus Probationis. }
Domus Arimenſis.
Seminarium Fachiraenſe.
Reſidentia { Bungenſis. Meacenſis. }

IN BRASILIA.

PROVINCIA VNA.

Collegium Bayenſe cum Nouitiatu.
Domus Ilhæorum.
Domus Portus ſecuri.
Reſidentia. { Sancti Spiritus. Sancti Antonij. Sancti Ioannis. Boipebæ. Sancti Sebaſtiani. }
Collegium Fluminis Ianuarij.
Reſidentia S. Barnabæ.
Domus Sanctorum.
Domus Piratiningæ.
Domus Spiritus Sancti.

Reſi-

Reſidentia. { conceptionis B. Virg. / S. Ioannis Euangeliſtæ. / S. Ignatij. / Aſſumptionis B. Virg. }

collegium Pernambucenſe.

Reſidentia { Sancti Michaelis. / Beatę Virginis. }

IN HISPANIA PROVINCIAE QVATVOR.

PROVINCIA TOLETANA.

Toleti { Domus profeſſa. / collegium Toletanum. }

Collegium Madritanum.

collegium complutenſe.

collegium Ocanienſe.

Collegium Placentinum.

collegium conchenſe.

collegium Belmontenſe.

collegium Murcianum.

collegium carauacenſe.

collegium Seguritanum.

collegium Huetenſe.

collegium Talabricenſe.

collegium Oropeſanum.

Domus probationis Villaregienſis.

Reſidentia { Naualcanerenſis. / Ieſu è Monte. }

PROVINCIA CASTELLANA.

Valliſoleti { Domus Profeſſa. / collegium Valliſoletanum. }

collegium Burgenſe.

collegium Salmanticenſe.

Collegium Medinenſe.
Collegium Segobienſe.
Collegium Pallentinum.
Collegium Abulenſe.
collegium Lucronienſe.
collegium Montis Regalis.
Collegium Legionenſe.
collegium Bellimarenſe.
Collegium Numantinum.
collegium compoſtellanum.
collegium Ouetenſe.
collegium Pampilonenſe.
Collegium Areualenſe.
Collegium Monfortenſe.
Collegium Vergarenſe.
Collegium S. Andreæ.
Domus Probationis Villagarciæ.

PROVINCIA ARAGONENTIS.

Valentiæ { Domus Profeſſa.
Collegium Valentinum.

Collegium Barcinonenſe.
collegium Cæſar Auguſtanum.
Collegium Maioricenſe.
Collegium Gerundenſe.
Collegium Gandienſe.
Collegium Bilbilitanum.
Collegium Taraſonenſe.
collegium Vrgellenſe.
Collegium Oſcanum.
Domus Probationis Tarraconenſis.
Domus Probationis Oriolana.

PROVINCIA BOETICA.

Hiſpali { Domus Profeſſa.
Collegium Hiſpalenſe.

Collegium Triguerenſe.
Collegium Gaditanum.
Collegium Marcenenſe.
collegium Cordubenſe.
collegium Granatenſe.
collegium Vaezanum.
collegium Malacenſe.
collegium Xerenſe.
collegium Cazorlanum.
collegium Vbedanum.
collegium Aſtigitanum.
collegium Guadixenſe.
collegium Fregenalenſe.
Domus Probationis Montellana.

IN SARDINIA PROVINCIA VNA.

Collegium Saſſaritanum.
Callari { Collegium Callaritanum. / Domus Probationis }
Collegium Eccleſienſe.
Collegium Algueritanum.

IN INDIA OCCIDENTALI PROVINCIAE DVAE.

PROVINCIA PERVANA.

Limæ { collegium Limenſe. / Domus Probationis. }
collegium cuſchenſe.
collegium ciuitatis Pacis.
collegium Arequipenſe.
collegium Potoſinum.
collegium Chilenſe.
collegium cuquiſaquenſe.
collegium Quitenſe.

Reſi-

Reſidentia { Panamana.
Xulenſis.

PROVINCIA MEXICANA.

Mexici { Domus Profeſſa.
Collegium Mexicanum.

Collegium Guaxacanum.
Collegium Guadalaxarenſe.
Collegium Angelopolitanum.
Collegium Vallisoletanum.
Collegium Paſcuarenſe.
Collegium Topozotlanum.

Reſidentia { Veræ Crucis.
Cinaloenſis.
Guadianæ.

IN INSVLIS PHILIPPINIS.

Collegium Manilanum.
Collegium Zebuenſe.
Collegium Ybabanum.

Reſidentia { Taytanenſis.
Leytenſis.
Cangartonenſis.
Palanenſis.
Ogmuenſis.
Argalana.

IN GALLIA PROVINCIAE TRES.

PROVINCIA FRANCIAE.

Pariſijs { Domus Profeſſa. *
Collegium Pariſienſe. *

Collegium Muſipontanum.
Collegium Virdunenſe.
Collegium Niuernenſe. *
Collegium Rotomagenſe. *

Col-

Collegium Bituricenſe.
Collegium Augenſe.
Domus Probationis S. Nicolai.

PROVINCIA AQVITANIAE.

Tolosæ { Collegium Tolosanum.
Domus Probationis.

Collegium Burdigalenſe.
Collegium Petrocoricenſe.
Collegium Agennenſe.
Collegium Auſcitanum.
Collegium Rhutenenſe.
Collegium Biterrenſe.
Collegium Lemouicenſe.
Reſidentia S. Macarij.

PROVINCIA LVGDVNENSIS.

Collegium Lugdunenſe. *
Collegium Turonenſe.

Auenione { Collegium Auenionenſe.
Domus Probationis.

collegium Diuionenſe. *
collegium Billomenſe. *
collegium Anicienſe.
Collegium Dolanum.
collegium camberienſe.
collegium Biſuntinum.

IN BELGIO PROVINCIA VNA.

Collegium Louanienſe.
collegium cum Domo Probat. Tornaci.
collegium Audomarenſe.
collegium Duacenſe.
collegium Antuerpienſe.
Collegium Leodienſe.
collegium Traiectenſe.

col-

collegium Brugenſe.
Collegium Iprenſe.
collegium Cortracenſe.
Collegium Vallencenenſe.
Collegium Gandauenſe.
Collegium Inſulenſe.
Collegium Montenſe.
Collegium Bergenſe.
Collegium Atrebatenſe inchoatum.

Reſidentia { Bruxellenſis. / Cameracenſis. / Luxembergenſis. }

IN GERMANIA PROVINCIAE TRES.

PROVINCIA RHENI.

Collegium Colonienſe.

Treuiris { Collegium Treuirenſe. / Domus Probationis. }

Collegium Moguntinum.
Collegium Spirenſe.
CollegiumHerbipolenſe.
Collegium Fuldenſe.
Collegium Heiligenſtadienſe.
Collegium Molsheimienſe.
collegium Confluentinum.
Collegium Monaſterienſe.
collegium Paderbornenſe.
collegiumEmbricenſe.
collegium Hildeſienſe.

Reſidentia { Erfurdienſis. / Altenenſis. / Aquiſgranenſis. }

PRO-

PROVINCIA GERMANIAE SVPERIORIS.

Collegium Ingolſtadienſe.
collegium Dilinganum
collegium Monachienſe.
collegium Auguſtanum.
collegium Oenipontanum.
Collegium Halenſe.
collegium Lucernenſe.
Collegium Friburgenſe.
Collegium Ratiſponenſe.
Collegium Bruntrutanum.
Domus Oetingenſis.
Domus Probationis Landſpergenſis.
Reſidentia Conſtantienſis.

IN PROVINCIA AVSTRIAE

Collegium Viennenſe.
Collegium Pragenſe.
Collegium Olomucenſe.
Collegium Græcenſe.
Collegium Crumlouienſe.
Collegium Commotouienſe.
Collegium Nouodomenſe.
Collegium Labacenſe.
Collegium Glacenſe.
Collegium Sellienſe.
Collegium Lincenſe inchoatum.
Domus Probationis Brunenſis.
Reſidentia Thurocienſis.

IN TRANSYLVANIA.

Collegium Claudiopolitanum.
Collegium Albæ Iuliæ.

IN

IN POLONIA PROVINCIA VNA.

Cracouiæ { Domus S. Barbaræ.
Domus probationis.

Collegium Branſpergenſe.
collegium Pultouienſe.
collegium Vilnenſe.
Collegium Poſnanienſe.
collegium Iaroſlauienſe.
Collegium Polocenſe.
collegium Lublinenſe.
Collegium Rigenſe.
collegium calisſienſe.
collegium Nieſuiſienſe.
Collegium Derpatenſe.
collegium Gedanenſe. } inchoata.
Collegium Torunenſe.
Domus profeſſa Varſauienſis.
Reſidentia Leopolitana.

Sunt omnes Prouinciæ in vniuerſa Societate viginti tres. Domus profeſſæ ſexdecim. collegia ducéta quadraginta quinque, quamuis adhuc non ſint reſtituta, quæ aſteriſco notata ſunt. Domus probationis ſeparatæ viginti quinque. Domus & Reſidentiæ ſexaginta octo. *Cum permiſſu ſuperiorum.*

Subiecta cenſuræ omnia ſint Eccleſiæ: laudet profanus, an improbet, nihil moror.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM, QVAE IN HIS LIBRIS CONtinentur.

A.

ABrahami conſtantia & doctrina. 202.
Academiarum vtilitas. 7.117.
Ab academijs & ſcholis ſalus & reformatio Eccleſiæ dependet. 16.18 28.
Academia vera quæ ſit, vnde nomen habeat. 2.3.
Vbi inſtituendæ. 7.
Solẽniter primo inchoatur. 6.
Eas inſtituere, conſeruare honeſtum eſt & vtile. 15.
Academiæ noui orbis. 300.
Academiæ conſtituendæ idea. 428. (481.
S. Andreæ academia Scotiæ.
S. Andreæ Collegium Coloniæ. 211.
Academiæ Italiæ quibus artibus ſingulæ excellant. 94.
Aegypti deſcriptio. 248. & ſe.
Aethiopiæ deſcriptio. 297.
Andegauenſis acad. 375.
Annales quid ſint. 582. & ſeq.
Anni diſtributio à Cæſare. 572 eiuſdem correctio à Grego. 13.575.
Anni diuiſio in Anglia. 447.
Anconitana acad. 94.
Antiochena ſynagoga. 239.
Argentoratenſis acad. 310.
Aberdonienſis Scotiæ. 483.
Aurelianenſis. 379.
Auinionenſis. 378.
Aediles quid. 503.
Ariſtotelis ingenium & doctrina. 321. & 33.
eiuſdem epitaphium Senis. 81.
Aſtrolabij repertor & corrector. 574.
Artium & linguarum ſtudia laudabilia, & vtiliſſima. 28 56.
Earum verus finis. 76.
Africa. 3 3.
Areopagitæ. 344.
Atramentarium. 168.
Arithmetica reiecta à Lycurgo. 375.
Auditorum numerus prodeſt. 66.
Augurium auctoritas. 505.
de falſis reſponſis puniti. 433.
Angliæ academiæ & earum gymna-

gymnaſia & collegia. 440. & ſeq.
Angliæ ordines, & tribunalia. 448.
Aues aliquando produnt delicta. 109.

B.

Babylonia. 283.
Babylonica turris. 418.
Beanorum depoſitio. 153. 194. ſumptus qui fiunt. 398.
Baſileenſis acad. 192.
Bamachorenſis.
Barbam Imp. primus nutriuit. 571.
Beritenſis acad. 288.
Biblia reſtituta. 231.
Bidelli ſiue pedelli. 183.
Beroſus Babylonius. 422
Biturigenſis acad. 386.
Burdegalenſ. acad. 390.
Bibliotheca quid ſit, vbi cōſtituenda, à quibus, ad quid. 168. 626. & ſeq. Hieroſolymitana. 231. Romana. 612. 178. Regū Æthiopiæ 300. Siciliæ 111. Mediolaneum. 37. Viennen. 300. Pariſien. 368.
Baſilien. 195 Bononien. 15. Vilnenſis. 333. Florent. 31. Piſana 77. Ingolſtad. 237.
Bergamenſis acad. 86.
Bigami. 510.
Bohemia 284.
Bononienſis acad. tota. 2. 3.
Bullati Doctores. 66. 205. & ſeq.

C.

Cabala quid ſit. 216. 276.
Cæſarienſis acad. 244.
Calamarum. 168.
Calendarium correctū. 574.
Campana. 160.
Cāpanæ ſaxeæ in Æthiopia. 298.
Cæſarauguſtana acad. 416.
Conimbricenſis acad. 416.
Complutenſis acad. 418.
Compoſtellana acad. 418.
Cantabrigienſis acad. 453.
Canopenſe gymnaſium. 281.
Cancellarius Peruſij promouet idoneos, ſi Doctores nolint præſentare: 72.
Floretini Cancellarium eligunt philoſophum, non Iuriſperitum. 32.
Capitis diminutio quid ſit. 527.
Carnotenſis acad. 94.
Carthago. 314.
Camenſis acad. 111.
Chaldæi, Babylo. ſacerdotes erant. 28.
Charta & pergameni vſus. 617.

617. & 28. & 166. 167.
Conſtātinopolitana acad. 377. & ſeq.
Cadonenſis. 390.
Cliuenſis. 316.
Colonienſis. 126.
Collegia Gregorij XIII. 610.
Conſules.
Conuiuia puerorum honeſta. 267.
Corinthiorū Vniuerſitas. 392.
Cracouienſis Acad. 326.
Cretenſis Acad. 400.
Caturſenſis. 399.
Cyrenenſis. 318.
Caue. 79.
Cæcus doctiſſimus. 280.

D

Dabaritenſis Acad. 291.
Dantiſcana. 312.
Deos noxios colebāt Ro. 495.
Dillingana Acad. 196.
Diſcordiæ effectus. 542.
Diſputationum vtilitas. 80.
Dictandi inſtitutum. 67.
Docere alios præclarū eſt. 53.
Docti honorandi ſunt. 38. 49. tāquā amici Deorum. 41.
Doctores indocti perſtringuntur. 204.
Doctores & Magiſtri quales præficiendi. 3.
Doctores falſi. 190.
Doctrinam ſolidam cur pauci aſſequantur. 84.
Doctorum concordia vtiliſſima. 270. 330. 452
Doctorum Iuris epitet a & decem priuilegia. 190. 193.
Dolana academia. 390.
Duacenſis. 196.
Duodecimus numerus ſacer eſt. 431.
Duodecim virorum collegium. 299.

E.

EBorenſis acad. 418.
Edeſſana. 196.
Epheſina. 240.
Erphordien. 200.
Eunuchi. 510.
Exercitationum vtilitas. 151.
Exercitia priuata vtilia. 80. 110.

F.

FEria Toloſana 397.
Feriæ Salmanticæ 434.
Ferrarienſis academia. fol. 19.
Fidei templum. 475.
Florentiana acad. fol. 22.
Fœminæ eruditæ fuerūt. 441.
Fortunæ tēplum Romæ. 492.
Francfordienſis acad. 205.
Friburgenſis acad. 208.

G

Gallia. 322.
Galloru̅ philoſophi, Theologi atq; Iuriſperiti. Ibid.
Germania Academiis, & ingenium rerum adinuentoribus præſtat. 323.
Germaniæ origo, dignitas, Theologia vetus & noua, ſacerdotia, & ſacra iuriſprudẽtia & iudicia. 113. & ſeq.
Græcia. 317.
Græci mendaces, inconſtantes, arrogãtes. 327. 434. & ſeq.
Grammaticæ origo. 593.
Gratiani decretum. 14.
Gymnaſio vno relicto ad aliud trãſire Athenis nõ licebat. 331.
Gymnaſia Moſes inſtituit. 204.
Granatenſis Acad. 421.
Gandiana. 421.

H

Hafnienſis Academia. 210.
Hebræa lingua fuit prima. 415.
Heidelbergẽſis Academia. 211.
Heliopolitanũ Gymnaſiũ. 281.
Herbipolenſis Academia. 221.
Herborna Segena. 312.
Herculis templum Romæ. 479.
Hetruriæ vetuſtas & doctrina. 433.
Hieroſolymæ deuaſtatio & reſtitutio per Adrianum. 225.
Hieroſolymæ modernus ſtatus. 226.
Hieroſolymitana templa & Gymnaſia. 230.
Hiſpaniæ origo, ſitus & natura. 405. & ſeq.
Hiſpalenſis Acad. 421.
Hiſtoria. 326.
Hiſtoriæ Romana. 82.
Homeri laus. 350.
Hoſpitia ſtudioſorum. 371.

I

Ianus fuit Noachus. 456.
Iapaniæ academiæ. 309.
Iapaniæ Gymnaſia. 610.
Idoloru̅ origo. 452. & ſeq.
Ignis myſteria. 465.
Ingolſtadiẽſis Acad. 232.
S. Iuo. 383.
Iouis templa Romæ. 472. 481.
Iudæorum dogmata. 206.
Legis explanatio per manus à Iudæis tradita, & Iudæorum libri. 207.
Iudæorum profeſſores. 208.
Iudeorum ſecta. 206.
Iudicia & iudices Iudæorum. 220.
Iudicia Romanorum. 552.

Iulia-

Iuliana, ſiue Helmſtadieñſis Academia 312.

Iuno Iuga viriplaca. 487.

Iuris origo. 205.

Indiæ Academiæ. 70. & ſeq.

Iuriſperitorũ honos in iudicia Athenienſ. 342. Romanonorum. 539.

Ius canonicum. 552.

Iuuentutis educatio, 205. 303.

Ileridenſis acad. 422.

L

Lacedæmoniorũ acad. 368.

Lyræ vſus. 354.

Lugdunenſis acad. 391.

Lugdunenſis Batauorum. 316.

Latini à Latino Rege dicti. 441.

Latina lingua quadruplex. 415.

Lectiones publicæ non impediendæ per priuatas. 67.

Legum origo. 203.

Leges Romuli, Numæ, &c. 844.

Leges diuinæ corruptores & abuſores punit Deus. 272.

Leges ſcholaſticæ. 334. & ſeq.

Liberi patris ſacra. 481.

Liber quid ſignificet. 628.

Libri Beroſi, Ariſtotelis & ſacri à ſcriptoribus corrupti. 423.

Libros emit Plato de ſua exigua ſubſtantia. 365.

Licentia docendi quibus côcedenda. 4.

Linguarum cognitio vtiliſſima 70. 169.

Linguarum confuſio. 415. 417.

Lipſenſis academia. 271.

Louanienſis academia. 276.

Literarum inuentores. 176.

Literarum notæ. 199.

Litium incommoda. 37.

S. Laurentij collegium Philippi II. Hiſpa. Regis. 438.

M.

Macedonia. 402.

Maceraten. acad. 94.

Magiã Cham introduxit. 263.

Magiæ origo. 201.

Magorum trium corpora Coloniæ. 290.

Magi Perſarum. 292.

Mantuana acad. 88.

Maioricana. 423.

Marpurgenſis. 280.

Moguntina. 281.

Maſsileen. 399.

Mathematicarum artium origo. 200.

Mathematici mali Roma eiecti, boni culti fuerunt. 573.

Mechlinienſis acad. 280.

Medicinæ origo. 287. 311.
Medici Athenis pauci. 349.
Medicorum virtutes & vitia. 563.
Mediolanenſis acad. 34.
Memphyticũ gymnaſiũ. 279.
Menſiũ inuentio, nomina. 571. diſtributio in cal. Idus, nonas. 447.
Meſſana academia. 108.
Montiſpeſſulana acad. 392.
Montis Regalis. 93.
Muſicæ inuentio. 202. eiuſdem vtilitas. 375.
Mutinenſis acad. 89.
Mores ſtudioſorum Salmant. 436.

N.

Nantes acad. 396.
Neapolitana acad. 38. 445.
Nicomediẽſis ſynagoga 244.
Noe doctrina 200.
Nobilitas ſapiẽtia ornãda 79.
Nominum mutatio & aſſumptio. 477
Notæ ſecretiores. 199.

O.

Obſcuritas aliquãdo vtilis. 335
Omina. 45.
Onnedenſis acad. 423.
Oſcana acad. 423.
Oſſunenſis. 423.
Oſnaburgum. 323.
Oxidrachi Dijs chariſſimi. 302
Oxonienſis acad. Angliæ.

P.

Pacis & cõcordiæ tẽplũ. 489
Palentia acad. 437.
Parnormitana acad. 110.
Papienſis acad. 45.
Pariſienſis acad. 358.
Parmenſis acad. 90.
Patauina acad. 50.
Peregrinari non licebat pueris. 370.
Perſia. 391.
Peruſina acad. 71.
Phœnicia. 288.
Philippi II. Regis epitaphium. 198.
Philoſophorum origo & ſecta. 31. à Moſe & Prophetis doctrinam ſuam hauſerũt. 318.
Petrus Ro. ſcholam habuit.
Petulantia ſtudioſorum 397.
Philoſophandi tempus & modus. 378.
Phyſica Athenienſium. 333.
Pictauienſis acad. 396.
Pilæ luſus. 152.
Pileus libertatis ſignum. 446. 526.

Piſana academia. 75.
Placentina. 91.
Pato Iannis Imperator. 297.
Poeſis origo & genera. 323. & ſeq.
Poetarum laus. 576.
Poetæ Romani. 575.
Polonia. 325.
Pontifex Max. 504. & ſeq.
Poſnenſis acad. 332.
Pragenſis acad. 283.
Primus Vniuerſitatis. 142.
Priuilegia ſtudiorum & Doctorum ac ſcholarum. 394. 367. 598.
Promotiones ſcholaſticæ cur inuentæ, quomodo conferendæ. 119. ordo earum. 388. 398. Quæſtus in ijs. 73. 386.
Prouiſores Vniuertaſitis. 374.
Puellarum ſcholæ. 601. 371.
Puncta ſcripturæ ſacræ. 218.
Pythagoræ laus & ſymbola. 438.
Patrum de Societate Ieſu per orbem collegia & ſeminaria vide in fine libri. 8.

Q.

Quodlubeticæ & expectatoriæ orationes. 208.

R.

Rectoris acad. auctoritas. 8. 11. 392. 302. & 8. 143. 431.
Rector Alexandr. erat propheta & ſacerdos. 261. Indorũ Budda throno aureo vtebatur. 302. Perſarũ Archymagus. 294.
Regiomontana acad. 332.
Religio vera eſt baſis imperij, ideo fideliter curandã. 478. 498. 501. 544. 434.
Rhemenſis acad. 396.
Rhetorica. 332. 587.
Rhodiorum acad. 394.
Romanæ vrbis laus. 456. academia 449. 596. Gymnaſia. 596. 607. Priuilegia. 598. 601.
Romæ docuiſſe & ſtuduiſſe honeſtum ſemper fuit. 610.
Romanæ ſedis authoritas. 537.
Roſtochienſis academia.

S.

Sacerdotum honor. 301. 506. Dijs chariores habebãtur. 292. & omnia apud Numen valere putabãtur. 302.
Sacerdotis qualitates. 509.
Sacerdotia & præbendæ apud priſcos Ro. 516.
Sacrificiorum cæremonia. 524
Salernitana acad. 78

Sal

galmãt.423.Senenſ.acad.79. Sidonenſ 290.Segnẽſana aca. 436.Sapiẽtia omnib. præſtat. 98. Scholæ triuiales Germaniæ. 324. Senatus Romanus qualis.554.Senatus academicus.431.Sicilia 95.101 Scripturã ſacram Iudæi tribus modis deprauarunt.218. Sorana acad. Daniæ 312.Spei & quietis templum Ro. 494.
Sybillini libri. 612. Synagogas inſtituit Moſes.204 Syracuſana acad.103. Syrenea cãtio.245.

Tabula 167. Tabulæ. 12. Ro.545. Talmud quid ſit,&c.212. Tarſenſis ſynagoga.246.Taurinen.acad. 91. Templorũ fauor & origo.471. Toloſana acad.396. Tonſores barbarũ.312. Treuirẽſis acad. 288.Toletana acad. 437.Tubingẽſ. acad. 491.Tunica Domini Treuir.289.Turcorum origo ſacra & paradiſus. 389. 390.Typographiæ origo & vtilitas 180.185 195.283.308.

Vacantiæ.144. Valentina acad 437. Valiodoleten. acad.437.Veneta acad.81.Veſta Noachi vxor.463.Veſtales virgines.465 Veſtes ſtudioſorum.66.435 Vetulonij Italiæ Noachꝰ gymnaſiũ erexit.431. Viduarũ nuptiæ,512 Viennẽſ. acad.299 Victoriæ templũ Ro. 989.Virginũ inſtitutio & exercitia.371.601.Viriplaca & vxoriplaca Dea.487 Virtutis encomia. 541.Viſontina aca.310. Volumen. 628. Vratiſlauienſis acad.333.VVittenbergẽſis acad.309.

Errata præcipua, quæ irrepſerunt, ſic corrigunto.

Folio 6. linea 21.publicatur. Fol.36. lin. 12.Herculis. Fol. 46. lin. 26.ſuper. Fol.51.lin. 8. inuitaret. Fol.67.lin.19. Caprianus.fol.110.lin.19.ſatisfaciat.fol.132.lin.1. adde: pileum Doctoralem fol.141.lin.22.dele:annos natus. fol. 187. lin.5. Neuiſanus.fol.247.lin.22.dele:ait,fol. 436.lin.1. adde πολιτικὰ. fol.497.lin 28. πανθέον. fol. 501.lin.3. reueremini. fol.612. lin.7. ſeptuageſimo.fol. 11.to.2.lin.10. S.P.Q.R.fol. 222.tom.2.lin.16.aſtu.

50

VA 1 150512 8